Romae
1567.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

201
88

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# STATVTORVM ALMAE VRBIS ROMAE,

SIVE IVRIS CIVILIS, QVO HODIE ROMANVS POPVLVS VTITVR, LIBRI QVINQVE.

ITEM, PRIVILEGIORVM A DIVERSIS Romanis Pontificibus eidem Rom. Pop. conceſſorum, Liber ſingularis, quem Sextum appellant.

NON SOLVM AB INFINITIS PROPE MENDIS, quibus antea ſcatebant, accuratè & diligenter purgati, ſed etiam Concordantiis locorum, & Indice Titulorum, ac nonnullis aliis ſcitu dignis, aucti, & illuſtrati.

Creſcentij  Vivaldi

ROMAE,
Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.
Anno Dñi. M. D. LXVII.

Die Veneris 4. Junij. [illegible]. Jul. 13.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# S. P. Q. R.

QVOTIDIE magis ipſe mihi gratulari ſoleo, quod olim in hac alma Vrbe, certiſſimo virtutum omnium domicilio, ſedem delegerim: vbi meas omnes cogitationes, omnẽ induſtriam ad communem ſemper vtilitatem, præcipue vero ad huius Ciuitatis emolumentum, ac laudem intendi: quod etiam nunc accurate præſtamus. Statuta enim veſtra, æquitatis, ac iuſtitiæ normam, impreſſa ſuperioribus annis, nunc Concordantiis, & Indice Titulorum pleniſſimo, ab Horatio Fuſco Romano aucta, & emẽdata, in lucem emittimus: & quidquid in hoc operæ noſtræ fuit, id totum Amplitudini, Maieſtatiq. veſtræ dicamus: vt perpetuæ erga vos obſeruantiæ noſtræ ſignum, hoc, qualecumque eſt, etiam apud poſteros extet. Romæ, M. D. LXVII.

Amplitudinis Veſtræ ſtudioſiſſimus

Ant. Bladus.

БИБЛІОТ. ИМПЕРАТ. НОВОРОС. УНИВЕРСИТЕТА
201
88.

## EXORDIVM.

ANTONIVS PETRVTIVS, ARTIVM ET MEDICINAE Doctor; Franciſcus Caſarellus, & Iordanus de Serlupis, Conſeruatores Cameræ Almæ Vrbis; & Iacobus Cintius, Prior Capitum regionum Vrbis; Illuſtriſsimo Senatori, ac Iudicibus omnibus Capitolinis, & alijs Officialibus Vrbis, & perſonis ad quas ſpectat, ſalutem.

MVLTORVM relatu accepimus, tãtam voluminum Statutorum Vrbis, penuriam eſſe, vt eorum ignorantia, quodammodo excuſabilis, & non iniuſta videatur; multumque publicè intereſſe, vt omnibus paſſim eorum copia fiat. Quod nulla re celeriùs conſequi poſſe cenſitum eſt, quàm vt imprimenda tradantur. Verùm quia exemplaria, quę extant, librariorum incuria, multis mẽdis aſperſa, Lectores offendunt, & cauillandi ſcripturas, materiam præbent. quod indignũ ducimus, & maximè ob reuerentiam Pauli II. Pont. Max qui auctor eorundem Statutorum fuit, ad huius populi vtilitatem & commoda (noſtri enim Populi amantiſſimum, in omnibus actibus ſe præbuit, vt verum patrem, & Põt. Opt.) propter quæ, eius diuina memoria à nobis ſummis laudibus atque præconijs perpetuò & vbique celebranda eſt. Operępretium itaque viſum eſt, vt perquã emendatiſſima imprimantur; ſuperfluis, & aduerſantibus reſecatis; & quæ nõ ſuis locis poſita ſunt, congruis reponantur; Nouellæ quoque conſtitutiones extrauagantes, vná cũ apoſtolicis cõſtitutionibus, decretis, indultis, & priuilegijs, in vnum corpus redigãtur. Idcirco ex decreto in publico & ordinario Cõſilio Populi facto, huius negotij cura delegata clariſſimis doct. D. Paulo Planca, Conſiſtoriano, ac Cameræ Vrbis aduocato; et M. Salomonio Albertiſco, ſimiliter aduocato Conſiſtoriano; qui multis vigilijs errata emendarunt, ſuperflua, & contraria reſecarunt; congruis libris, & titulis ſingula collocarunt, nihilo addito vel diminuto, quod nouam à veteri diſpoſitionem inducat. Nouellas quoq; cõſtitutiones, & apoſtolica decreta, indulta, & priuilegia, quę prius diſperſa, & incognita iacebant, in vnum & idem volumen, vnamq; conſonantiam, diligẽter, atque è rep. redegerunt. Quod vt neceſſarium & vtile eſt Reip. ſic fęlicitati horum temporum conuenire videtur; quòd ſub noſtro verè Sanctiſſimo & ſapientiſſimo Adriano VI. Pontifice Maximo, aurea ſæcula redire cæperunt, cuius auctoritate & ſapientia, hęc omnia Statuta, & priuilegia ſunt confirmata, & iuſſa inuiolabiliter obſeruari. Quem Deus (cuius ſola prouidentia, ac bonitate datus eſt nobis) incolumem, ac fęliciter in lõgum aeuum nobis conſeruet. Vobis itaque Illuſtriſſimo D. Senatori, Iudicibus, cæteriſque ad quos ſpectat, præſens pulcherrimum Statutorum opus, ex omni parte perfectum, in vnum corpus, ac debitam conſonantiam redactum, exhibemus; vt ſecũdum eum, cauſas tam ciuiles quàm criminales, cognoſcere, & iudicare poſitis, ac debeatis, ſub vinculo iuramenti. Nihil vſquam eſt vtiq; extra hoc corpus, quod Iudices aut Aduocati, Procuratores, vel litigãtes requirere debeant.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

## EXORDIVM.

OMNIS ętas & omnis natura in malum prona eſt ab adoleſcentia ſua,
& in ſuo curſu ad voluptatem procliuis, viciorum imitatrix, & labilis
ad delicta. Ad quorum repreſſionē expedit almæ Vrbi, eiuſq; inclito
populo, noua ſtatuta condere: et antiqua ſecundum varietatem temporum
ſanctiſſimi domini noſtri Pauli Papæ ſecundi, et Rom. eccleſiæ Status exigen=
tiam, in melius reformare. Similia, ſuperflua, & contraria remouere, lites abbre
uiare, partes litigantes ab expenſarum oneribus releuare. Ad huius laborioſi
operis curam, præfatus ſanctiſſimus dominus noſter Paulus II. Pōt. Maximus
amplectēs voluntarios labores, vt ſcandala ex Vrbe remoueantur. lites ſeden
tur, & dubia quæ natura humana quotidie noua ſuſcitat: declarētur. Antiqua
Vrbis ſtatuta, primo per Reuerēdos & Venerabiles patres Regētes Cameræ.
Apoſtolicæ examinari voluit. Demum nobis Andreæ de ſancta Cruce Vtriuſq;
Iuris doctori Sacri Cōſiſtorij Apoſtolici Aduocato de Regione Arenulæ, Euan
geliſtæ de Varis de Regione Campimartis, & Coleſancto procogij de Frāchis
de Regione trāſtiberim, præfatæ Almæ Vrbis Cameræ cōſeruatoribus, & Pau
lo de Paparonibus priore Capitum Regionum, ac famoſiſſimis doctoribus do
mino Natūbene de valētibus de Treuio locumtenenti Magnifici viri domini
Franciſci de Aringerijs de Senis, præſentis Almæ Vrbis Senatoris, Domino Le
lio de Valle. Domino Iohacchino de Narnea Sacri cōſiſtorij Apoſtolici Aduo
catis, & Domino Baptiſtæ de Brennis legū doctori, Petro de Milinis, Laurētio
petroni de Clodiis, Iohanne Salomonio de Alberteſchis, et Antonio Simeonis
procuratoribus Cauſarum Curie Capitolii Romanis ciuibus commiſit: vt vna
cū Reuerēdis patribus domino N. Epiſcopo Farenſe, & domino Bartholomęo
de Maraſchis præpoſito Mantuano, & ſanctiſſimi domini noſtri Depoſitario;
domeſticis familiaribus ſuis dicta ſtatuta reuideremus. Quibus omnibus viſis
& communi omnium conſenſu: paucis notorie reipublicæ euidēter vtilibus,
additis & declaratis: & aliquibus tēpori non conuenientibus amotis, pro ma
iori examine ſuper ijs habēdo per Reuerendos patres & dominos Vianēſium
de Albergatis de Bononia ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Prothonotariū & Viceca=
merarium, Angelum Epiſcopum Feltrenſem, Petrum Epiſcopū Tiraſonēſem.
Iohannem de Milinis Epiſcopum Vrbinatēſem. & pręfatos Epiſcopum Faren
ſem, & Bartholomæum Depoſitariū ſuæ Sanctitatis domeſticos & familiares
in omniū præſentia ſuæ Sāctitati referri & approbari voluit. Quibus omnibus
actis, ac de deputatorum per conſilium Romani populi approbatione & con
ſenſu infraſcripta Statuta, prout in hoc volumine ſcripta ſunt, confirmauit: &
mandauit plenam habere roboris firmitatem. Caſſatis & euacuatis omnibus
alijs ſtatutis & conſuetudinibus, quæ in hoc volumine ſcripta non ſunt.

Inſuper mandauit præfatus Sanctiſſimus dominus noſter, hæc ſtatuta a decē
diebus in antea inuiolabiliter obſeruari tenaciter, prout iacent. Et nullū audi
ri allegantem aliqua alia ſtatuta, vel conſuetudines præſentibus contraria vel
aduerſa. Sed ſecūdum iſta dumtaxat voluit iudicari. Et ea in omnibus caſibus,
in quibus diſponunt, in iudicio & extra obſeruari. Quibus nec per reſcriptum
niſi per Signaturam Sanctiſſimi domini noſtri eiuſq; legitimorum ſucceſſorū,
Nec per Bannimenta Senatorum pro tempore exiſtentium, nec per contrarias
conſuetudines aut ſtylos præteritos aut futuros præiudicari poſſit, decernens
irritum & inane quicquid in contrarium contigerit attentari.

# Liber Primus.



## DE SVMMA TRINITATE. Cap. I

IN vnum Deum, Patrem Omnipotentem, firmiter credimus, & ſimpli
citer confitemur; eiuſq; vnigenitum filium Ieſum Chriſtum, ex Ma
ria virgine incarnatum; & in Spiritum Sāctum, ex Patre, & Filio pro
cedentem; ſanctamq; fidem catholicam, cum omnibus ſuis articulis
confitemur, quam beati Petrus, & Paulus Apoſtolorum principes,
perquos Euangelium Romæ reſplenduit, decreuerunt; eius patres, veriq; paſtores;
qui vno die, pro merito; vno loco, pro gloria, ſub ꝑſecutore, Vrbem ipſam, glorio
ſo cruore martirii, Chriſto Domino cōſecrarunt, ipſamq; fidē per omnes ſubiectos
ſeruari, & coli mādamus: cōtrarium vero credētes, pęnis legalibus feriri iubemus.

### *Quòd Senator diffidet hæreticos.* Cap. 2.

STatutum quoq; D. Anibaldi, dudum Senatoris Vrbis, approbantes, Statui
mus, ꝙ hæretici, credentes, & fautores eorum; ſint perpetuo diffidati, & eorum
bona publicata. Et quilibet Senator in principio ſui regiminis, publice eos diffidet
& eorū bona publicet: ſint etiā infames, & ad nullum publicum officiū admittantur.

### *De Senatore quomodo debeat eſſe.* Cap. 3.

IN Alma Vrbe, & eius regimine, ſit, & eſſe debeat vnus Senator forenſis, extra ip
ſius Vrbis iuriſdictionem, & diſtrictum; qui Senator gerat officium, per ſex men
ſes tantū duraturum; quod tempus prorogari nō poſſit, nec in dicto officio refirma
ri. Nec poſſit aliquis eſſe Senator Vrbis, de aliqua Terra, quę ſit Vrbi propinqua ꝑ
quadraginta milliaria. Et qui ſemel fuerit Senator, non poſſit ad dictum officium
& eius regimen aſſumi, vſq; ad duos annos completos ſui officii, a fine computan
dos. Et ſi in prædictis contrafuerit factum, ipſo iure ſit nullum. Et geſta per eū
& officiales eius, non valeant ipſo iure, non obſtante aliqua alia deliberatione, pri
uilegio, vel ſtatuto, in contrarium loquentibus.

### *De eodem.* Cap. 4.

NVllus poſſit eligi ad officiū Senatus, qui alicui de magnatibus Vrbis, vſq; ad
tertium gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, quomodolibet attineret.
Ac etiam ſi fuerit ſocer, aut gener, aut cognatus, vel conſobrinus, aut nepos car
nalis, vel conſobrinus, aut maritus neptis carnalis, vel conſobrinæ prædictorū ma
gnatū, Romanorū ciuiū prædictorū. Et ſi contrafieret, ipſa electio ſit nulla ipſo iure.

### *De eodem, & eius familia.* Cap. 5.

SEnator forenſis, qui per tempora fuerit electus ad officium Senatus exercendū,
habeat pro eius ſalario a Camera Vrbis, pro ſex mēſibus, mille quingentos flore
nos auri de Camera; cuius totius ſalarij tertia pars in principio dicti officij ſoluatur
altera vero in principio tertij menſis, tertia vero in Camera retineatur, nec ſibi
ſolui debeat, donec de ſuo officio, tempore ſindicatus, fuerit liberaliter, & realiter
abſolutus. Et vltra dictum ſalarium, a dicta Camera, vel aliqua perſona non poſ
ſit percipere, vel habere aliquid, per ſe, vel per alium, aliquo quæſito colore, niſi in
caſibus a Statutis permiſſis. Et tempore ſui aſcenſus pro exercendo officio pręliba
to, & dicto durante officio, ſemper ſuo periculo, & fortuna ſecum conducere debe
at, & habere, forenſes extra Vrbis diſtrictum officiales infraſcriptos, videlicet ſex
Iudices pro Aſſectamento, duos qui vocentur Collaterales; quorum vterq; ſit, & eſ
ſe debeat legū Doctor, & de ſuo doctoratu docere infra xv. dies, a principio ſui offi



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

cii,per publicum inſtrumentum;duos ad maleficia, quintum ad officium Cameræ
Vrbis,& inueſtimentorum fractorum,& violentiarum,pro quibus agitur ciuiliter;
& ſextum,qui cognoſcat de rebus cõmunibus diuidendis, de nũciatione noui ope
ris, & interdicto Quod ui,aut clã,& de viis, aut plateis occupatis, & de dãno infe
cto,& de cauſis ciuilibus a centũ libris infra, & de aliis extraordinariis quibuſcũq;
vſq; in dictam quantitatem centum librarum. Qui iudices debeant eſſe de loco
diſtanti ab Vrbe per quinquaginta miliaria,ad minus:Et qui ſemel fuerit in officio
ſupradicto cum dicto Senatore forenſi,vel aliquo prædictorum,vel infraſcriptorũ,
nõ poſſit in Curia Senatoris, ſeu Capitolii, aliquod officiũ exercere,niſi elapſis duo
bus annis,a tẽpore quo finiuerit officium ſupradictum. Et quilibet dictorum Iudi
cum menſe quolibet debeat recipere xii. florenos auri cum dimidio. Debeat etiã
ducere Senator pręedictus,& tenere quatuor Mareſcallos;quatuor Notarios malefi
ciorum; & vnum Notarium Mareſcallorũ, quatuor ſocios indutos ſecũ vna rauba
idonea, & ſufficiẽti; octo familiares domicellos ĩdutos de partita vel vergata;quo
rum vnus ſit & eſſe debeat ſuper officio executionis condẽnatorum, & diffidatorũ
Cameræ Vrbis,& ipſas executiones facere poſſit, & facere teneatur,& debeat ſine
aliquo ſalario a Camera Vrbis,ſiue alia perſona. Alius ſit ſuper extraordinariis,vi
delicet molendinariis,tabernariis,macellariis,& aliis extraordinariis, & ipſum of
ficiũ extraordinariorũ facere teneatur,& debeat ſine aliquo ſalario,a Camera, vel
alio,percipiendo.Qui officiales prædicti,pro ſcriptura ꝑ eos fienda, nihil a Came
ra Vrbis,vel aliquo alio,poſſint percipere,vel habere. Item & xx.equos armigeros
valoris ad minus xxv. floren.auri, ꝑ quolibet equo,cõputatis equis Mareſcallorũ,
& caualcantium infraſcriptorum.Qui equi tam Senatoris,q̃ Mareſcallorũ,debeãt
bullari bulla,ſiue mercho Cameræ vrbis. Et Conſeruatores teneantur proprio iu
ramento ipſam bullam fieri facere,& ipſos equos bullari facere infra terminũ triũ
dierum,a die aſcenſus dicti Senatoris,cõputandorum. Et berrerios xx.qui cum ip
ſo Senatore cõtinue in ipſo palatio, die noctuq; debeãt reſidere, toto tẽpore ſui re
giminis. Quorum Notariorum maleficiorum, quilibet percipere debeat pro ſuo
ſalario ſex menſium,& ſemeſtris temporis antedicti tantum,videlicet, mẽſe quoli
bet vti ſolitum eſt,& reſiduum pro ſcripturis. Mareſcallorum vero quilibet menſe
quolibet a dicta Camera recipere debeat pro ſalario floren.auri cum dimidio
dummodo dictus Mareſcallus toto tẽpore ſui officii duos caualcãtes, & tres equos
in palatio Capitolii debeat continue retinere. Et ſiquis Mareſcallus defecerit in p̃
dictis, DD. Cõſeruatores, qui fuerint pro tẽpore, pro rata temporis,ipſius ſalariũ
debeant defalcare. Qui Conſeruatores, de prædictis officialibus, & equis Sena
toris, teneantur ſemel in mẽſe requiſitionẽ facere,& punctaturas facere ſcribi per
eorum notarium,& per notariũ Camerę: vt tẽpore ſindicatus fiat defalcatio debi
ta ſalarii ſupradicti,ad pęnã vigintiquinq; lib.Notarius vero Mareſcallorum mẽſe
quolibet recipiat a dicta Camera quatuor floren.auri.Et ipſi omnes officiales in pa
latio Senatoris cum ipſo Senatore,toto tẽpore ſui regiminis,teneantur,& debeãt
reſidentiam facere perſonalẽ,die noctuq;, & inde ſe non abſentare extra vrbẽ per
tria miliaria, ſine licentia ſpeciali dictorum DD. Conſeruatorum, ad penam
xxv.lib.proui. pro quolibet officiali,& ſocio,ſeu Mareſcallo, & ad pęnã x. lib. pro
ui.pro quolibet equo,& ꝑ quolibet berrerio, die quolibet. De qua licẽtia debeat
apparere per apodiſſam ſubſcriptam manu notarii Cõſeruatorũ, ſigillatam bullet
ta ſeu ſigillo eorũ: Poſſint tamen mareſcalli ire extra Vrbẽ per tria miliaria per di
ſtrictum Vrbis,exercendo eorum officium,cum licẽtia, & mandato Senatoris,ſeu
alicuius Iudicis Palatini, ſeu DD. Conſeruatorum. Quibus etiam ſocijs, fa
miliaribus, berrerijs, Iudicibus, & Notariis, ac tubatoribus, & banditoribus,
cæteriſq; aliis officialibus conſuetis ad vitam, qui ſunt numero vigintiunus,



& quatuor cercatoribus, ſeu rimatoribus,vni carnifici, quem in dicto officio Sena-
tor prædictus teneatur retinere,cũ ſalario a dicta Camera ſoluendo,& dictis cerca-
toribus & carnifici, infra palatium Capitolij, D. Senator de ſuo ſalario, toto tem
pore ſui regiminis, expenſas victuales facere, & exhibere effectualiter teneatur.
¶ Ad hoc vt fraus in prædictis committi non poſſit,Conſeruatores,qui tunc in offi
cio præfuerint, ſecunda, vel tertia die poſt Senatoris ingreſſum,teneantur,ad pœnã
xxv. lib. prouiſinorum pro quolibet,facere ſcribi per notarium eorum,& notarium
Cameræ,nomina Iudicium,notariorum,Mareſcallorum,domicellorum,berruario-
rum, pilaminaq; equorum, & eorum merchos:faciant etiam eis fieri fidem de do-
ctoratu DD. Collateralium, vt tempore cuiuslibet requiſitionis fiendæ per eos
poſſit apparere, an per Senatorem ſit cõmiſſa negligentia, vel defectus. ¶ Addi
tum eſt, ꝙ D. Senator expendat, & expendere debeat de dicto ſalario,pro repara
tione, palatij Capitolij, de conſenſu DD. Conſeruatorum prædictorum, pro
tempore ſex menſium officij ſui Senatus, centum florenos.

### *De iuramento Senatoris.* Cap. 6.

SEnator ſtatim cum Capitolium ingreditur ad Senatus officium exercendum, iu-
ret in manibus Conſeruatorũ,ad ſancta Dei euangelia,tacto libro, officium ſibi
commiſſum exercere per ſe, & ſuos officiales, legaliter,& bona fide,cum omni dili-
gentia, & ſollicitudine debita; Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,contra hæreticos
præſtare fauorem, quando fuerit requiſitus, in fauorem fidei catholicæ Chriſtianæ,
Vrbem Romanam, & eius Ciues, comitatum, & diſtrictum,in pace,& tranquillita
te manutenere, regere, & gubernare: malis hominibus Romam, & eius prouinciã
purgare: iura, & bona, ac iuriſdictiones, & dignitates Vrbis, & eius Cameræ,con-
ſeruare, defenſare, ac occupata, & deperdita recuperare,pro poſſe: hoſpitalia, reli
gioſa, & pia loca manutenere, & defenſare: & in cauſis eorum, ac viduarum, pupil
lorum, pauperum, & miſerabilium perſonarum, & dotium mulierum,procedere,
& procedi facere ſimpliciter,& de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: locationes
factas, & fiendas ciuibus Romanis, & diſtrictualibus,in perpetuum, vel ad tertiam,
vel ad quartam generationem, ſeu ad tempus breuius,manutenere, & conſeruare;
& ipſos in eorum poſſeſſione defendere, & expulſos,in poſſeſſionem reducere: ſta
tuta facta, & fienda ſeruare ſicut iacent, abſq; alia mala,ſeu ſophiſtica interpretatio
ne, & facere per ſuos officiales, & iudices obſeruari; & in caſibus in quibus ſtatuta
aliquid non diſponunt,ſeruare, & ſeruari facere iura ciuilia; & in defectum iurium
ciuilium, iura canonica obſeruari facere: & omnibus petentibus, manus puras &
mundas habere, ab omnibus illicitis abſtinere, gratias non petere in conſilijs; et ꝙ
non quæret in officio refirmari: et ꝙ tenebit familiam, & equos ſuos,& non ſuppo
ſitos, prout ſtatuto requiritur; et ꝙ dabit conſtituta ſalaria, nec conuentiones ali-
quas lucratiuas,maxime cum Iudicibus,Mareſcallis,& notarijs maleficiorũ, faciet;
et ꝙ Mareſcallos, & eorum famulos,curabit armatos die noctuq; incedere, cum tri
bus familiaribus ad minus, ſi pedeſter inceſſerit; ſi equeſter, cum duobus caualcan
tibus, ad minus; quòd ſi contrafecerit, pęnam xxv.ducatorum ipſe Senator & Ma
reſcallus,vice qualibet, incurrat; et maxime ꝙ ſibi arbitrium concedatur,ſeu ꝙ nõ
ſindicetur, ſeu ꝙ ante, vel infra tempus ſui officij, ſindicari debeat: nullam delibe-
rationem facere, vel procurare, quæ ſit, ſeu eſſe poſſit ordinationibus factis, & fa-
ciendis per DD. Conſeruatores præſentes, & futuros, contraria, vel aduerſa: et ip
ſis DD. Conſeruatoribus, & eorum Cameræ iuribus, aſſiſtere, & pręſtare ſuffra-
gium, & fauorem. ¶ Et ſimili forma per omnia, iurent Iudices appellationum
aſſumpti in Vrbe ad officium Iudicis appellationum, & eorum notarij, Et ſimiliter
Iudices maleficiorum, & notarij.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

De defenſione pauperum, & minorum. Cap. 7.

SEnator proprio iuramento defendere teneatur, & manutenere pauperes, minores, impotentes, & perſonas eccleſiaſticas tenentes, & poſſidentes terras, quæ infra potentes perſonas ſunt: Et præſtet eis auxilium, & fauorem, quotiens ſuper his fuerit requiſitus, ad pęnam quatuor lib. prouiſinorum.

De iuramento Iudicum collateralium, & Iudicis appellationum. Cap. 8.

QVilibet ex Iudicibus curiæ Capitolii, & Iudex appellationum, iurent in præſentia DD. Conſeruatorum, officium ſibi commiſſum exercere legaliter, ſollicite, & bona fide, remotis amore, odio, prece, pretio, & omni munere: Et cauſas, quæ coram ipſis agitarentur, expedite infra tempus a ſtatuto facto, & fiendo præfixum, vel præfigendum, ſine conſiliario diffinire: niſi ſuper eis haberetur conſilium de vtriuſq; partis conſenſu. Et ſingulis diebus iuridicis, & horis debitis, ad banchũ ſedere, & ſtatuta teneantur obſeruare, & iuſtitiam vnicuiq; reddere, ſub pęnis, in ſtatutis factis, & fiendis, contentis.

De iuramento Iudicum, & notariorum maleficiorum. Cap. 9.

IVdices, & notarij maleficiorum, iurent eorum officium debite, & munde, abſq; aliquo pretio, aut munere exercere: de delictis veram & integram informationem recipere, in inquiſitionibus omnes, & ſingulas qualitates delictorum ponere, abſq; omni dolo, & fraude, & aliqua humana gratia, vltra promiſſa ꝑ ſtatuta Vrbis, etiam ſponte oblata, non recipere, ſub pęna periurij. Et ſimilis pęne, qualitatis omiſſe, aut vltra veritatem appoſitæ.

¶ Quando Senator, & Iudices Capitolii Ius reddant. Cap. 10.

SEnator ſingulis diebus iuridicis, hora veſperarum, in aula ſuperiori palatij Capitolij, faciat ſui copiam, & preſtet omnibus audientiam, Et quilibet ex Iudicibus eius, mane, & ſero ſedeat ad banchum audientiæ palatij inferioris diebus iuridicis in ſero tamen non faciat actus iudiciales, ſed audeat allegationes, & informationes, a partibus, quas de mane, propter preſſuram, & occupationes iudicialium actorũ commode non potuerit audire. Extra banchum autem cum nullo aduocatorum faciat ratiocinium, vel occultum colloquium; Cameras autem Senatoris, & Iudicum nullus aduocatorum ingredi poſſit. Satis eſt enim ꝙ bis in die habent copiam iudicum prædictorum, & ſemel in die habent copiam D. & Senatoris, hora ſuperius declarata. Senator qui contrafecerit in prædictis, quinquaginta lib. prouiſinorum, Iudex vero contrafaciens, xxv. lib. prouiſinorum Cameræ ſoluat, de eorum ſalario per Camerarium retinendas, vice qualibet qua, contrafactum fuerit per eos vel alterum ipſorum.

De officio Collateralium Senatoris. Cap. 11.

SPectat ad officium collateralium D. Senatoris, de cauſis ciuilibus ordinarijs & extraordinarijs cognoſcere, inſtrumenta dotalia, apodiſſas, & alia publica inſtrumenta, teſtamenta, codicillos, & alias vltimas voluntates, executioni mandare, & celeriter expedire, infra tempora a ſtatutis præfixa, pupillis tutores dare, de reſtitutione in integrum cognoſcere, & omnibus, quacunq; de ciuiliter querelantibus, tam in poſſeſſorio q̃ etiam in petitorio, iuſtitiam miniſtrare.

¶ De officio Iudicis Cameræ. Cap. 12.



PErtinet ad officiũ Iudicis Cameræ, cognoſcere de omnibus cauſis, quę vertuntur inter priuatas perſonas, & Cameram Vrbis, & ipſas celeriter extra ordinem expedire ſũmariè, iura, tributa, & cẽſus, redditus, & prouentus ſalis, & focaticii, pecuniæ, & alterius cuiuſcũq; rei, Cameræ conſeruare, manutenere, defendere, & ad Cameram reducere; & ſolicite vigilare ꝙ fiant executiones ſentẽtiarum latarum, & ferendarum, ex quibus veniunt pecuniæ, & aliæ res, Cameræ applicandæ.

¶ De officio ſexti Iudicis. Cap. 13.

AD officium ſexti Iudicis Palatini, ſuper ciuilibus deputãdi, ſpectat cognoſcere de cauſis ciuilibus a C. lib. infra, & de omnibus extraordinarijs quibuſcunq; in ciuilibus, vſq; in dictam quantitatem, & etiam de inueſtimentis fractis. Qui, omnes cauſas, quæ coram ipſo agitari contigerit, infra triginta dies vtiles, a die primæ citationis numerandos, debeat terminare, ad pęnam xxv. lib. prouiſi. pro qualibet cauſa nõ terminata, Vrbis Cameræ applicãdarũ, Et inſtãtia intelligatur eſſe perempta coram dicto Iudice, elapſis lx. diebus, ſicut in cauſis alijs ordinarijs, & ſummarijs.

¶ De officio Iudicum maleficiorum. Cap. 14.

AD officium Iudicum maleficiorum, ſpectat cognoſcere de cauſis criminalibus, & ipſas diligenter diſcutere, & cauere ne ſuper eis inter accuſantem & accuſatum colluſio fiat, & eas diffinire infra tempus a ſtatutis factis & fiendis præfixum, & ſingulis debitis diebus ad banchum maleficiorum ſedere.

¶ De eodem. Cap. 15.

EX duobus Iudicibus ad maleficia deputatis, alter de violentijs expulſiuis, & turbatiuis, & damnis datis (de quibus plerumq; criminaliter agitur) diſcutiat, & cognoſcat: Alter vero de oĩbus alijs exceſſibus, & delictis, niſi Senator aliter ordinauerit, vt inde ꝑmixtim quilibet cognoſcat de quocũq; exceſſu, maleficio, vel delicto.

De officio Mareſcallorum. Cap. 16.

MAreſcalli Curiæ Capitolij, faciant ſollicite, & diligenter executiones, & alia ꝑ Senatorem, & eius Iudices committenda, & per Vrbem, & extra Vrbem diſcurrant viciſſim, die noctuq; pro armis rimari faciant; Latrones, diffidatos, & homicidas, & alias perſonas infamatas, conquirant, perſequantur, & apprehendant. Itẽ ſemper dum Ius redditur in Palatio, et ſemper dum equitant, de die & de nocte, teneantur portare collettum, braccialettum, & chirothecas de ferro, ad pęnã x lib. prouiſi. retinendarum de eorum ſalario, pro qualibet vice qua contrafecerint. ¶ Item inhibemus dictis Mareſcallis, ꝙ tempore Quadrageſimæ, ab illis qui ſunt vltra pontem Sancti Petri in ciuitate Leonina, & in alijs locis conſuetis, nihil exigãt ad pęnam xxv. lib. prouiſi. pro qualibet vice qua contrafecerint. ¶ Volumus tamen ꝙ prædicti Mareſcalli tempore Indulgentiarum, & Quadrageſimæ, peregrinis, & vltramontanis arma non auferant nec tollant. Et ſi Mareſcalli contra prędicta cõmiſerint, incurrant pęnam x. lib. vice qualibet. Et Sindicus teneatur de prædictis ſindicare eoſdem.

De officio Prothonotarii, & eius ſalario. Cap. 17.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ in Curia Capitolij ſit, & eſſe debeat vnus tantum Prothonotarius, & vnus Scriptor ſibi in officio deſeruiens, quorum officium duret ſpacio trium menſium, & in eorũ electione, forma ſeruetur, prout in electione notarij, & ſcriptorum Cameræ, ſeruari debet. Qui Prothonotarius, & Scriptor ha



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

bere debeant quandam banchettam iuxta tribunal D. Senatoris. Qui Prothonotarius, & eius ſcriptor debeant recipere emolumenta officiorũ ſuorum iuxta tabulam inferius deſcriptam. Quorum emolumentorum duę tertiæ partes ſint Prothonotarii, & reliqua tertia pars ſit Scriptoris.

*De deliberatione Aſſectamenti.* Cap. 18.

Vide in leoninis c. 44. & infra c. lxxxx.

NVlla deliberatio fiat per Iudices Aſſectamẽti quæ ſit contra ſtatuta, & iura, ſuper aliqua re, cauſa, vel negocio: et ſi facta fuerit, ipſo iure nõ teneat: Et quilibet ex Iudicibus talem deliberationem facientibus, puniatur in v. lib. proui. Et eandem pęnam incurrat, ſi cauſas ad Aſſectamentum reduxerint.

*De eodem.* Cap. 19.

Vide in ii. lib. infra de maleficiis c. v. verſ. & deliberatio fiat.

DEliberatio quęcunq; facta per Iudicem Aſſectamẽti, non teneat, niſi fuerit per duas partes ipſorum obtenta. Et aliter eam Prothonotarius non ſcribat, ad pęnam v. lib. prouiſinorum.

*Quod Senator non audeat petere liberum arbitrium.* Cap. 20.

HOc præſenti edicto perpetuo valituro ſancimus, ꝙ Senator qui erit per tempora in Senatus officii regimine conſtitutus, non petat, nec petere poſſit quouis quæſito colore tam in Cõſilio priuato, q̃ in Cõſilio generali, ſeu parlamento publico, arbitrium liberum, ſeu ꝙ non ſindicetur, vel ꝙ infra, vel ante tempus debitũ, ſeu gratiam aliquam a Romano Populo. Et ſi quis contrafecerit, & concederetur eidẽ, ipſa conceſſio ſit ipſo iure nulla: & Senator, ſeu quis alius Rector qui arbitrium petierit, ſupradictam pęnam mille lib. proui. incurrat, retinendarum de ſuo ſalario per DD. Conſeruatores, & Camerarium Cameræ Vrbis tempore ſui ſindicatus. Et nullus audeat in ipſis cõſiliis, vel parlamento proponere, arrengare, vel conſulere. Et ſiquis contrafecerit, pęnam C. lib. proui. incurrat: & Reformatores, conſulentes, & arrengantes huiuſmodi, pęnam ſimilem incurrere volumus ipſo facto.

*Quod Senator ſtet ad ſindicatum.* Cap. 21.

SEnator finito ſuo officio, cum omnibus Iudicibus, & familiaribus, & officialibus ſuis, teneatur ſtare, & ſiſtere perſonaliter decem diebus coram Iudice ſindico deputando, ad ratiocinia eius, Et coram ipſo ipſe, & officiales prædicti, teneantur de geſtis, & adminiſtratis, & factis durante officio, reddere rationem, & vnicuiq; conquerenti reſpondere de iure, et omnibus ſatisfacere quibus de iure tenẽtur. De quibus omnibus dictus Iudex ſummarie cognoſcat, & infra x. dictos dies cauſam decidat de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, Non obſtantibus feriis, & non obſtãtibus ſolemnitatibus iuris, dummodo veritas diſcutiatur, & ad illam ſaltem, reſpectus, & conſideratio per Iudicem habeatur. ¶ Et ſiquis ex dictis Iudicibus, officialibus, ſociis, & familiaribus, abſentauerit ſe quacunq; de cauſa, Senator teneatur pro abſentibus iam dictis, ad omnia, ad quę dicti abſentes cõdemnari deberent, ſi perſonaliter intereſſent. Teneatur etiam pro omnibus ad omnia, ad quę prædictos condẽnari contingerit; Pro quibus condemnationibus, & debitis, Camerarius tertiam partem ſalarii Senatoris debeat retinere, & ſibi non ſoluere, nec deponere, quouſq; per Iudicem ſindicatorem, ipſe, & omnes officiales fuerint abſoluti. Et ſi dictum ſalarium nõ ſufficeret ad prędicta, detineatur perſonaliter quouſq; ſoluerit totum, in quo ipſe, & prædicti officiales fuerint condemnati. ¶ Et Conſeruatores Cameræ Vrbis, non poſſint, nec debeant Senatori de dicta tertia parte ſalarii apodiſſam facere, nec ipſam tertiariam deponere, donec fuerit per Iudicem ſindicatorem, vt ſu-



pra dictum eſt, abſolutus, vel condemnatus. Et ſi contrafecerint, incidant in pęnam centum librarum prouiſinorum.

*De Sindicis Senatoris, & Iudicum.* Cap. 22.

STatuimus ꝙ Sindici deputari non debeant ante diem finis officij Senatoris, & ſi ante, eorum notitia haberetur, ipſo iure non valeat eorũ deputatio, & alii creari debeant pro Sindicatu præfato.

*De Iudice aſſeſſore qui ſindicat Senatorem, & Iudicẽ appellationũ.* Cap. 23.

IVdex, ad ſindicandum Senatorem, & eius Iudices, & officiales, & familiares, & Iudicẽ appellationum, aſſumptus, geſta per dictum Senatorem, & eius officiales, & iudices, diligenter examinet, præſertim ſi tempore debito cauſæ fuerint determinatæ, & ſi per ſententias criminales, & Iudices Cameræ, fuerit Camera in ſuis, iuribus, tributis, & cenſibus defraudata. Et in principio ſui officij iuret prædicta omnia & ſingula, & quæcunq; alia ſpectantia ad ipſius officium, bene, ſollicite, & legaliter adimplere. Et Iudicibus, & officialibus omnibus, de male, & negligenter geſtis debitas pęnas inferre, remotis odio, amore, prece, precio, & omni munere. ¶ Et dictus Iudex hoc modo in ſindicatu procedat, ꝙ primo die quo ipſum ſindicatum intrabit, mittat vnum bannum publicum in ſcalis Capitolii, & per alia loca Vrbis conſueta, ꝙ quicunq; vult cõqueri de dictis Senatore, Iudicibus, ſociis, officialibus, & familiaribus ſuis, aut aliquã queſtionẽ porrigere vult contra eos, vel aliquem eorũ, vel aliquam accuſationem, petitionem, vel denuntiationem aſſignare, compareat coram eo, infra duos dies, ad faciendum prædicta. Secundo autem die mittat ſecundum bãnum vt ſupra, ꝙ quicunq; vt ſupra, infra alios duos dies. Quarto autem die mittat ſimile bannum, ꝙ quicunq; vt ſupra, compareat infra alios duos dies, ad faciendum ꝑdicta. Iudici autem appellationum, aſſignet in quolibet banno pro vno die ad faciendum prædicta. Et ſi dicta banna miſſa non fuerint, poſſit quæq; petitio aſſignari, & decem dies, quibus ad ſindicatum ſtare debet, non currant.

*De uacatione officij Senatus.* Cap. 24.

SI alma Vrbs Senatus careret regimine, DD. Conſeruatores, qui tunc temporis in Conſeruatoratus officio præſiderent, & ſucceſſiue poſt finitum eorum officium, ſucceſſores, poſſint, & debeant dictum officium Senatus, vt præmittitur vacans, cum mero, & mixto imperio exercere eo tempore, quo huiuſmodi tẽpus vacationis extiterit, & ipſorum Conſeruatorum officium duret vſq; quo nouus Senator qui fuerit electus, ad ipſum officium exercendum ad Vrbem venerit, & Capitoliũ aſcenderit ad ipſum officiũ incohandũ, ſecundũ formam electionis de eo factæ.

*De Salario, & familia Conſeruatorum, officium Senatus exercentium.* Cap. 25.

ITem ꝙ prædicti DD. Conſeruatores, qui ſic tempore vacationis in Senatus officio præſiderent, vigore exercitii officii prælibati, tenere, & habere debeant duodecim famulos, inter quos ſit vnus Cõneſtabilis, expenſis, & ſalario Camerę Vrbis, & floren. auri tantũ, pro ſuo officio Senatus, vltra ſalarium pro officio Cõſeruatoratus debitum & expenſas, a Camera Vrbis percipere debeant, et habere, et non vltra; Pro tempore vero quo eſſent in officio Cõſeruatoratus tantum, habere debeant vltra prędicta, die quolibet, pro quotidianis expenſis ipſorum, et duodecim Fidelium, et duorum Tubicinum, et trium Notariorum, coquo, et Cõneſtabili, tres floren. auri; Salarium vero dictarum perſonarum, per Cameram Vrbis prout conſuetum eſt ſoluatur. Et ꝙ vltra dictum ſalarium, ſub aliquo colore nihil poſſint petere, vel habere



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cum officium Senatus exercerent. Et ꝙ in dicto officio exercendo, habeant, & ha-
bere teneantur, & debeant iudices, & notarios Romanos, vel forenſes, vel ſaltem
de comitatu Vrbis, pro eo tẽpore quo ipſi in tali officio, vt præmittitur reſiderent,
cum ſalariis declarandis per duos Conſeruatores cum cõſilio Capitum regionum,
& xxvi. minorum virorum, vel maioris partis ipſorum (et talis declaratio valeat, ac
ſi per generale Cõſilium eſſet facta) pro rata temporis perſoluendis. Expenſas autẽ
victuales Iudices, notarii, & alii officiales ſic electi, a Camera Vrbis percipiãt pro eo
tempore, quo fuerint in exercitio officii cõmorati. ¶ Hoc addito, ꝙ ſi contigerit
aliquam Legationem venire extra diſtrictum Vrbis dicto tempore, dicti Cõſeruato
res poſſint (ſi eis videbitur, & placebit) in honore fiendo dictæ Legationi, expẽdere
in confectionibus, vel conuiuiis, vel ſimili, vſq; ad quinq; floren. auri, de pecunia di-
ctæ Cameræ, pro qualibet ambaſciata. ¶ Item eſt additum prẽſenti capitulo, ꝙ dicti
Conſeruatores tempore eorum finiti officii, per eorum Sindicum ſindicentur tan-
tum de furto, ſymonia, & barattaria, quantum ad geſta, & commiſſa per eos in Cõ
ſeruatoratus officio pertinet tantum: quantum vero ad ea quæ adminiſtrauerunt in
Senatu, vt bene ſindicentur, non obſtante aliquo capitulo, vel conſtitutione in-
contrarium loquente.

*De Iuramento Mandatariorum.* Cap. 26.

ITem Mandatarii, & Supercauatores, iurent eorum officium exercere bene, legali
ter, & bona fide, remotis odio, amore, precio, & timore: quorum ſacramentũ
in libris Cameræ ſcribatur, & illud officium nõ exerceant, niſi prius Mandatarii de
derint Senatori fideiuſſoriam cautionem de C. ſoli. prouiſi. & Supercauatores de
decem lib. prouiſi. quæ fideiuſſio etiam in Camera conſcribatur.

*Quod nullus Romanus poſſit habere officium in Curia Senatoris.* Cap. 27.

NVllus Romanus poſſit eſſe Iudex palatinus, ſeu Aſſeſſor Senatoris forẽſis, in Cu
ria Capitolii. Et qui illum aſſumpſerit, vel elegerit, C. lib. prouiſi. Cameræ
ſoluat. Et aſſumptus, ſi ſe tali officio ingeſſerit, ſoluat L. lib. proui. Et geſta per
eum, non valeant ipſo iure: & hoc locum habeat in in poſterum aſſumendis. Et Se-
nator teneatur eiſdem interdicere officium ſupradictum, & eum a dicto officio amo
uere, ad pẹnam C. lib. proui. per Camerarium de ſuo ſalario retinendarum.

*Quod nullus infra duos annos eligatur ad unum & idem officium, niſi ſemel.* C. 28.

Vide ſupra in c. quinto & infra li bro 3. c. 331. & Vide in lib. 4. c. 35. Idem per eadem verba.

ITtem Statuimus, & ordinamus, ꝙ nullus Romanus, vel Diſtrictualis, qui habuerit
aliquod officium in Curia Capitolii, poſſit ad illud officium eligi, vel aſſumi, niſi
elapſi fuerint duo anni, a tempore quo finiuit officium ſupradictum, exceptis offi-
ciis Notariorum dictæ Curiæ.

*De officio Conſeruatorum Cameræ Vrbis.* Cap. 29.

Vide infra lib. 4. c. xxxv.

AD officium Cõſeruatorum, ante omnia ſpectat, vigilem, ac præcipuam curam
pro ſtatu S. D. N. Papæ, ac S. R. E. & pro Vrbis tutela, & pro ciuium quiete
ſemper habere, Et quæcunq; ædificia, & opera publica, inuiolata, & illæſa cuſtodi-
re, Et contra quoſcunq; interceptores aut violatores rerum vetuſtorum, & contra
omnes templorum et Eccleſiarũ ornamenta, aut lapides ſubripere, aut corrumpere
nõ verentes, accerrime inſurgere, & inquirere, & vt ſeueriſſime animaduertatur, in
ſiſtere, Sacraria omnia, & reliquias Sãctorum, diligenter cuſtodiri facere, Claues
tabernaculi, vbi incluſa ſunt capita Beatorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli, in baſili-
ca Sancti Iohannis Lateranẽ. apud ſe & alios deputatos retinere, & retineri face-



re. Et vt ſtatuta, decreta, & conſtitutiones omnes approbata, perpetuò, cuſtodiãtur
& per omnes ius dicentes ſeruentur, & iuramentum ſollemne a Senatore in ingreſ
ſu ſui officii, & a ſuis Iudicibus, & a Capitaneo Romani populi, ſuper eorum officii
obſeruatione, recipere, & præſtari facere, Et ne monopolia per artifices, & ipſorũ
vniuerſitates, aut aliquẹ conſtitutiones fiant, quẹ ſtatutis generalibus Vrbis contrari
entur, prohibere; Eaſdem conſtitutiones artificum, & vniuerſitatum, corrigendi, re
futandi, vel admittendi, auctoritatem, & poteſtatem habeant, Et de quibuſcunq;
iniuſtitiis, & ſententiis, per conſules, & officiales artium (a quibus appellari prohibi
tum eſt per ſtatuta ipſorum) quibuſcunq; perſonis illatis per viam quærele cognoſce
re, & ſummatim terminare, niſi aliter per ſtatuta ipſorum ſit prouiſum, ꝙ poſſit vide
ri de iniuſtitia per eos facta, Et ſuper omnes artes, & conſulatus curiæ Capitolii ſu-
biectis iuriſdictionem exercere. Et ſimiliter etiam condemnationes, & ſententias
Capitum Regionum, ac Antepoſitorum vrbis, per viam querelẹ extraiudicialiter re
uidere, & terminare, & de omnibus cauſis extraordinariis ad Cameram Vrbis perti
nentibus, cognoſcere, Extraordinarios inſtituere, eoſdemq; punire, & cohercere,
et ſi iuſta ſubſit cauſa priuare, Mandatarios etiam publicos conſtituere pro ſingulis
Regionibus, ac mutare, & priuare poſſint, Sex etiam caballarios cameræ prædictæ,
ac ſupraſtantes murorum, et edificiorum publicorum, Cuſtodes carcerum, Nu-
meratoreſq; pecudum pariter inſtituere ac deputare, Officia præterea palatii Capi
tolini, et tubicines renouare, et confirmare, et ſucceſſoribus de nouo concedere,
Poteſtates, et officiales Terrarum inclito populo Romano ſubditarũ, creare ac de
putare, et deputatos, ſi rationabilis cauſa ſubſiſtat, priuare, et punire, Priuilegia Ro
manorum ciuium, et ciuilitatem, poſſidentibus bona ſtabilia, et habitantibus pro
maiori parte temporis in Vrbe, cõuocatis in concionẽ Capitibus Regionum, cum
xiii. et xxvi. conſiliariis, et non aliter, dare, niſi honoris gratia, Illuſtribus, vel claris
viris poſtulantibus, et cum aſſenſu omnium, vel maioris partis ipſorum.
¶ Quoſcunq; introitus, & exitus, & computos Camerẹ prẹdicte, & camerariore ꝑ
vniuerſitates artiũ, ſiue in, Ludis publicis, & ſollemnibus feſtiuitatibus quẹ in Vrbe
in aſſumptione beatæ Mariæ virginis de menſe Auguſti, & in Agone, & Teſtatia ce
lebrantur, diligentiſſime reuidere, & taxare. Dohanas, & gabellas, Portas, &
Pontes ſubhaſtare, plus offerentibus deliberare, & vendere, Et omnibus rationi-
bus dictæ Camerẹ ſupereſſe. Et ſi iuſta, & rationabilis cauſa exiſtat, Pẹnas extra
ordinarias, & banna mitigare, et componere, et gratias denunciatis facere, An-
nonẹ frumenti, carnium, et omnium victuum neceſſariorum, ſupereſſe: Generali
gymnaſio Vrbis aſſiſtere, Ac etiam, ſapientiam per bo. me. Cardinalem Firmanũ
inſtitutam viſitare: & vt ſtatuta eiuſdem, ſapientiæ ſeruentur, operam dare. Refor
matores, et notarium eiuſdem Studij eligere, Reficiendorum murorum, Pontium
Aqueductuum, et omnium ædificiorum publicorum, ſollicitam curam diligentiãq;
habere, Aqueductus Triuii, frequenter viſitare, et ne per fiſtulas vitientur, curare.
Prẹconia quæcunq; per Vrbem mittenda, decernere, eademq; diligenter conſidera
re, et vtilia regiſtrari facere, et conſeruare. Salinarum, et ſalariorum curam diligẽ
tiamq; non prẹtermittere; ſecuritateſq; ſalinarias concedere; & conceſſas ex cauſa
reuocare, Portarum, & Pontium ſtationarios, & cuſtodes indebite exigentes, ple
ctere, & carcerare, & ad ſeruandum tabulas mercedum, compellere.

Vide fol. 2. libro 3. in princ.

¶ De cauſis quarumcunq; appellationum a ſentẽtiis latis in Terris ſubditis Roma
no populo, ſi ad eos recurſum fuerit, ſeu de nullitate dictum, & de omnibus aliis cau
ſis ſummatim cognoſcere, Mereſcallis, & executoribus omnibus, quẹcunq; eis viſa
fuerint, præcipere, & mandare, & ad parendum cogere. Pœnas, quas arbitrati fue
rint, imponere, & irrogare, & commiſſas exigere. Et ſi contra ſubditos Romano po
pulo irrogantur, fabricẹ eorum palatii, in totum vel in partem, applicare. Terras Ro

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

mano populo ſubiectas, quotiens eis placuerit, & quotiẽs a Communitatibus requiſiti fuerint, viſitare, & facinoroſos purgare, & quoſcunq; malefactores pro ipſorum arbitrio punire. Ita tamen ꝙ pro huiuſmodi viſitationibus, nihil prẹter victum, pro perſonis & equis, recipiant; & ab omni corruptione munerum abſtineant; Et quicquid præter victum receperint, in quadruplum tempore ſyndicatus reſtituant, Et omnia alia facere, exercere, & exequi; quẹ in aliis capitulis ſtatutorum Vrbis continentur; Et quæ ex bullis indultiſq; apoſtolicis, conceſſa apparent; Quæ omnia in ſuo robore, & firmitate, quatenus præſenti capitulo, & contentis in eo, non contrarientur, remaneant, ac perdurent.

¶ *De mandatis, & pœnis imponendis per Conſeruatores.* Cap. 30.

VT mandata DD. Conſeruatorum non ſint deluſoria, ſtatuimus ꝙ dicti Conſeruatores, pro his quæ ſpectant ad eorum officium, poſſint pœnas imponere, & inobedientes mulctare & punire vſq; in xxv. lib. prouiſinorum dumtaxat. Abinde infra, vt eis videbitur cõuenire. Et ꝙ Mareſchalli curiæ Capitolii, ad requiſitionem eorum, ſtatim recepta Bulletta ipſorum, faciãt executionem contra prẹfatos inobedientes, per foſſuras, & alia facti remedia; ita ꝙ aliquo proceſſu, & ſententia non ſit opus: & ſic ab his appellari non poſſit, ſed ad Superiores ſupplicatio habeatur, ad pẹnam x. lib. proui. pro quolibet Mareſchallo, ab eis propterea requiſito, qui in prẹdictis fuerit negligens vel remiſſus.

¶ *De deliberatione facta per Conſeruatores.* Cap. 31.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi per DD. Conſeruatores qui nunc ſunt, & per tempora erunt, in eorum conſilio cõſiliariorum Vrbis, cuiuſcũq; nominis aliquid deliberatum extiterit, ꝙ per aliud conſilium fiendum per D. Senatorem, qui nunc eſt, & per tempora erit, vel alium rectorem ad Vrbis regimen deputatum, non poſſit aliud contrarium dictæ primẹ deliberationi, deliberari, Et ſi fieret aut deliberaretur, ipſa deliberatio ſit nulla; & Senator, & quicunq; alius contrafaciens, in quingentis libris prouiſinorum puniatur.

*Quòd Camerarius Cameræ Vrbis, ſoluat pecuniam Cameræ, per apodiſſam Conſeruatorum.* C. 32.

ITem ꝙ tota pecunia Cameræ Vrbis, expendenda, & ſoluenda, expendatur, & ſoluatur per Camerarium dictæ Cameræ qui per tempora fuerit, per apodiſſam omnium trium Conſeruatorum Cameræ Vrbis; qui tres Cõſeruatores nominatim ſcribantur in qualibet apodiſſa ſolutionis, & aliter non.

*De portione piſcium danda Cameræ Vrbis, & Conſeruatoribus dictæ Cameræ.* Cap. 33.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ de omnibus piſcibus, vltra menſuram conſuetã, capita, ſiue pars debita, & conſueta, dentur, & aſſignentur per piſciuendulos lapidum ſancti Angeli, in foro piſcium, DD. Conſeruatoribus Cameræ Vrbis, qui per tempora fuerint; & ad eos pertineant, & eis aſſignentur in palatio Capitolii, in domo eorum reſidentiæ, videlicet per illos piſciuendulos qui haberent dictos piſces, ad pẹnam xxv. lib. proui. vice qualibet, & pro quolibet, Vrbis Cameræ applicandarum. Et Senator, qui per tempora fuerit, nullam partem dictorum piſcium petat, nec recipiat, per ſe vel alium, nomine eius, & pro eo. Et ſi contrafecerit, pẹnam, centum lib. proui. incurrat, de ſuo ſalario retinendarum, tempore ſindicatus ſui, per Camerarium dictæ Cameræ qui per tempora fuerit, applicãdarũ Cameræ ſupradictæ, Et ꝙ menſuram dictorum piſcium, debeant retinere dicti DD. Conſeruatores, vel illi, quibus dicti DD. Conſeruatores dederint, & aſſignauerint.



¶ *De officio Superintendentis.* Cap. 34.

LVdouicus, miſeratione diuina, tituli S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. præsbyter Cardinalis, Sanctiſs. D. N. Eugenii Papæ quarti, & Apoſtolicæ Sedis Camerarius. Vniuerſis & ſingulis Almæ Vrbis Senatori Illuſtri, Conſeruatoribus Cameræ, Capitaneo appellationum Romani populi, cæteriſq; officialibus Vrbis, tam preſentibus q̃ futuris, Salutem. De mandato S. D. N. Papæ, viuæ vocis oraculo nobis facto, & vigore noſtri Camerariatus officii, pro reformatione & bono ſtatu Almæ Vrbis Romæ, infraſcriptas conſtitutiones facimus, quas & mandamus inuiolabiliter obſeruari, ſub pœnis infraſcriptis, & arbitrii S. D. N.

¶ Statuimus, vt quilibet Locumtenens in noſtro Camerariatus officio, pro tempore, ſemel in hebdomada, die Iouis, teneatur perſonaliter ſe ad Capitolium conferre, & ibidem, vocatis Conſeruatoribus, & Priore Capitum regionum, debeat quẹrelas omnium quærelare volentium, audire, tam contra maiorantias ciuium, q̃ officialium ciuium, q̃ forenſium, & ibidem, omni appellatione remota, quærelas finire, & eiſdem ſecundum poſſe, ſatisfacere: & demum teneatur & debeat carceratos viſitare, & inde, partibus auditis, relaxare, ꝓut ſibi viſum fuerit expedire: quo die teneatur quilibet habens quem in carceribus, abſq; alia citatione, comparere.

¶ *De officio Capitum regionum.* Cap. 35.

AD curam Capitis regionis, ſpectat, de cauſis, quæ dudum per officium Antepoſitorum cognoſcebantur, in eorum domibus, cognoſcere; Regionem pro poſſe cuſtodire, nequid violentiæ fiat; & circuire; arma ab illicitè deferentibus in eorum Regiones, auferre; homines, tam maſculos q̃ fæminas, ad matrimonium habiles, excitare ad contrahendum; & differentias tollere; & hortari male, & vltra modum facultatum, aut ſine exercitio viuentes; & monere, vt ad exercitium ſe dẽt, alias ſuperioribus deferre; inhoneſtè viuentes, ab honeſtis vicinis ſuæ Regionis, expellere; ædificare volentibus in eorum Regionem, fauere; impedientes reprimere; forenſibus in eorum regionibus ſtantibus, nihil agentibus, commeatum dare, aut ſuperioribus deferre; violentias comprimere, & Conſeruatoribus pro tempore exiſtentibus, nunciare; Ciues regionis conuenire ad ſingulas Ciuitatis neceſſitates, & eos, iuxta Superiorum iuſſum, conducere: Conſeruatoribus dietim aſſiſtere, ſaltem per eorum Priorem; & omnes, ſi requiſiti fuerint, ad conſilium vnà cum aliis deputatis vocatis, venire; rectè & fideliter conſulere; ante conſilii finem de conſilio non recedere, & aſſiſtere fauoribus oportunis, vt ſtatuta & ordines Ciuitatis ſeruentur. Vide infra lib. 4. c. 26.

¶ *De Aduocato, & Procuratore Cameræ.* Cap. 36.

ADuocatus, & Procurator Cameræ Vrbis, circa defenſiones, & executiones, & proſecutiones cauſarum Cameræ, ſint intenti: & apud Senatorem, & Conſeruatores ſtent aſſiduè, pro eorum iuribus manutenendis, conſeruandis, recuperandis, & ab impugnare volentibus, defendendis; circa alia, vigilanter & ſagaciter explorent quid agant Iudices ſuper criminalibus, & ciuilibus deputati, præſertim iudex Cameræ præſidens, & An infra tempus debitum, lites & cauſæ, quæ corã eis agitantur, fuerint terminatæ, vt de omnibus tempore ſindicatus Senatoris, & Iudicum, poſſint ad plenam rationem, & Sindicos, ac Iudicem informare, & ſic iurent facere, & obſeruare. Vide infra lib. 4. c. 174.

¶ *Quòd Aduocatus, & Procurator Cameræ, non poſſint eſſe aduocati, uel procuratores alicuius perſonæ, durante eorum officio.* Cap. 37.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ITẽ, ſtatuimus,& ordinamus, ꝙ Aduocatus,& Procurator Camerę Vrbis,nõ poſ
ſint nec debeãt eſſe aduocati, nec ꝓcuratores alicuius alterius ꝑſonæ, in Curia
Capitolii,ad pęnã xxv. lib. proui. pro quolibet cõtrafaciente, vice qualibet,de ſuo
ſalario, per Camerarium Cameræ Vrbis, tempore ſui ſindicatus, retinendarum.
Et hoc intelligatur durante eorum officio.

### De foro competenti. Cap. 38.

ITem, vt tollantur aliæ confuſiones Tribunalium Vrbis, & abuſiones hactenus
introductæ in ea, & aliquandiu de facto ſeruatæ, & vt diſtinctæ ſint iuriſdictio-
nes, Statuimus & ordinamus, ꝙ non obſtante aliqua conſuetudine,ſiue ſtilo, in cõ
trarium faciente,decætero nullus laycus,ciuis Romanus,vel habens domicilium in
Vrbe,& pro Ciue habitus, vel reputatus, conueniri poſſit; aut reſpondere, vel cõ
parere (niſi tantùm ad opponendum declinatoriam fori) teneatur, vel cõpelli poſ
ſit in aliquo alio foro eccleſiaſtico, vel ſæculari, ciuiliter, aut criminaliter, niſi tan
tùm in Curia Capitolii,& corã illius iudicibus,& officialibus pro tẽpore deputatis,
etiam ratione cenſus, canonis, ſiue reſponſionis cuiuſcunq; rei emphiteoticæ, vel
locatitiæ, perpetuò, vel ad tempus, vel mercantiarum quarumcunq; venditarum,
etiam per mercatores quoſcunq;,etiam per eos qui habent magazenos in Ripa Ro
męa,ſiue occaſione alicuius inſtrumenti in quo ſit appoſitum iuramentum,& facta
renunciatio priuilegii fori, etiam ſi actor ſit forenſis; dum tamen fuerit talis cauſa,
quæ in dicta Curia Capitolii, ſiue foro ſæculari, de iure agitari & tractari poſſit.
Et ſimiliter nullus laycus, Romanus Ciuis, ſiue domicilium habens in Vrbe, pro
Ciue habitus,vel reputatus, poſſit alium Ciuem, vel habentem domiciliũ, pro Ci
ue habitum, vel reputatum, laycum, conuenire in alia Curia, q̃ Capitolii,pro qua
cunq; re, ſiue quantitate, ex quacunq; occaſione, vel cauſa, etiam ex prædictis: &
qui contrafecerit, vltra pęnas legales, in quibus incurrat, puniatur in xxv. duc. au
ri, applicandis pro medietate Cameræ Vrbis, pro alia medietate, parti: in quam
pęnam ipſo iure incurrat, & omnis proceſſus aliter factus ſit nullus: quam pœnam
incurrat quilibet procurator aliter agens: & Mareſcallus, officiales, aut executor
qui præſumeret exequi appodiſſas, capturas, grauamina, præcepta, mandata, ſiue
ſententias aliter factas, & latas, & decretas; & quicunq; Mandatarius citationes,
vel præcepta faceret contra dictam diſpoſitionem, incurrat pœnam vnius duc. au
ri, pro qualibet citatione, ſiue executione mandati, applicañ vt ſupra: & Senator
poſtq̃ fuerit requiſitus, debeat contra dictos officiales, procuratores, & Mandata
rios contrafacientes, facere executionem, & exigere dictam pœnam; quam ſi non
exigeret, vel executionem non faceret, incidat ipſo facto in eandem pœnã,de ſuo
ſalario retinendam. & nullus alius officialis, præterquam officialis Curiæ Capito-
lii, poſſit facere foſſuras, & executiones ciuiles contra dictos Ciues, & pro Ciui-
bus habitos, ad eandem pœnam; et Senator teneatur prædictis aſſiſtere, et tueri
Ciues, et habitatores præfatos, per mandata, et mulctas, et alia iuris et facti reme
dia oportuna. Item, ſi aliquis conuentus in futurum, recuſaret, vel declinaret fo-
rum Iudicis Curiæ Capitolii, ex tunc inantea, non poſſit habere, & obtinere offici
um aliquod in Vrbe, vel eius diſtrictu. Et ꝙ ſi eſſet electus, vel aſſumptus contra
præſens ſtatutum, electio eius, & geſta per eum, non valeant iure ipſo. Et ꝙ ta
lis renuncians, ſcribatur in libro Conſeruatorum nouiter facto, per Notarium Ca
meræ Vrbis, vel Notarium DD. Conſeruatorum, vt de tali recuſatione perpetuò
extet memoria. Inſuper,conuentus ratione rei de qua agitur,aut contractus,aut
delicti, Romæ exiſtentis, aut initi, non poſsit forum Capitolii recuſare, quauis
exemptione aut priuilegio non obſtante.

De



### De citationibus fiendis in cauſis ciuilibus. Cap. 39

IN qualibet cauſa ciuili,ſufficiat citatio facta per Mandatarium Curiæ Capitolii,
in quolibet actu,articulo,& negotio; etiam ſi pars citaretur ad ſententiam au-
diendam, licet non peremptoriè; dum tamen in citatione contineatur Ad cuius
petitionem,& quis citetur,& coram quo, & pro qua die,vel hora,& cauſa ꝓ qua
ſit citatio:& aliter,ad executionem inſtrumentorum, & ad miſſionem in poſſeſſio-
nem,ex primo, vel ſecundo decreto, vel ad habendum aliquem pro confeſſo, ſeu
ad ſententiam,procedi non poſſit. Foſſuræ autem,in cauſis ciuilibus non,fiant de cę
tero,ſed ſufficiat per Mandatarium facta citatio.

### De forma citationis ciuilis. Cap. 40

QVilibet Ciuis Romanus, & quilibet alter habitans in Vrbe cum ſua familia,
in cauſa ciuili citetur,per Mandatarium, perſonaliter,vel ad domum habita-
tionis ſuæ,publice,& alta voce,vicinis audientibus; & committatur per Iudicem,
& per Mandatarium aſſignetur in domo citati, ſi ibi aliquis inueniatur, vel alicui
ex vicinis eius,ſcriptura citationis,vel ſaltem affigatur in hoſtio domus citati,præ
ſente vno teſte,vt non poſſit prætendi ignorantia de eadem &:fiat in hac forma,
vel ſimili,Commiſſum eſt per talem Iudicem, ad petitionem talis,tali Mandatario
quatenus citet & requirat talem,vt die tali compareat coram eo, hora cauſarum,
ad reſpondendum dicto tali,de iure,ſuper tali re,quam intendit ab eo petere,ex ta
li cauſa,aliàs &c. Et aliter ad miſſionem in poſſeſſionem,ex primo,vel ſecundo de
creto, vel ad executionem inſtrumentorum,teſtamentorum,ſeu apodiſſarum,ſeu
ad habendum aliquem pro confeſſo, vel ad ſententiam audiendam, procedi non
poſſit.In aliis autem actibus Iudiciorum, ſufficiat citatio facta verbo,ſine ſcriptu-
ra,cum relatione Mandatarii,cui ſtetur. Si citationis dies inciderit in diem feria
tam,citatus,in proxima ſequenti non feriata,faciat & impleat,ꝙ in dicta die termi
ni,facere debebat;aliàs cõtumax reputet.

### De citandis edicto ſenatus. Cap. 41.

CIues,qui extra Vrbem habitant cum eorum familia;citentur edicto Senatus, ſi
cut olim fieri conſueuit in principio cauſæ, cum expreſſione eorum, quæ
ſuperius ſunt expreſſa,etiam ad ſententiam audiendam: in aliis veró iudiciorum
actibus,ſufficiat citatio facta ad domum ſolitæ habitationis ipſorum,publicè, vi-
cinis audientibus; per Mandatariũ Curiæ,ſicut ſupra tactum eſt de Ciuibus,& aliis
in Vrbe habitantibus. Forenſes qui in Vrbe non habitant cum eorum familia,
qui ſortiuntur forum in Vrbe,citentur edicto Senatus,iuxta morem antiquum,in
iſtis cauſis dumtaxat, videlicet quando proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem,
ex primo,vel ſecundo decreto, & ad executionem inſtrumentorum, & ad ſenten
tiam audiendam.In aliis autem actibus iudiciorum, non expediat eos citari,ſi fue
rint contumaces;dum tamen in citatione, expreſſis hiis,quæ ſupra ſunt ſcripta,
comminetur eis Iudex, ꝙ vlterius non citabuntur,ſed eis abſentibus, in ſingulis iu
diciorum actibus,vſq; ad ſententiam procedetur.

### De edicto citatorio. Cap. 42.

EDictũ citatoriũ,ſigillo ſacri Senatus impreſſũ,Mãdatarius portare debeat ad lo
cũ,in quo ꝑſona citãda habitat;& aſſignare ipsũ ꝑſonę quæ citat̃, vel ſaltẽ Cu
riæ,vel Cõſulibꝰ,ſiue Dño,vel Vicario dicti loci,in quo ꝑſona habitat quę edicto
citat̃;vel ſaltẽ ipſũ debeat aſſignare alicui,q̃ dictũ edictũ legat; & ſi aliquẽ p̃dictoꝝ
nõ inuenerit,ſaltẽ voce dicat (oſtendẽdo edictũ)quę ꝑſonæ de tali Terra, citatæ



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſunt, ꝙ veniant ad reſpondēdum tali, ſemꝑ expreſſo nomine cōquerentis, ꝙ edictū
facta citatione reaſſignetur notario actorum, & ſcribatur ibi dies, quo fuit facta
dicta citatio. Et ſi Mandatarius dicere, & ſibi fuiſſe oblatum edictum, poſt repręſen
tationem ipſius, contra citatum nihilominus legitime procedatur.

*De citationibus minorum.* Cap. 43.

Infra lib.4.ca.2 FRaudibus & deceptionibus, aduerſus minores interdum fieri ſolitis, & eorum
indemnitatibus, prouidere cupientes, Statuimus & ordinamus, ꝙ minores xx.
annorum, ad futuras ciuiles cauſas conueniendi, ſiue aliás in iudicio euocandi, ſi tu
torem vel curatorem habeant, tam ipſi, q̃ eorum tutor, ſiue curator, tutorio & cu
ratorio nomine, in principio cauſæ citari debeant, modo, & ordine, prout in cau
ſis maiorum per Statuta in hoc Volumine, reperitur eſſe prouiſum. Quód ſi tutorē
vel curatorem non habeant, ante omnia adiri debeat Iudex competens, per eum,
qui iudicium, vel alium iudiciarium actum, mouere vel facere intendit, Et Iudicis
officio implorato, ſola verbali petitione in actis redigenda, Iudex, infra terminum
ſex dierum, tutorem ſiue curatorem, iuxta perſonarum diſtinctionem, dare debe
at. Et primo loco legitimum, ſi idoneus reperiatur, ſalua gradus, & cōiunctionis
prærogatiua; aliàs alter detur per inquiſitionē Iudicis; qui ſtatim facta illius decla
ratione, compelli per eundem Iudicem debeat, ad tutelam vel curam ſuſcipiendā
vt cum eo, vel eis, vnà cum ipſo minore poſſit iudicium inchoari. Quòd ſi neq; legi
timus, neq; alter reperiatur, qui compulſus, tutelam, ſiue curam huiuſmodi, velit
ſuſcipere; tunc Iudex curatorem, ſiue actorem ſpecialem ad ipſam inchoandam, ꝑ
tis requiſitionem. Et ſi Iudex in præmiſſis negligens fuerit, ad partis agere volen
xxv. lib. retinendarum de ſuo ſalario, incidat ipſo facto. Et aliàs citatio facta con
tra minorē, nō valeat. Et q̃cq̃d inde ſequeẽ, nullius ſit roboris, vel momēti, quatenꝰ
præiudiciū ipſius minoris, & diminutionē ſui patrimonii, cōcerneret quouiſmodo.

*De tutoribus dandis pupillis.* Cap. 44.

ITem, ꝙ Iudices Palatini, & Curiæ Capitolii, teneantur dare omnibus iuſtè petē
tibus, tutores, & curatores. Quam dationem Senator obſeruare teneatur, ad
pęnam decem lib. proui. Poſſit tamen in cauſa neceſſitatis, Iudex, ſi ſuper hoc adi
tus fuerit, aliquem Notarium deſtinareꝗ, & delegare ad perſonas infirmas, vel ab
ſentes ab Vrbe, & maximè ad DD. viduas, volentes tutelam, ſeu curam filiorum,
ſeu nepotum ſuſcipere, & actores conſtituere: cuius auctoritate & decreto, tam tu
telæ, & curæ datio, & ſuſceptio fiatꝗ, q̃ etiam ex auctoritate ſibi in priuilegio Nota
riatus, conceſſa; Perindeq; valeant geſta in prædictis, per talem notarium ad hoc
miſſum, ac ſi per dictum Iudicem facta forent: de qua infirmitate, viduitate, abſen
tia, ſeu alia neceſſitate, ſufficiat fieri fidem Iudici, per ſacramentū prædicta petētis.

*Quòd poſſint conſanguinei comparere pro abſentibus ultra tres dietas.* Cap. 45.

SEquentes antiquam conſuetudinem Vrbis ſcriptam, Statuimus, ꝙ abſentes vltra
tres dietas ab Vrbe, qui de iuriſdictione Vrbis exiſtunt, poſſint defendi in cau
ſa ciuili tantùm, per eorum conſanguineos proximiores, & ſine mandato, nulla de
iudicato ſoluendo, præſtita cautione; qui iurent, & interrogentur tanq̃ ipſæ prin-
cipales perſonæ, ſi præſentes eſſent, & iudicium cum iſtis, teneat, ſicut ſi actum eſſet
cum Principalibus. Vbi autem plures conſanguinei in eodem gradu exiſterent, il
le tantum admittatur, quem Senator, vel Iudex cauſæ, duxerit præferendum.
Expenſæ tamen cauſæ, fiant de bonis abſentis. Pro quibus, fiat coactio ad domū,
iuxta arbitrium Iudicantis. Abſente verò reuertente, ſi voluerit, ad iudicium ad-



mittatur, vel ad petitionem partis cogatur, ꝓceſſu tamen cū tali defenſore, firmo
durante. Et ſententia lata in alterius ꝑſona, vel vtriuſq;, valeat: ſed ſi abſens taliter,
non defendatur, procedatur legitimè cōtra eum. Officiales autē Curiæ, vel familia
res ipſius Senatoris, ad procurationē & defenſionē aliquā nullatenus admittantur.

*De comparente per Procuratorem.* Cap. 46.

SI citatus in cauſa ciuili, per procuratorem compareat, qui doceat de mandato; Infra lib.5.c.4.
non expediat vlterius citari dominum litis, ſed ſufficiat citari procuratorem in
ſingulis iudiciorum actibus, præterq̃ ad ſententiam audiendam; quo caſu volumus
vtrumq; requiri, ne de prolatione ſententiæ in gnorantia prætendatur.

*De reo comparente, & non comparente actore.* Cap. 47.

COmparente autem citato, per ſe, vel legitimum reſponſalem, ſi actor, vel reus
in cauſa reconuentionis, non curauerit, in citationis termino comparere; licē
tietur citatus, ita ꝙ ab inde ad decem dies, pro illa cauſa citari non poſſit; & tunc,
actor non audiatur, niſi prius citato expenſas reficiat citationis, relationis, & com
paritionis tantùm. Et dicta intelligantur de prima citatione, ſeu quæ loco primæ
citationis haberetur. Et Mandatarius, ad petitionem citati, relationem facere te-
neatur, ad pœnam viginti ſolidorum, vice qualibet.

*De libellis incertis, & ſubalternatis.* Cap. 48.

VEtuſtam Vrbis conſuetudinem, propter breuitatem litium, approbamus, qua
cautum inuenimus, ꝙ licet libellus ſit ferè in cauſa qualibet regulariter offerē
dus, vt reus certioretur; quædam tamen cauſæ ſunt, in quibus certiorari non po-
teſt, & libello quodammodo incerto, vel ſub alternatione propoſito, cogitur re
ſpondere; videlicet cum res aliqua petitur iure dominii, vel quaſi. Item, ſi appare
ret locationem factam eſſe, vel contractum emphiteoticum, peto penſiones præte
ritas & futuras, & ius relocaturæ. Item, Peto hæreditatem, vel partem, (deſignan
do quotam) ex ſucceſſione talis, proponendo ex teſtamento, vel ab inteſtato; &
ſi appareret, me non poſſe ſuccedere, & illud teſtamentum feciſſe quod de iure nō
valet, & in eo mihi aliquid reliquiſſe, peto relictum, & quod mihi deeſt ad Falcidi
am, ſuppleri. Item, Peto rem, vel poſſeſſionem, quam mihi abſtulit, vel auferri fe
cit; vel ablationem ſuo nomine factam, ratam habuit; vel res ablata, ad eum per-
uenit. Item, eodem modo agi poteſt in poſſeſſione immobilium, & addi poteſt,
Rediens, non fui admiſſus, vel ſuſpicatus ſum me poſſe repelli. In his dumtaxat ca
ſibus, de conſuetudine, tales libelli recipiantur, in aliis autem, Iuris & Statutorum
forma ſeruetur.

*De cauſis, quibus non requiritur libellus.* Cap. 49.

PRæter eas cauſas, quæ de iure non requirunt libellum, ſunt quædam cauſæ, in Infra in 4. Alex. c. 5. & 6.
quibus, ſecundum antiquas conſuetudines, & noua Statuta, libellus non exigi
tur; vt cum agitur ex inueſtimento fracto, vel non defenſo; in cauſis dotalibus; &
donatione propter nuptias; alimentorum; & in omnibus alimentis; in cauſa appel
lationis; in executione inſtrumentorum, apodiſſarum, ſententiarum, arbitriorū, Infra c 99.
laudorum, ſiue arbitratuum, & vltimarum voluntatum; & in cauſis à decem flor.
auri infra, & in cauſis expenſarum, & in cauſis Hoſpitalium, & religioſorum loco
rum, & Eccleſiarum, miſerabilium perſonarum, & Cameræ Vrbis; in his enim ca
ſibus, ſine libello procedi poteſt.

*De recuſatione Iudicis, & quod Iudex forenſis non habeatur ſuſpectus.* Cap. 50.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Lib. 4. c. 12. NVllus forenſis iudex ordinarius, in Curia Capitolii ad aliquod officium depu
tatus, poſſit haberi ſuſpectus: ſatis eſt enim, ꝙ tẽpore ſindicatus, de male ge
ſtis tenetur reddere rationem. Poſſit etiam Senator, quando ſibi videbitur iuſta
cauſa ſuſpitionis allegata, ſuper dicta cauſa aliquem alium ex ſuis Iudicibus depu-
tare, vel ſibi alium ſociare, qui vnà ſecum, de dicta cauſa cognoſcat.

¶ *De bis citatis, licentiatis.* Cap. 51.

QVicunq; pro aliqua perſona fuerit bis citatus edicto Senatus, & duas liberatio
nes, ſeu licentiationes habuit; pro cæteris citationibus, non cogatur reſpon
dere eidem perſonæ in eadem cauſa, pro qua citatus fuerit, de inde ad duos mẽſes.

¶ *De cauſis a x. ducatis infra.* Cap. 52.

Lib 4. c. 5. & 6 ITem, ſtatuimus, ꝙ in cauſis a x. ducatis infra, omni tempore ius reddatur, non
obſtantibus quibuſcunq; feriis meſſium, & vindemiarum, Et ꝙ cauſæ a x. duca-
tis ſuprà, non poſſint diuidi. In cauſis a x. ducatis infrà, non ſit neceſſe offer-
re libellum in ſcriptis, nec litis conteſtationem fieri, nec alias iuris ſolemnitates ob
ſeruari; ſed ſufficiat uerbalis petitio, in actis redacta; cui reus illico reſpondere te-
neatur. Et ſi negauerit, & actor ſibi ſacramentum deferre voluerit, reus cogatur
aut iurare, aut referre, aut ſoluere. Et ſi actor ex delatione Rei iurare noluerit,
abſoluatur reus. Si verò neutra Partium ſacramentum deferre voluerit, Iudex det
terminum vtriq; parti quinq; dierum vtilium, ad probandum: quibus elapſis, cau
ſam, per ſe ipſum, ſine conſiliario, decidat; ita ꝙ in omni caſu, infrà quindecim dies
vtiles, dictam cauſam diffiniat, ad pœnam x. lib. prouiſinorum, de ſuo ſalario ſin
dicatus tempore retinendarum.

¶ *De cauſis à x. ducatis ſupra.* Cap. 53.

Lib. 5. c. 3. IN cauſis, quibus petitur maior quantitas x. ducatorum, vel res maioris æſtimatio
nis decem ducatorum, offeratur libellus duplicatus, & manu Aduocati ſubſcri
ptus. Qui ſi ſubſcriptus non fuerit, expenſæ Aduocati, peti non poſſint.
Contra quem, ſi qua opponatur exceptio, reſeruetur poſt litem conteſtatam;
quæ conteſtatio non impediatur per alicuius exceptionis obiectum, niſi libelli ine
pti, vel Iudicis incompetentis: ſuper qua ineptitudine, Iudex interloqui debeat ſe
cunda die vtili poſt oblationem libelli; aut exceptionem ineptitudinis, poſt litem
conteſtatam reſeruare, ſi ſit de ineptitudine dubium; ad pœnam decem lib. proui.
Fiat autem litis conteſtatio ſecunda die vtili poſt oblationem libelli; in qua, ſi
reus cõtumax fuerit, procedatur ad miſſionem in poſſeſſionem, perinde ac ſi à prin
cipio contumax fuiſſet, ſecundum formam infrà traditam contra contumaces, aut
lis habeatur pro conteſtata, prout actor elegerit. Reo autem comparente, &
litem conteſtante, & iuramento præſtito de calumnia, & veritate dicenda; actor
& reus, infra quindecim dies vtiles, a die litis conteſtatæ, ſiue pro conteſtata habi
tæ, de ſuo iure ponant, & probent. Quibus elapſis, infra decem alios dies vtiles
immediatè ſequentes, per teſtes, per inſtrumenta, & omne genus probationis, pro
bent, & probatum habeant quicquid voluerint, & de iure potuerint. Ex poſt, nul
la fiat examinatio teſtium, neċ recipiatur probatio, excepto q̃ Inſtrumentorum,
& ſcripturarum publicarum, & priuatarum recognitarum, quæ vſq; ad quinqua
geſimum diem vtilem, produci poſſint. Et dictis xxv. diebus vtilibus elapſis, intelli
gatur facta publicatio teſtium, & proceſſus, & vtriq; parti ad recipiendum copiã,
& ad opponendum, quinq; aliorum dierum vtilium terminus, intelligatur præ
fixus: Et deinde ad oppoſita probandum, & probata habendum, aliorum
etiam quinq; dierum vtilium immediatè ſequentium, terminus ſuccedat.



Inſuper, ſtatuimus, vt ad recipiendum copiam productorum, & ad reprobandum,
& opponendum, & reprobatum habendum, infra ſimiles etiam ſeptẽ dies vtiles,
partes ipſæ habeant facultatem. Verùm, quia conueniens eſt, vt cauſæ per infor
mationẽ partium, procuratorum, & aduocatorum, bene inſtruantur, aſſignamus
partibus hincinde, terminum ad allegãdum, & ad informandum, octo dierum vti
lium: Quibus omnibus terminis elapſis, intelligatur in cauſa eſſe concluſum.
¶ Et vt Iudices cũ matura, & maiori animi deliberatione, ad cauſarum deciſionẽ
procedere poſſint, concedimus dictis Iudicibus decem dies vtiles, in quibus Deũ,
& iuſtitiam ante oculos habentes, cauſam ipſam expedire poſſint, & debeant.
Præfati autem termini intelligantur eſſe legales, & currant adeo, ꝙ non requira-
tur neceſſariò miniſterium Iudicantis. Sic tamen iudices lites abbreuient, vt in-
fra ſexaginta dies vtiles, à tempore litis conteſtatæ, vel pro conteſtata habitæ, com
putandos, q̃ citius poſſint, cauſam decidant, & terminent: quibus ſexaginta die-
bus effluxis, inſtantia intelligatur eſſe perempta: quæ nec per Iudicem, nec de par
tium conſenſu, nec per aliquod reſcriptum prorogari poſſit, ſalua ſolius Romani
Pontificis auctoritate. Quod etiam locum habere volumus, tam in prima, q̃ in
ſecunda, & aliis quibuſcunq; inſtantiis, & reductionibus ad arbitrium boni viri, &
nullitatibus ſententiarum, arbitriorum, aut arbitramentorum, & in quacunq: alia
inſtantia; quam decernimus elapſo termino lx. dierum vtilium, eſſe peremptam.
Et vt Iudices ad expeditionem cauſarum, celerius procedant, & litigantium parca
tur laboribus & expenſis, ſtatuimus, vt Iudex, qui cauſam infra dictos lx. dies nõ
expediuerit, incidat in pęnam xxv. ducatorum auri, ſi cauſa fuerit valoris ſiue æſti
mationis à quinquaginta ducatis infra, ab inde verò ſuprà, pęna Iudicis ſit ducato
rum quinquaginta: in quibus pœnis Iudices ipſo facto incurrant ab eis irremiſſibi
liter exigendis, & Cameræ Vrbis applicandis, & nihilominus Parti expeditionem
petenti, ad refectionem omnium expenſarum, omnino compellãtur. ¶ Et quia ali
quando ex malitia, vel negligentia Notariorum, contingit cauſas protelari, & in
longum produci, & Partibus ipſis magnum præiudicium generari: Statuimus, ꝙ
Notarii in cauſis electi, aut deputati, infra ſupradictos dies, & terminos, debeant
teſtes diligenter examinaſſe, & copias tam teſtium, q̃ aliorum Iurium, petẽtibus,
recepta, vel oblata competenti mercede, infra triduum, poſtq̃ petita fuerit legiti
mè, tradidiſſe. Quod ſi non fecerint, intelligantur eſſe ipſo iure ſuſpenſi exercitio
notariatus, per ſex menſes; & actis, & ſcripturis ipſorum interim confectis, nulla
fides adhibeatur; & interim ſi aliqua acta, ſeu ſcripturas tanquam notarius faceret,
pœnam falſi incurrat; & nihilominus teneatur Parti leſæ ad refectionem omnium
damnorum, expenſarum, & intereſſe; & Iudex hoc caſu ex ſuo officio, vel ad Par
tis petentis inſtantiam, teneatur, alium notarium in cauſa deputare: Qui teneatur
ſub ſimili pęna, acceptare, & adimplere omnia, ad quæ prior notarius tenebatur.
¶ Et vt fraudibus, quæ ſæpe occurrunt, obuiemus, quia aliquando occurrit, ꝙ infra
dictos terminos aſſignatos ad probandum, & reprobandum, Pars allegat habere
teſtes, vel alias probationes extra Vrbis diſtrictum, Statuimus, ꝙ hoc caſu prius,
& ante omnia, Pars dilationem petens, debeat nominare teſtes, loca, & probatio
nes, quas habere dicit; & hoc facto, ſtatuatur ſibi competens dilatio, arbitrio Iudi
cis, ſecundum locorum diſtantiam, ad quam non admittatur, niſi prius deponat
in Camera Vrbis, pignora, valentia quantitatem xxv. duc. auri, aſſignanda Ca-
meræ pro medietate, pro alia veró medietate, Parti, cõtra quam dilatio petita eſt,
caſu quo apparuerit, eum dilationẽ calumnioſè petiiſſe: Et intelligatur calumnio
ſe petita, ſi infra terminum ſibi per Iudicem aſſignatum, teſtes non fecerit exami-
nari, & alias probationes allegatas non produxerit, vel examinati, nihil de cauſa
probarent. Quæ depoſitio ceſſet, ſi notoriè appareret non calumnioſè petitam di

lationem; & Iudex ſuper hoc interlocutus fuerit; & dicta dilatio hoc caſu per Iudi
cem conceſſa, non computetur in numero ſexaginta dierum, quatenus terminus
aſſignatus excederet dilationes probatorias, ſupra ad probandum conceſſas.
¶ Et quia contigit aliquando, ꝙ poſt inſtructā cauſam, & poſt quinquaginta dies,
nouus Iudex ſuperuenit; volumus & ſtatuimus ꝙ Iudex de nouo in cauſa ſuperue-
niens, habeat ſimiles decē dies vtiles, infra quos cauſam decidere, & terminare, ſub
ſupradictis pœnis, omnimodo teneatur. ¶ Verū, quia aliquando Partes litigantes
volunt cauſam corā Iudice vertentē, per cōpromiſſum amicabiliter terminari, Sta-
tuimus, ꝙ ſi cōpromiſerint ante quinquageſimū diē, ꝙ cōpromiſſum excedere non
poſſit terminū triginta dierū continuorū; & dictus terminus in inſtantia non com-
putetur: elapſis vero dictis quinquaginta diebus, currat terminus, nec impediatur
per quodcunq; aliud compromiſſum, factum, aut in poſterum faciendum.

### De conuento actione reali, contumace. Cap. 54.

SI conuentus actione reali, vnica citatione requiſitus, contumax fuerit, actor, p̄-
ſtito per eum ſacramento calumniæ, abſq; alio conſilio, ſalua quærela, mittatur
in poſſeſſionem rei petitæ, ipſamq; poſſideat, & in eius poſſeſſione defendatur per
Senatorem. Et ſi infra xx. dies, à die dictæ contumaciæ numerandos, ſuam contu
maciam non purgauerit, & ſuam poſſeſſionem non recuperauerit per refectionem
expenſarum, & ſatiſdationem de iudicio ſiſti; iterum, actore inſtante, requiratur
reus; in qua requiſitione comminetur Iudex, ꝙ non citabitur vlterius in dicta cau
ſa pro aliquo actu, niſi ſolùm ad ſententiam audiendam. Si autem nec tunc com-
parere curauerit, lite in odium eius habita pro conteſtata, actor infra decem dies
vtiles, à die præfatæ ſecundæ contumaciæ numerandos; de ſuo iure probet, etiam
abſente reo, & non requiſito, ad teſtium iuramenta, ſeu alias probationes faciēdas,
ſeu ad publicationem teſtium, & ad alia occurrentia in iudicio facienda: quibus
elapſis, reo iterum citato, licet non peremptoriè, ad ſententiam audiendā, ſi actor
de iure ſuo probauerit, pronunciet pro actore; aliàs, reum, licet abſentem, abſol-
uat à re petita, & in expenſis, & pœna contumaciæ, actorem condemnet.

### De conuento actione perſonali, contumace. Cap. 55.

REo actione perſonali conuento, vnica citatione requiſito, & non comparen
te, actor, præſtito per eum ſacramento calumniæ, mittatur abſq; conſilio, ſal
ua quærela, in poſſeſſionem bonorum debitoris, pro menſura debiti in actoris pe-
titione declarati. Et ſi per quindecim dies in contumacia perſtiterit, & eam non
purgauerit, & expenſas non reſtituerit, & de iudicio ſiſti, non ſatiſdederit, actore
inſtante, iterum citetur reus, cum comminatione, & forma, in ſupra proximo ca
pitulo tradita. Et ſi nec tunc comparuerit, lite in eius odium habita pro conteſta
ta, per decem dies vtiles, à die dictæ ſecundæ contumaciæ numerandos, actor pro
bet ſuam intentionem, etiam abſente reo, & ad nullum actum vlterius requiſito, ni
ſi ad ſententiam audiendam. Et ſi actor de ſuo iure probauerit, reum in quantita
te rerum, ſeu earum æſtimatione, condemnet. Facta autem ſummæ appretiatione,
Vide infra c. 29 ſeu æſtimatione rerum, in quarum poſſeſſione actor fuerit poſitus, præmiſſo vnico
banno, vendantur plus offerenti. Et ſi non inueniretur emptor, adiudicetur ſibi
per Iudicem, tantum de bonis præfatis, quod aſcendat ad quantitatem, vel rem pe
titam, ſeu eius æſtimationem; & tertiam partem vltra, & dentur ſupra dicta bona
per Iudicem in ſolutum, & efficiatur dominus, ſi debitor erat dominus, vel efficia
tur quaſi dominus, & eam vſu capiendo, & præſcribendo, ſibi paret; & Senator,
& officiales, actorem in ipſius poſſeſſione defendant. Quæ datio in ſolutum, ha-
beatur perinde, ac ſi per ipſum debitorem facta eſſet, & ſuper ea dictus debitor per



petuò non audiatur, niſi infra annum, à dicta datione in ſolutum, ſoluerit actori,
ſeu eius hæredibus, ſeu ab eo cauſam habentibus, veram debiti quantitatem, in
qua extitit condemnatus, ſeu veram rei petitæ æſtimationem: quo caſu dicta bo-
na reſtituantur ſine fructuum reſtitutione, ſeu excōputatione. Anno autē elapſo,
nullatenus audiatur. Si verò actor de iure non probauerit, reus abſoluatur, licet
abſens; tamen propter pęnam contumaciæ ſuæ, in expenſis condemnetur actori;
quibus ſolutis, reſtituatur dictorum pignorum poſſeſſio. Si verò actor noluerit
ad diffinitiuam ſententiam peruenire, ſed ſolummodo ad ſecundū decretum; tūc
actor, qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto, elapſis triginta diebus, ite-
rum faciat citari reum ſimili citatione: quo non comparente, Iudex iterū recepto
ſacramento ab actore, quòd animo calumniandi hoc non petat, & habita, & rece
pta plena probatione de petitis per actorem, ponat eum in poſſeſſionem ex ſecun=
do decreto; quam poſſit reus recuperare ſine fructuum reſtitutione, & excomputa
tione, vſq; ad quatuor annos, à tempore impoſitionis dicti decreti, ſoluendo verā
debiti quantitatem: quibus elapſis, nullatenus audiatur, ſed adiudicetur, ſeu detur
in ſolutum per Iudicem creditori, vt ſupra ſcriptum eſt: & defendatur per Senato
rem in poſſeſſione, & proprietate dictæ rei, per omnia remedia neceſſaria iuris &
facti; ad pęnam quinquaginta lib. proui. ſi hæc facere recuſauerit, vel ſi eſſet in præ
dictis negligens, vel remiſſus; Iudex autem negligens, pęnam x. lib. proui. incurrat.

### De reconuentione. Cap. 56.

COnuentus, ſecundum conſuetudinem Vrbis, poteſt reconuenire agentē, apud
eundem Iudicem, vſq; ad præſtationem ſacramenti calumniæ, & de his rebus,
de quibus de iure poteſt. Sacramento autem præſtito, ſiue apud eundem Iudicem,
ſi ordinarius eſt, ſiue apud alium Iudicem ſuum, poteſt reconuenire actorem. Sed
ſi ante ſacramentum, fiat citatio corā diuerſis iudicibus, à diuerſis partibus; apud
eum fiat reconuentio, coram quo prima citatio facta fuit. Sed in iudicio ſindica
tus, reconuentio locum non habeat.

### De litis conteſtatione fienda partibus præſentibus. Cap. 57.

PArtibus præſentibus, coram Iudice competente, vel perſonis legitimis earun
dem, ex parte actoris, petitione generaliter verbotenus, ſine cauſæ expreſſio
ne, formata, niſi aliqua iuſta exceptio opponatur, reus verbotenus cogitur reſpon
dere. Et ſi reus fatetur, nulla exceptione oppoſita, ſe debere quod actor petit, Iu
dex det reo nouem dierum terminum ad ſoluendum. Si verò reus negaret quod
actor petit, non ante procedatur ad ſacramentum, q̃ libellus porrigatur, ſi talis ſit
cauſa, in qua libellus ſit neceſſariò offerendus, ſi reus libellum petierit, per quem
certioretur reus. Et ſuper dicto libello conteſtatione facta, & per tabellionem ſi
mul cum libello in actis ſcripta, perueniant ad ſacramentum, exceptis illis cauſis,
in quibus procedi poteſt ſine libello. Nec ſit licitum actori, in eodem iudicio emē
dare, vel mutare libellum, ſine voluntate conuenti, poſt præſtitum ſacramentum.
Nec litis conteſtatio propterea vitietur, ꝙ ſeparatim & non ſimul, actor & reus ſuā
intentionem corā Iudice propoſuerint. ¶ Si reus in litem conteſtando cōtumax
fuerit, aut procedatur contra eum ad miſſionem in poſſeſſionem, tanq̃ contra con
tumacem, aut lis habeatur pro conteſtata, prout actor elegerit: quam electionem
actor ſecunda die vtili poſt oblationem libelli, facere teneatur, ita vt perinde pro
cedatur, & currat terminus ad probandum, traditus á ſtatuto, ac ſi verè lis conte
ſtata fuiſſet.

### De iuramento calumniæ. Cap. 58.

Libro 4. c. 13. PRincipales perſonæ, ſi in Vrbe præſentes fuerint, per ſe ipſas ſubeant calumnię iuramentum: Si autem abſentes ab Vrbe fuerint vltra x x. miliaria; præſtito ſacramento à procuratore abſentis, ſuper hoc ſpeciale mandatum habente. Qui etiam ad reſpondẽdum poſitionibus admittatur, ſi dominus fuerit abſens ab Vrbe per quadraginta miliaria; de qua abſentia fidem faciat per iuramentum; aliàs principalis veniat, & ſub ſacramento reſpondeat. Et ſi aduerſarius dicat dominum legaliorem, q̃ procuratorem, & eum velle poſitionibus reſpondere; poſſit Iudex ad petitionem procuratoris abſentis, mittere notarium fidatum ad perſonas nobiles, ſeu magnates, ſeu quaſcunq; alias impeditas, expenſis abſentis, ad recipiendum ſacramentum calumniæ, & veritatis.

¶ *Quando exhibeantur poſitiones.* Cap. 59.

IN cauſis, in quibus litis conteſtatio facta eſt, ſeu in odium contumacis, habita ꝑ conteſtata, & ſacramentum calumniæ præſtitum; actor proxima ſequenti die nõ feriata poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, ſuas poſitiones aſſignet quod ſi non fecerit, non cogatur reus poſitionibus reſpondere: poſſit tamen, ſuam intentionem per teſtes probare, infra terminum à ſtatuto præfixum.

¶ *De teſtibus non recipiendis, nec cogendis ad perhibendum teſtimonium.* Cap. 60.

NVllus in cauſa ſui Collegii, recipiatur in teſtem, & recepto fides non detur; lege, vel canone dicente cõtrarium, non obſtante: niſi ſit perſona magnæ grauitatis, & fidei, quæ ex cauſa, nullum intereſſe priuatum prætendit.

¶ *Quòd nullus repellatur a teſtimonio.* Cap. 61.

DIffidatio Communitatis, vel Caſtri, ſingulares perſonas ipſius non repellat à teſtimonio.

¶ *Quot teſtes examinentur ſuper quolibet articulo.* Cap. 62.

IN qualibet cauſa, vltra ſeptem teſtes non recipiantur ſuper quolibet articulo ſiue capitulo.

¶ *De contumace in reſpondendo poſitionibus.* Cap. 63.

Lib. 4. c. 13. & ſup. c. 58. REus, qui citatus ad reſpondendum poſitionibus, contumax fuerit, hanc ſuæ contumatiæ pęnam ferat, ꝙ durante contumatia, nullæ recipiantur probationes & defenſiones ipſius. Et ſi durante termino, ad probandum ſtatuto, ſuam contumaciam non purgauerit, iuramentum calumniæ & veritatis præſtando, & poſitionibus reſpondendo, habeatur pro confeſſo ſuper omnibus, ſuper quibus de iure reſpondere debebat. Nec ſibi propterea decurſus terminus reſtauretur, ne portet præmium contumaciæ, ex qua pœnam meretur. Et idem per omnia in actore ſeruetur, ſi, poſtq̃ reus poſitionibus eius reſponderit, fuerit contumax in Rei poſitionibus reſpondendo: valeat quoq; reſponſio ſuper poſitionibus facta, etiam ſi aduerſarius non ſit præſens, ne propter fugam, lites producantur in longum. Nec admittatur illa reſponſio ſolita, Credit, ſi de iure probetur; vel, Non credit, niſi de iure probetur, ſed purè & ſimpliciter reſpondeat, vtrum credat, vel non, Reſponſio autem credulitatis, habeatur pro confeſſione, & non credulitatis, pro negatione. Et hoc ſtatutum locum habeat etiam in cauſis, in quibus litis conteſtatio non exigitur.

¶ *De negantibus filationem.*

Cap. 64.



QVæcunq; perſona, reſpondendo poſitionibus, negauerit filiationem, maternitatem, fraternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, ſeu mortem, vel vitam alicuius, & contrarium fuerit probatum; Puniatur in xxv. libris prouiſinorum, pro qualibet negatione, applicandis pro medietate, Parti; & pro alia medietate, Cameræ; in quibus per Iudicem cauſę in ſententia debeat condemnari. Qui ſi non fecerit, de ſuo ſalario teneatur, per Camerarium, ſindicatus tempore retinendis.

¶ *Quòd Maiores xx. annis, pro maioribus habeantur.* Cap. 65.

MInoribus viginti annis, ſuper futuris læſionibus dumtaxat, ſe minores & læſos probantibus, in integrum reſtitutio concedatur. Maiores autem viginti annis, in quolibet actu & negotio, pro maioribus, decætero reputentur. Super prętcritis autem lęſionibus, & cauſis pendentibus, nihil pęnitus innouetur.

¶ *De in integrum reſtitutione petita.* Cap. 66.

SI principaliter per minores, in integrum reſtitutio poſtuletur; oblata petitione, ſuper ea, lis infra biduum conteſtetur; & ſi reus contumax fuerit, habeatur pro conteſtata: ita ꝙ abinde in antea, vtraq; Pars per omne genus probationis, de iure ſuo probet, infra decem dies vtiles: quibus elapſis, Iudex, auditis allegationibus, cauſam decidat; & ſic litem abbreuiet, ꝙ infra viginti dies vtiles, à die petitionis oblatæ, diffinitiuè pronuntiet, quod ſi non fecerit, in decem lib. prouiſinorum, Cameræ teneatur, per Camerarium ſindicatus tempore retinendis, & inſtantia pereat, & damnum reſtituat Parti lęſę.

¶ *De eodem.* Cap. 67.

REſtitutio in integrum, incidenter petita, infra duodecim dies vtiles, per cauſæ Iudicem terminetur; quibus elapſis, ſi terminata non fuerit, habeatur perinde, ac ſi petita non fuiſſet. Et Iudex negligens, intereſſe reſtituat Parti læſæ, & pœnam decem lib. prouiſinorum, Cameræ ſoluat, de ſuo ſalario retinendarum.

¶ *De reſtitutione Cameræ.* Cap. 68.

REs publica, & Vrbis Camera, in ſingulis ſuis læſionibus, reſtituatur in integrum, procuratore Cameræ hoc petente, infra quadriennium, à tempore læſionis, per Iudicem, coram quo fuerit poſtulata. In cauſis quoq; Cameræ, procedatur ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii. Et in eis, contra Cameram acta producens, teneatur ſuis expenſis dare copiam productorum, Aduocato & Procuratori Cameræ; quibus non currat terminus, donec habuerint copiam productorum.

¶ *De teſtibus examinandis, & eorum dictis expliciter ſcribendis.* Cap. 69.

NOtarius, qui dicta teſtium examinatorum ſcribit, teneatur ſubſtantialiter, & explicitè ſcribere dicta teſtium, & non dicat Talis dixit vt talis. Et ſi teſtis explicitè non dixerit, ſed ſub compendio dixerit Capitulum ſiue articulum verũ Lib. 3. c. 177. verſ. Item ſcrinarii.
eſſe, eius ſcriptura fidem non faciat, niſi contineat reſponſionem ad ſingula contenta in articulis; & eo caſu, notarius parti ad intereſſe teneatur, & incidat in pœnam x. lib. proui. Cameræ Vrbis applicandarum. Aliter non valet dictum eius, ſic compendioſè reſponſum; & examinator puniatur in decem lib. prouiſinorum, Cameræ Vrbis applicandis. Et nihilominus dictus teſtis, de quo ſcriptum eſt Dixit vt talis, & qui ſine cauſa dixit Articulum verum eſſe, iterum examinetur. Non obſtãte, ꝙ teſtes fuerint publicati.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

*De fide inſtrumentorum exemplatorum.* Cap. 70.

Lib. 5. c. 39. INſtrumento, ſumpto & exemplato de aliquo publico inſtrumento, ſeu abbreuia
turis, ſeu prothocollis alicuius notarii defuncti, non habeatur fides, niſi habeat
ſubſcriptionem Iudicis ordinarii Palatini, & duorum notariorum. Qui Iudex di
ctam ſubſcriptionem facere teneatur, ad inſtantiam petentis, ſine aliquo ſalario,
Lib. 4. c. 32. ad pœnam decem lib. prouiſinorum, pro medietate Parti, & alia medietate, Ca
meræ applicandarum. Quilibet autem notariorum prędictorum, duos ſolidos pro
uiſinorum dumtaxat, pro ſubſcriptione recipiat. Et dicto exemplo ſic ſubſcripto,
vt ſupra ſcriptum eſt, ſtetur, parte perſonaliter citata, ſi commodè haberi poterit;
aliàs ad domum, vicinis audientibus; aliàs per edictum, in valuis Palatii Capitolii:
qua citatione interueniente, non poſſit deinde allegari ſuſpectum. Et hoc, locum
habeat in præſentibus & futuris.

*De allegato ſuſpecto inſtrumento.* Cap. 71.

SI aliquis in Iudicio produxerit aliquod inſtrumentum, & ille, contra quem pro-
ductum eſt, cum iuramento, allegando legitimam cauſam, affirmet & dicat ſe
illud habere ſuſpectum; Senator & Iudex cauſæ, ex eorum officio, Parte petente,
cogant notarium qui fecit inſtrumentum, & partem producentem, ad exhibendũ
coram eo, prothocolla & abbreuiaturas dicti inſtrumenti, & per ea ſemper impo
natur fides, & ſuſpitionis allegatæ tollatur occaſio. Si quis tamen ſuſpitionem alle
gauerit, & non probauerit, incidat in pœnam xx. lib. proui. illico exigendarum,
& Cameræ Vrbis applicandarum: ſi tamen perſona notarii appareret ſuſpecta, di
cta pœna, Iudicis arbitrio relaxari poſſit.

*De inſtrumento cancellando per notarium.* Cap. 72.

NOn poſſit notarius cancellare prothocollum alicuius inſtrumenti, niſi manda
to illius vel illorum, cuius vel quorum intereſt, & ad cuius vel quorum vtili
tatem factum eſt. Et ſi contra fecerit, in xxv. lib. prouiſinorum, puniatur. Et nihi
lominus ex tali prothocollo ſic cancellato, poſſit inſtrumentum, mandato Iudicis,
releuari, & publicari.

*De inſtrumentis, & cautionibus non ualituris.* Cap. 73.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis Ciuis Romanus, aliquem Ciuem Ro
manum, in quo iuriſdictionem non habeat, ceperit, vel in carcerem miſerit, ſeu
capi & mitti fecerit; & ab alio, vel ab aliis ꝓ eo, extorſerit, ſeu extorqueri fecerit,
ſeu ipſum captum, ſeu alium pro eo, emittere fecerit cautionem cuiuſcunq; qualita
tis, ſeu inſtrumenta fieri fecerit, quæcunq; pacta, & conuentiones continentia; ta
lis cautio ſit ipſo iure nulla, nec ex ea, illi vel illis, quibus facta eſt, actio, vel ius
aliquod oriatur, vel acquiratur contra ipſum detentum, vel alium, ſeu alios, qui
pro eo cautiones huiuſmodi emiſerint, principaliter, vel acceſſoriè: Sed tam prin
cipales, ꝗ fideiuſſores, qui ſic in cautione tali interuenerint, ab omni nexu dictæ
cautionis liberi ſint, & pleniſſimam pœnitus ſecuritatem habeant, auctoritate prę
ſentis ſtatuti, vt nec obligati fuiſſe fingantur. Senator quoq;, ad cuiuſcũq; petitio
nem, compellat illos qui cautionem huiuſmodi extorſerint, ſeu quibus talis cautio
facta fuit, inſtrumentum tale, inciſum reddere, ac pleniſſimam refutationem, libe
rationẽ, & acceptilationẽ facere de prædictis, illi qui dictã cautionẽ emiſerit, & in
nullo ſibi remaneant obligati. Cõpellat quoq; notariũ, qui dictũ ſcripſit inſtrumẽ
tum ipſum inſtrumentũ, ſeu prothocolla ipſius inſtrumenti, delere & totaliter can
cellare, vt ex eis in perpetuum nullum poſſit inſtrumentum releuari. Et ſi dictus no



tarius non viueret, tunc Iudex cauſæ, faciat dictum inſtrumentum ſeu prothocolla
caſſari & cancellari per Correctores collegii Notariorum Vrbis. Et prædicta fiant,
ſaltem probata publica fama (per quinq; bonos viros, quos dictus D. Senator, vel
Iudex, coram quo ageretor cauſa, allegauerit) cautionem prædictam extortam vel
emiſſam fore ab ipſo capto, vel detento, vel ab alio pro eo. Et prædicta locum ha-
beant in præteritis, præſentibus, & futuris; aliquo Statuto, ſupra vel infra poſito,
non obſtante; & hoc, præcisè firmo manente, per quod, cæteris in contrarium lo
quentibus, volumus derogari. Et prædicta, fiãt ſine ſtrepitu, & figura iudicii, abſq;
ordine & ſolemnitate iudiciorum. Et idem per omnia, ſeruetur & fiat, ſi aliquis cõ
queretur, ſe feciſſe aliquem contractum per vim vel mentum, alicui de Vrbe, vel
eius diſtrictu. Et eadem probatio famæ, ſufficiat, iuxtà formam ſupra ſcriptam.

*De ſimulatione contractuum.* Cap. 74.

SI aliquis conqueſtus fuerit, ſe vel ſuos prædeceſſores, feciſſe vel fieri feciſſe ali-
quam alienationem, vel quemcunq; contractum, alicui ſuo conſanguineo, vel
affini, clerico, vel religioſo, ſeu alicui alio, de aliquibus bonis, fictitiè vel ſimulatè,
& hoc probauerit per publicam famam; ſine ſtrepitu iudicii, reducat Senator eum
in poſſeſſionem eius rei, de qua conqueritur ſe ſimulatum feciſſe contractum. Et ſi
prohibeat Senator, vel officiales eius, vel Rectori, probationem per publicam fa-
mam de ſimulato contractu; dictus laycus ſua auctoritate propria, poſſit recupera
re rem contentam in contractu, nec poſſit poſtea accuſari. Et hoc idem ſeruetur
de contractu ſimulato inter laycos; hoc addito, ꝙ poſtꝗ prædicta publica fama pro
bata eſſet per partem conquerentis, Iudex cauſæ, per ſe, ex ſuo officio, non per te
ſtes aſſignatos a Parte, ſed per bonos & idoneos homines de contrada, ſeu contra
dis litigantium, vocandos vſq; in xiiii. à ſe ipſo Iudice, faciat diligentem inquiſitio
nem de prædicta ſimulatione: & ſi per quinq;, vel quatuor teſtes in dicta contra-
da, ſeu contradis, repertum fuerit, ꝙ dicti contractus eſſent facti in fraudem, & ad
non valere; tunc in eo caſu, prædicti contractus habeantur pro ſimulatis, & in frau
dem factis, & obſeruentur prædicta, & Iudex ipſos contractus caſſet & irrítet, caſ
ſosq; & irritos pronunciet, & eis fidem non habeat. Et prædicta, locum habeát
vbicunq; tractatur vel agitur de ſimulatione contractuum.

*De executione inſtrumentorum.* Cap. 75.

COntra publica inſtrumenta, petita per creditorem coram Iudice executioni
mandari, in quibus apparet debitorem principaliter obligatum, nulla poſſit
opponi exceptio, niſi dumtaxat falſitatis, vſurarum, ſolutionis, ſiue ſatisfactionis;
& pacti de non petendo, perpetuò vel ad tempus, & rei iudicatæ, & præſcriptionis,
& litis pendentiæ: Quas exceptiones, vel eorum alteram, poſſit debitor opponere,
& oppoſitas probare debeat infra decem dies vtiles, computandos à die pro qua
debitor citatus fuit ad videndum productionem inſtrumenti præfati, & a die datæ
copiæ ipſius inſtrumenti: Quam copiam notarius cauſæ, petenti tradere teneatur
vel expenſis petentis, exhibere alii exemplandam, infra duos dies à die productio
nis inſtrumenti præfati, ad pœnam decem lib. proui. pro medietate Parti, & pro
medietate Cameræ applicandarum. Quibus diebus elapſis, currat terminus ſupra
ſcriptus: qui terminus ſit legalis, datus ab hac lege, & ſine miniſterio iudicantis.
Quibus diebus elapſis, ad petitionem creditoris, ſeu eius procuratoris, ſeu haben
tis ius ceſſum ab eo, ſi exceptio aliqua de prædictis non fuerit oppoſita, vel oppoſi
ta, & non probata infra terminum ſupra dictum; iudex interloquendo, & ſine con
ſiliario, pronunciet, inſtrumentum fore executioni mandandum, & abſq: alia cita
tione, debitor capiatur & detineatur, donec de debito & expenſis, ſuo ſatisfecerit

creditori . & ſi de probatione ſit dubium, Iudex terminum ſtatuat Partibus ad op-
ponendum & allegandum, vſq: ad tres dies vtiles : quibus elapſis, ipſe infra triduū
continuum, ſua interlocutoria decernat, ſine conſiliario , inſtrumentum fore vel nō
fore mandandum executioni . Fiat quoq: in prædictis executio effectualis, perſo
naliter, & realiter contra debitorem præfatum, ad pœnam xxv. lib. proui . Et ſi ꝑ
ſonalem executionem elegerit creditor , capiatur vt ſupra . Si autem realem , fiat
executio in bonis debitoris, mobilibus, & ſtabilibus, & nominibus debitorum, ꝓ-
ut voluerit creditor . Debeat etiam ad creditoris petitionem, debitor diffidari, &
ꝙ electio vnius viæ, non paret præiudicium in altera, creditori : In qua executione
ſeruetur forma in ſubſequenti capitulo tradita . Debitor autem , qui exceptiones
oppoſitas non probauerit infra terminum ſupraſcriptum, puniatur in decem lib .
proui . pro medietate Parti , & pro alia medietate , Cameræ Vrbis applicandis ; in
quibus per Iudicem cauſę debeat in eadem ſententia & proceſſu condemnari: & in
Camera debeat hoc notificare, ad pœnam xx. lib. proui. in omnibus & ſingulis ca
ſibus ſupradictis , retinendis per Camerarium de ſalario dicti Iudicis . Et prædicta
locum habeant in illis inſtrumentis, in quibus non eſt facta mutatio perſonarū cre
ditoris vel debitoris, in inſtrumento contentarum . Vbicunq, autem de termino ,
& probatione infra ipſum, fienda, fit mentio in volumine Statutorum; ſi per Iudicē
vel notarium qui teſtes examinare debet, ſteterit, quominus teſtes infra dictū ter-
minum examinetur ; cadat Iudex, vel notarius per quem ſteterit, in pœnam quin
quaginta lib. prouiſinorum .

*De executione apocharum.* Cap. 76.

In leoninis c.29.

IDem modus & forma ſeruetur per omnia, in executione apochar, ſcriptarum ſeu
ſubſcriptarum manu alicuius priuatæ perſonæ ; & contra ſcribentem vel ſubſcri-
bentem executioni mandentur , ſicut publica inſtrumenta ; Non obſtante, ꝙ in eis
non ſit locus, tempus, cauſa, & partis præſentia . Et ſi negaretur ſcripta ſeu ſubſcrip
ta manu illius contra quem producitur; pars producens probet contrarium contra
negantem, per comparationem literarum , ſeu aliter, prout poterit: quo probato ,
puniatur negans in quinquaginta lib . prouiſi. applicandis pro medietate parti , &
pro alia medietate, Cameræ ; in quibus, in ipſa executione per eundem Iudicem cō
demnetur : qui , ſi hæc facere neglexerit, in decem libris prouiſinorum , de ſuo ſala
rio puniatur .

*De iure dotis, & donationis propter nuptias.* Cap. 77.

Infra c.79.

SI mulier , ſoluto matrimonio , vellet dotem repetere ; petat executionem inſtru
menti dotalis, ſecundum formam ſuper hoc ſpecialiter traditam. Si verò conſtā
te matrimonio dotem repetat, in caſibus à iure permiſſis ; procedatur ſicut in aliis
caſibus ciuilibus, poſitis per Statuta. Si tamen agatur ex vna cauſa, ꝙ vir dicatur ad
inopiam vergere etiam ſi mulier , & vir fateantur de inopia, non credatur eis , niſi
per teſtes, vel alias probationes legitimas, de viri inopia probetur, ſicut iura requi
runt . Pacta dotalia , & donationes propter nuptias , ſecundum antiquam Vrbis
conſuetudinem , ad hunc modum redacta ſunt, videlicet , ꝙ mulier medietatem
donationis propter nuptias , ad proprietatem lucretur liberis non exantibus viro
præmortuo; liberis nō extantibus, ad vſum fructum: & hoc tamen caſu, præſtita ido
nea cautione. Quòd dicta donatio, finito vſufructu, illis perſonis, ad quas de iure per
tinet, reuertatur. Maritus autem, muliere pręmortua, liberis extantibus, de iure do
tem lucratur : teneatur tamen dictis liberis ſeruare. Liberis autem non extantib9,
quartam partem lucratur. Quæ pacta de conſuetudine valent , vt æqualitatem cō
tineāt memoratam . Item , circa cōſuetudinem dotis & donationis, recipitur ęqua



litas hoc modo; quòd maritus faciat donationem propter nuptias, quantū eſt quar
ta pars ipſius dotis. In tempore reſtitutionis, licet maritus præmortua muliere do
tem lucretur liberis extantibus ; tamen per mulierem ſuperſtitem, ante mediū an
num, donatio peti non poteſt ; quod in repetendo dotem ſeruatur . Donatio inter
virum & vxorem, & inter ſponſum & ſponſam , non valeat nec præſumatur , niſi
in caſibus a iure permiſſis : ſed in anulo ſubarrhationis (qui eſſe debet cum ſigillo ſi
ne lapide) pręſumatur donatio, & teneat. Marito mortuo, vxor habeat de bonis vi
ri vnam tunicam, & unum mantellum de panno nigro, & calciamenta ad prouiſio
nem Iudicis , perſonarum , & dotis conſideratione habita , Ita tamen ſi maritus
non relinqueret uxori pannos, uel indumenta lugubria. Vbicunq; morte mulieris,
maritus dotē lucrať de iure, exiſtētib9 filiis; uxor, ꝓ anima, de ipſa dote , in ultima
uolūtate poſſit decimā partē relinquere tātū. Alia uero bona ſua diſtribuat ſicut ſi
bi ꝑmittiť. In quacūq; autē re, propria, uel feudali, fuerit facta dotalis obligatio, de
fendať mulier ꝑ Senatorē in dote; nō obſtāte ꝙ de feudo nō reperiatur facta cōceſ
ſio, ſiue infeudatio, dūmodo obligās, ſpatio xiii. ānorū, feudū poſſederit ſupradictū.

*De alimentis, & mala tractatione maritorum.* Cap. 78.

ANtiquam conſuetudinem imitantes, Statuimus quod ſi uxor, conſtante ma
trimonio, a uiro alimēta petierit: Iudex, unica citatione præcedēte , exhibito
coram eo, inſtrumento dotali, mandet marito quod faciat alterum de tribus, alter
natiuè , Videlicet quod uir Aut recolligat uxorem , præſtita cautione quod eam
maritali affectione pertractet, & quod ultra quam deceat, non offendat, Aut dotē
in dotali inſtrumento ſcriptam, apud idoneam perſonam deponat, ut ex fructibus
ipſius dotis, ſe ſuoſq; alat, Aut mulieri tribuat competentia alimenta: medietatem
quorū tribuere teneať ī prīcipio dimidii āni, ꝓ dimidio āno, & aliā medietatē i prin
cipio alterius dimidi anni, ꝓ alio dimidio āno, & ſic deinceps, donec ꝑdicta fuerint
adimpleta. Poſſit tamen maritus legitimas exceptiones opponere, & probare , in
fra quinque dies utiles, à tempore dicti mandati facti per Iudicem . Si uerò mulier
habeat ſocerum, qui dotē receperit ; mādetur per Iudicē ſocero, ꝙ ipſe ſocer faciat
ipſum mulierem à dicto uiro maritali affectione tractari, ut ſupra proxime dictum
eſt in uiro. Si uerò alimenta petantur per uiduam, unica citatione pręmiſſa, mande
tur per Iudicem hæredibus, & bonorum poſſeſſoribus, iuris, & facti , uiri , uel ſoce
ri, ut dictæ mulieri , per eos, per menſes, & tempora dicta, alimenta præſtentur, do
nec dos fuerit integre perſoluta, in inſtrumento dotali Iudici exhibito, contenta .
Quod mandatum, aſtringat uirum, ſocerum, & hæredes, & bonorum poſſeſſores ,
tam iuris, quam facti, uiri, uel ſoceri, uel rerum obligatarū pro dote , ſi dictæ perſo
næ, ad dictum mandatum audiendum citatæ fuerint, & etiam ſi uocati ſint pupilli,
eorum legitima perſona, etiam ſi in genere. Non obſtante ſi alimenta petantur in
fra tempus ſtatutum ad inuentarii confectionem. Poſſint tamen dictæ perſonæ ex
ceptiones legitimas opponere, & probare infra tempus dumtaxat ſupra proxime
ſcriptum , aliàs de cetero non audiātur in utroq; caſuum prædictorum . Alimenta
uero hoc modo pro dotibus decernantur, vt ſi quantitas dotis fuerit vltra, xxx. lib.
pro, vſq; ad centum. L. præſtentur nomine alimentorum , duo denarii pro libra ſin
gulis menſibus. Si verò à centum L. vſq; ad mille, ſoluantur ſeptem libræ pro quoli
bet centenario librarium, in anno, cum dimidia. Si tamen maritus recollegerit uxo
rem ſuam, ſecundum formam ſupradicti mandati, nihilominus tamen ſupradictū
mandatum remaneat penes uxorem , ut ſi quando expelleretur à uiro, per idem
mandatum poſſit petere alimenta ; & præſumatur quòd dicta mulier alimenta
ta fuiſſet toto tempore , quo probatum fuerit eam cum uiro uel ſocero
in eadem familia habitaſſe. Præmiſſa alimentorum ſolutio, nullo modo cōputetur



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

in ſortem,& habeat locum in vidua,& in nupta, & viro,quibus ſoluta dos non fo
ret,& omni caſu quo ius alimentorum petendorum competeret.Execútio veró di
ƈti mandati alimentorum,non ſolum contra virum,ſocerum,& hæredes ipſius ,&
eorum bona,fieri poſſit,ſed etiam contra poſſeſſores rerum obligatarum pro dote
ipſius,realiter,& perſonaliter.Et fiat inueſtimentum, & miſſio in poſſeſſionem in
dictis rebus,ſi poſſeſſor noluerit ſoluere alimenta In aliis autem caſibus vbi alimen
ta debentur , Fiat mandatum quod ſoluantur per ſingulos menſes.Et ſi debeantur
filiis à parentibus,vel econuerſo,fiat mandatum quod ſoluatur medietas in princi
pio ãni,& alia medietas in principioalterius dimidii anni,& ſic deinceps.Et tamen
caſu quo alimenta petuntur á viro,ſocero,vel hæredibus viri vel ſoceri,vel parenti
bus a liberis , vel econuerſo , ſi aliquæ exceptiones opponantur,etiam non datis pi
gnoribus audiatur opponens. Alimenta tamen,lite pendente,per ſingulos menſes
prȩſtentur,recepta cautione à muliere,ad arbitrium Iudicis,vt ſi in dicta quȩſtione
ſuccumberet,dicta alimẽtareſtituat.Si autem ab aliis exceptiones opponantur pro
futuris alimentis,vel etiã à quocunq; pro præteritis,non aliter audiatur opponens,
niſi datis pignoribus,quȩ pignora ad mandatum iudicis deponantur.Reeeptio ta
men alimentorum, non præiudicet mulieri,quo minus dotem repetere poſſit in
caſibus à iure permiſſis. Compenſet;tamen ſibi ſuperflua,vel indebita alimenta,
in expenſione debitis, vel in dote,tempore ſolutionis dictæ dotis. Super prædictis
autem,ſine libello, litis cõteſtatione, & iuris ſolemnitatibus,procedatur; exceptis
feriis inductis ad laudem Domini,ita quod cauſas alimentimentorum,Iudex ex-
pediat & decidat ĩfra decẽdies vtiles,ſine conſiliario,à tempore productionis inſtru
menti dotalis, numerandos,ad pænam decem librarum.

¶ *De executione inſtrumentorum dotalium,& donationum propter nuptias.* Cap. 79.

INſtrumenta dotalia,& donationũ propter nuptias,mulierum,& alimentorum,
& quæcunq; alia,ex quibus aliquid debeatur ſub ſolo nomine dotis;citatis perſo
nis,quæ ex hoc ledi creduntur,ſtatim ipſis exhibitis,omni conſilio dotali,commiſ-
ſionis , & confirmationis, pænitus quieſcente;per Iudicem executioni mandentur
contra debitores , & eorum hæredes,& quoſcunq; bonorum poſſeſſores obligato
rum,tacitè vel expreſſe,& contra depoſitarium dotis,& bona eius. Nullaq; contra
dicta inſtrumenta poſſit opponi exceptio,niſi dumtaxàt falſitatis,& ſolutionis,ſiue
ſatiſfactionis;quas,ſiue earum aliquam opponens, infra decem dies vtiles,à die ꝓ
ductionis inſtrumenti,& exhibitæ copiæ,vt ſupra in proximo capitulo declaratur,
computandos,probare teneatur; & ſi non probauerit , in decem lib.pro.per eun-
dem Iudicem,ſtatim elapſo termino condemnetur opponens:quod ſi facere negle
xerit,in viginti lib.pro.puniatur,de ſuo ſalario retinendis.Elapſis autem dictis de-
cem diebus,& dictis exceptionibus,ſeu aliqua earum,non oppoſitis,ſeu oppoſitis,
& non probatis,ponatur mulier,ſeu eius hæredes,ſeu habentes cauſam ab ea , in
poſſeſſionem bonorum prædictorum,mobilium,& immobilium,& nominum, pro
ut petitor elegerit,conſilio,ſalua quærela,pænitus quieſcẽte.Et mobilia mulier te-
neat per quindecim dies;immobilia per triginta dies continuos;quibus elapſis,cita
tis perſonis,quæ ex hoc negocio lædi poſſint,Iudex ſine conſiliario, pronunciet di
cta bona mulieri,& eius hæredibus,ſeu ab ea cauſam habentibus , fore adiudicãda
pro quantitate petita in inſtrumentis contenta. Qua lata , ponat adiuſtatores
qui æſtiment dicta bona infra quindecim dies continuos. Et facta per adiuſtato-
res eorum ȩſtimatione,& banno vnico præcedente;ſi aliquis apparuerit emptor ,
dentur & vendantur per iudicem, plus offerenti , Vel ipſe tantum de dictis bonis
in ſolutum dictæ mulieri,vel eius hȩredibus,& ſucceſſoribus concedat,& aſſignet,
quod aſcendat ad quantitatem ſibi debitam , & ad tertiam partem vltra.



Per quam dationem in ſolutum,efficiatur domina,& defendatur ꝑ Senatorẽ, &
eius officiales,& ipſa vendat cui voluerint. Poſſint tamen illa recuperare hæredes
debitoris,vel poſſeſſoris dictorum bonorum,ſi infra ſex menſes,à tempore dictȩ da
tionis in,ſolutum computandos,cum effectu ſoluerint mulieri,vel eius hæredibus,
ſeu ab ea cauſam habentibus , quãtitatem veram pro qua fuit facta miſſio & execu
tio ſupradicta . Si verò ſuper probatione dictarum exceptionum , emerſerit dubi
tatio An ſit facta plena probatio,iudex procedat ſecundum formam in proximo ca
pitulo traditam,præter capturam perſonalem. Super prædictis autem, conſilium
venditionis per Senatorem,& ipſam venditionem per ſententiam,penitus quieſce
re volumus,vt mulieris parcatur laboribus & expẽſis Debitorem autem,& eius hæ
redes,quorum bona venduntur,ſeu inſolutum dantur,per inde teneri volumus ad
euictionem & defenſionem dictorum bonorum,emptoribus ſeu mulieribus ſupra
dictis,ac ſi ipſi dicta bona vendidiſſent,ſeu in ſolutum tradidiſſent , & ad hæc cogi
iuris & facti remediis oportunis,per Senatorem,& officiales ipſius.Sic tamen iudex
faciat quòd dicta executio inſtrumentorum dotalium,vſque ad venditionẽ ſeu in
ſolutum dationem infra viginti dies vtiles,à die productionis inſtrumenti , finalẽ
ſortiantur effectum,ad pænam xxv.lib.pro.retinendarum de ſuo ſalario per Came
rarium.Per electione autem ſupradictæ viæ,& formæ,non femat præiudicium mu-
lieri,quominus poſſit petere executionẽ realẽ traditã à Statuto,poſito ſub rubrica
De executione ſẽtẽtiæ,ita ꝙ ꝑ electionẽ alterius dictarũ viarũ , altera nõ tollatur.

¶ *De inſtrumentis ſcriptis per notarium diffidatum ualituris.* Cap. 80.

ITem,ſtatuímus & ordinamus,quòd inſtrumentum,ſententia,vel proceſſus , ſcri
ptum manu cuiuſcunq; notarii diffidati,vel excommunicati,& ſi teſtes adſcripti,
omnes vel aliqui ipſorum,eſſent diffidati,vel excommunicati; non vitietur , ſeu vi
tiari debeat;nec vitietur arbitrium,ſeu laudum,latum & datum per arbitrum , vel
arbitratorem diffidatum,vel excommunicatum.

¶ *De teſtamentis executioni mandandis.* Cap. 81.

TEſtamenta,codicilli,& aliæ vltimæ voluntates,per Senatorem,& eius iudicẽ
coram quo executio petita fuerit,ad inſtantiam illius,cuius intereſt, ſimplici
ter,& de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicii,& omni iuris ſolemnitate omiſſa,exe
cutioni mandentur in bonis defuncti,ſuper omnibus contentis in eis,& maxime in
relictis ad pias cauſas,Hoſpitalibus,pauperibus ,religioſis,Eccleſiis,& piis locis:in
quibus omni tempore procedatur,niſi infra octo dies continuos, à tempore produ
ctionis dictorum teſtamentorum,& vltimarum voluntatum,aliqua legitima excep
tio fuerit oppoſita , & probata : quibus elapſis,& exceptione non oppoſita vel op
poſita,& non probata iudex pronunciet teſtamentum fore executioni mandandũ
in bonis defuncti,& dictas vltimas voluntates effectualiter exequatur . Si verò de
probatione exceptionum oppoſitarum,ſit dubium An ſint probatæ,vel non, ſerue
tur ordo in proximis capitulis traditus.Talis autem cauſa infra xv . dies vtiles ſine
conſiliario terminetur,ad pænam xx. librarum prouiſinorũ,de ſalario iudicis, ſcin
dicatus tempore retinendarum. Et fiat executio realis & perſonalis contra debito
rem,prout actor elegerit.

¶ *De ſuccedentibus ex teſtamento.* Cap. 82.

FIliæ feminæ,vel neptes natæ ex filiis præmortuis,ſeu filiabus,dotatæ ă patre,vel
auo , ſint contentæ dotibus , quas pater , vel auus earum , in teſtamento , vel
alia vltima voluntate , ſeu inter viuos , dederint vel relinquerint , nec occaſione
Falcidiæ , ſeu ſupplementi , debitæ iure naturæ , poſſint aliquid petere ab

hæredibus patris,vltra id quod pater vel auus earum reliquit,ſeu dedit in vita; ſed ſemper teſtamentum,& vltima voluntas patris & aui,robur habeat, nec poſſit per ipſas filias & neptes,ſeu ipſarũ hæredes,ꝑ q̃cũq; viã,ſeu alio modo,impugnari. Nõ obſtãte iure canonico & ciuili,capitulo,cõſtitutione,ſupra vel infra poſito,ſalua tamẽ filiali ſucceſſione ab inteſtato,ſecũdũ formã traditã infra,& capitulo vltimo.

¶ *De relictis laicorum, factis ſpurijs ſeu baſtardis ſuis.* Cap. 83.

LIceat Ciui Romano,nõ habẽti filios legitimos & naturales,ſeu nepotes ſeu pronepotes ex eis,ꝑ rectã lineã deſcẽdẽtes filiis ſuis naturalibus ſpuriis, ſeu quõlibet illegitimis, pro ſubſtentatione eorum, medietatem bonorum ſuorum inter viuos donare,& in vltima voluntate relinquere.

¶ *De legitimatis.* Cap. 84.

CIui Romano,habenti filios legitimos & naturales,ſeu nepotes vel pronepotes ꝑ rectam lineam deſcendẽtes,& filios ſpurios ſeu quomodolibet illegitimos, per hominẽ habẽtẽ poteſtatẽ in Vrbe legitimãdi,legitimatos; poſſint dicti legitimati ſuccedere ex teſtamẽto,in quarta parte eius partis bonorũ, in qua dicto patri,de iure cõmuni, ab inteſtato ſuccedere poſſent.Si veró dicto defuncto filia legitima & naturalis ſupereſſet,ſeu frater carnalis cõiũctus ex vtroq;parẽte,vel ex patre tãtũ, ſeu nepotes ex fratre p̃fato;tũc legitimati ſuccedãt ĩ medietate eius partis bonorũ ĩ qua ab inteſtato ſuccedere poſſẽt patri p̃fato, ac ſi de legitimo matrimonio nati eſſent.

¶ *De ſucceſſoribus ab inteſtato.* Cap. 85.

In Nou. cap. 24 SI quis deceſſerit inteſtatus,relictis filiis maſculis,ſeu filio ,vel nepote ex filio maſculo ſibi præmortuo,& ſuperſtitibus filiabus fœminis,vna vel pluribus,maritatis ,& dotatis ; ipſæ filiæ fœminæ nupræ in nullo ſuccedant patri, ſed ſint contentæ dotibus pro eis datis.Si verò dictę filię fœminæ peruenerint ad viduitatem,tunc reuertantur cum dote,& fructibus dotis,ad domum paternam . Et habeant de bonis paternis,in domo ,congrua alimenta,ſecundum facultatem & potentiam domus : fructus tamen dotis,dum alimentantur in domo paterna,debeãt eſſe fratrum , ſeu hæredum patris:& hoc locum habeat in futuris . Et quod dictum eſt de filiabus, intelligatur de neptibus,natis ex filiis,ſeu filiabus maritatis & dotatis . Et idem iuris eſſe voluimus in filiabus & neptibus non maritatis,nec dotatis,quibus non eſt conſtituta dos per patrem vel auum in ſua vltima voluntate.Dummodo frater germanus ſit paratus cum effectu dotare ſororem ſeu neptem ſupraſcriptam,de paragio, ſecundum conditionem illorum de domo ſua,& facultatem patrimonii,Vel ſuccedant dictæ mulieres cum maſculis,prout iura diſponunt .

¶ *De executoribus teſtamentorum.* Cap. 86.

ITem,Statuimus & ordinamus,quòd executores vltimarum voluntatum, tam ꝓ relictis pro anima,quàm pro aliis quibuſcunq; legatis,ſi plures eſſent, & quomodocunq;vellent ſimul exequi voluntatem teſtatorum Senator; & eius Curia det eis adiutorium efficax,ad eorũ requiſitionem, qualiter poſſint exequi voluntatem defuncti,ſecundum diſpoſitionem ipſius defuncti, ſine figura & ſtrepitu iudicii, aſſignata ipſi Curiæ vltima voluntate per publicum inſtrumentum . Et ſi maior pars executorum,vel quoruncunq; ex eis,negligens eſſet in eis exequendis & exercendis,ſolus vnus ex eis,qui vellet exequi voluntatem,admittatur,tanq̃ ſi omnes , vel maior pars ipſoꝝ,ipſam executionem facere vellent.Et hoc intelligatur in præſentibus,præteritis,& futuris.Et Curia teneatur contra omnes perſonas detinentes de bonis teſtatorum , ſine litis conteſtatione, & alia figura , & ſtrepitu iudicii , re-



cipere probationes executorũ ,ſeu executoris,ad inueniendum bona defuncti, per omnem modum probationis,per quem veritas melius eluceſcat;& eis repertis,ſine aliqua ſententia,de facto,abſq; iuris ſolemnitate ,faciat ab executoribus aſſignari.

¶ *De eodem.* Cap 87

ITem, Statuimus & ordinamus,ꝙ ſi quis executor eſſet vel fuiſſet alicuius defuncti per teſtamentum,& expendiſſet fideliter,& bona fide,omnia,quę ſibi remanſerũt de bonis dicti defuncti;nullus poſſit petere ab eo,vltra prædicta bona.Et hoc locũ habeat in præſentibus,præteritis,& futuris.

¶ *Quod ſenator reducat, & defendat in poſſeſſione hæredes defunctorum.* Cap. 88.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quod Senator teneatur reducere in poſſeſſionem, & tenere reductos,hęredes cuiuslibet teſtatoris bonorum , & rerum quæ fuerũt tempore mortis teſtatoris prædicti,de quibus teſtator erat in poſſeſſione tempore mortis,& de bonis occupatis,ſeu inuaſis ab aliquo,poſt mortem teſtatoris præfati.

¶ *De officio conſultoris & quibus cauſis conſilium exigatur.* Cap. 89,

CAuſas quaſcunq; iudex decidat ſine conſiliario,per ſe ipſum ; niſi de vtriuſq; partis aſſenſu,conſilium haberetur.Iudex autem eo caſu acta omnia cum pũcto,ad conſiliarium,infra biduum,mittere teneatꝰ;qui conſiliarius ſtatim illud repudiet,ſi nolit illud recipere. Vel ſaltem puncto,& aliis actis receptis,illud acceptaſſe videatur.Et extunc ipſe vno ſalario tantùm contentus exiſtens, ſuum conſiliũ infra decem dies continuos,à die,quo ſibi punctus cum actis tranſmiſſus fuerit, cõputandos,iudici remittere teneatur: quod ſi non fecerit in decem lib.proui. ꝑ eundem Iudicem condemnetur , & conſilium eius non teneatur, nec ſibi poſſit vlterius dicta cauſa cõmitti,& ſalarium reſtituere teneatur. Et ipſe iudex dictis decem diebus elapſis infra tres dies vtiles cauſam per ſe ipſum decidere teneatur :quod ſi non fecerit,damnum parti læſæ reſtituat,& pęnam xx.lib.proui.incurrat,de ſuo ſalario, ſindicatus tempore,retinendarum . Tempus autem decem dierum , conſiliario aſſignatum , propter conſilium ſupradictum, non computetur ã Statuto dato iudici ad cauſæ deciſionem,quæ non præiudicent ordini dato deciſioni cauſarum plenariarum , nec cum cauſa ad Senatorem per appellationem à Capitaneo appellationis,deuoluitur,vt inferius eſt ſtatutum .

¶ *Quod iudices conferant cum alys iudicibus de dubys & punctis.* Cap. 90

QVilibet Iudex Curiæ Capitolij forenſis,in punctis & dubijs oneroſis,& maximè in prolatione ſententiarum diffinitiuarum , & interlocutoriarum , in quibus continetur aliquid dari vel fieri;teneatur vinculo ſacramẽti , conferre & habere colloquium cum aliis ſociis ſuis iudicibus forenſibus de Aſſettamento ; qui omnes teneantur vinculo ſacramenti,ad pænam decem lib.proui. pro qualibet vice, gratis & ſine ſalario ſibi dicere opinionem eorum,& quicquid ſentiant & videatur eis,ſuper prædictis,de quibus conſilium petitur ; vt ſit magis iuſtificata & firmata ſententia,quæ plurium comprobatur aſſenſu.

¶ *De executione ſententiæ.* Cap. 91.

OMnes ſententiæ, arbitria,& arbitramenta, ſiue lauda, ã quibus appellatum , ſeu contradictum non eſt infra debitum tempus,ſeu quæ in rem trãſierint iudicatam,per lapſum temporis,ſeu expreſſam vel tacitam confirmationem temporũ,executioni mãdẽtꝰ.Et ex arbitriis arbitramẽtorũ ſiue laudis deſcẽdẽtibꝰ ex compromiſſis, cũ pęnis,naſcatꝰ actio & exceptio,ſicut ex ſẽtẽtia q̃ trãſierit in rẽ iudicatã.

¶De eodem. Cap. 92.

QVilibet Iudex Curię Capitolij,teneatur ad partis petentis inſtantiam,exe-
qui ſententias,arbitria,arbitramenta,& lauda , à quibus appellatum non
eſt,ſeu contradictum,& non eſt facta proſecutio appellationis infra tempora à Sta
tuto præfixa.Si verò ab eis fuerit appellatum ,prima ſententia confirmata , iudex
appellationum poſſit ſuam ſententiam exequi.

¶De eodem. Cap. 93.

IVdex,qui ſententiam,arbitrium,laudum,ſiue arbitramentum exequitur,tenea-
tur ad partis victricis inſtantiam,ſine aliqua citatione,mandare victo ,ſeu condē
nato,ſeu illi,contra quem eſt pronunciatum,inſtrumētum appodiſſas, ſeu teſtamē
ta fore executioni mādāda ; ꝙ infra octo dies,de,ſoluat,faciat,& impleat quod in
ipſa ſententia,laudo,& arbitramento continetur.Quod ſi non fecerit,contra eum
ad diffidationem procedatur,& abinde ad capturam perſonalem,&,ſi expediet,ad
executionem militari manu faciendam.Et per electionem vnius dictarum viarum
non præiudicet victori ſeu creditori,in aliis viis miſſionis in poſſeſſionem bonorū
adiudicationis,venditionis bonorum,dationis in ſolutum,& aliis remediis iuris,
& facti,Iudex autem,qui in prædictis fuerit negligens, in decem libris prouiſinorū
Senatus teneatur; pro medietate Cameræ & alia medietate; parti.

¶*De perſonis inueſtitis defendendis per Senatorem.* Cap. 94

Snato r teneatur proprio iuramento,ad pænam quinquaginta lib.pro.defende
re,& manutenere omnes,& ſingulas perſonas,inueſtitas,ſeu in poſſeſſionem de-
ductas per Senatorem,& eius quemcunq; iudicem.Et expellere de rebus,& poſſeſ-
ſione prædictis omnes,& ſingulos,contra quos inueſtimentum ſeu miſſio in poſſeſ-
ſionem factum eſt.Et ſi dicti,contra quos inueſtimētum factum eſt,inhabitauerint,
ſeu quocunq;modo fregerint inueſtimentum,ſeu miſſionem in poſſeſſionem turba
uerint,vice qualibet in decem lib.pro.puniantur; pro medietate Cameræ Vrbis,
& pro alia medietate parti prædictæ inueſtitæ,ſeu in poſſeſſionem deductæ.Et ni-
hilominus,de bonis,& rebus prædictis,eiiciantur per Senatorem,& eius officiales.

¶De eodem. Cap. 95

QVia parum prodeſt inueſtiri aliquem,& in poſſeſſionem mitti ex primo vel
ſecundo decreto,vel per executionem teſtamentorum,vel inſtrumentorum,
ſeu quacunq; alia cauſa,niſi miſſus,ſeu inueſtitus, in ipſo veſtimento,auctoritate ſe
natoris,legitimè defendatur , hanc inſtitutionem duximus ſtatuendam, vt Conſu
les Ciuitatis,ſiue Rectores,vel domini caſtrorum,vel villarum,ſeu eorum vicarii,
ac etiam Communitates, cum per Senatorem fuerint requiſiti , vt inueſtitum,ſeu
miſſum in poſſeſſionem,defendant ; Si dicta inueſtimenta fregerint,ſeu frangi per
miſerint,vel inueſtitum permiſerint aliquo modo turbari; vel ipſum in ipſo inueſti
mento,& poſſeſſione , ſeu tenuta non defenderint , tam ipſi , quam Communita-
tes dictorum locorum , de inueſtimento fracto,& non defenſo,teneantur ; & illi,ꝗ
inueſtimentum,ſeu tenutam , vel miſſionem in poſſeſſionem habet, in quantitate
condemnationis,ex qua dictum inueſtimentum factum fuit,in eadem ſententia cō
demnentur, Et niſi infra terminum certum per Senatorem, vel iudices aſſignatum
ſoluerint,diffidentur, Et non poſſint aliquo tempore reaffidari,niſi primò integra
liter ſatisfecerint illi,qui condemnationem,ſeu inueſtimentum , vel miſſionem in
poſſeſſionem habet.Et cum iniuncto Senatoris vel iudicis , poteſtatem habeat ca-
piendi de bonis hominum dictæ Terræ, donec ſibi ſit integrè ſatiſfactum ; quem in



iunctum,Senator,& iudex dare teneātur ad petitionem ipſius, ad pænam quinqua
ginta lib.prouiſinorum.

¶*Quod ſenator defendat quemlibet in poſſeſſione ſua.* Cap. 96

ITem,ꝙ ſi aliquis fuerit in poſſeſſione alicuius rei,ſiue terræ,ſiue domus,ſiue vineę,
ſiue horti , & res ipſas pro medietate,vel quocunq; modo tenebat , &poſſidebat ,
cum perſona, vel loco potenti,vel qualibet alia perſona,& in tenuta,& in poſſeſſio
ne ſua moleſtaretur,ita ꝙ prædicta non poſſint laborari,vel vti eis,& fructus perci
pere,& habere non poſſet,ſeu fructus ſibi quomodocunq; ablati, vel ſubtracti fue
rint;Senator teneatur illum in poſſeſſione ſua reducere,defendere,& manutenere,
& fructus ſibi ex eis reſtitui integrè facere.Et de quantitate,& valore fructuum , ſte
tur ſacramento patientis,& ſubſtinentis,tamen taxatione iudicis Palatini,præcedē
te.Et defortiatione, ſeu moleſtatione puniatur ſecundum capitulum conſtitutum
infra poſitum.

¶De eodem. Cap. 97

ITem,ſtatuimus,& ordinamus,quod omnis Romanus,qui habet domum,vel acca
ſamenta,ſeu poſſeſſionem cuiuſcunq; rei,in aliqua Ciuitate, Caſtro , vel villa , ſeu
quacunq; alia Terra de diſtrictu Vrbis , debeat defendi à communitate dictæ Ter
ræ. Et Senator teneatur ipſas communitas compellere ad ſoluendum,& ſatiſfaciē
dum integraliter,dummodo damnum paſſo. Et ipſa Communitates , quæ damnū
dederit,hoc ſoluere teneatur.Et nihilominus pro pæna ſoluere teneatur centum
lib.pro.Cameræ.

¶*De expenſis reficiendis.* Cap. 98

IN qualibet cauſa,victus victori expenſas reficiat,exceptis caſibus,in quibus aliter
per aliqua ſtatuta diſponitur.Non obſtante ꝙ de calumnia ſit iuratum, & ꝙ in ſen
tentia nō fiat condemnatio in expenſis.In quarum repetitione,nullus ordo , vel iu
ris ſolemnitas requiratur,ſed ſolo ſacramento partis victricis præſtito,taxatione iu
dicis præcedente.Quod iudex expedire teneatur infra decem dies vtiles,à petitio
ne,ſeu aſſignatione in antea numerandos,ad pænam decem lib. prouiſinorum , de
ſalario iudicis retinendarū per Camerarium,tempore ſindicatus.

De *feriys.* Cap. 99

OMni tempore in Curia Capitolii ius reddatur,Exceptis diebus infraſcriptis ,
inductis ad laudem Dei;videlicet,Natiuitate Domini,& eius vigilia ; In feſto
S.Stephani,Innocentium,Sancti Silueſtri,Circunciſione , Epiphania Domini , In
Conuerſione,S.Pauli,In feſto S.Agnetis,Et quinq; feſtiuitatibus S. Mariæ, videli
cet,Conceptione,Purificatione,Aſſumptione;Anunciatione,& Natiuitate . In ca-
thedra S.Petri , In feſto S.Gregorii,Sancti Ambroſii,Auguſtini,& Hyeronimi,Et
in ſeptem diebus Dominicę Paſſionis.Et ſeptem Dominicæ Reſurrectionis , Et in
omnibus diebus Dominicis totius anni,In feſto S.Gregorii, Sancti Marci Euange
liſtę,Et dedicatione beati Michaelis Archangeli,In inuentione ,& exaltatione San
ctæ Crucis, In Aſcenſione Domini,in feſto Pentecoſtes cum duobus ſequentibus,
In feſto corporis Chriſti,& eius octaua;quo die Sanctiſſimus D.N.Paulus Papa ſe
cundus,Inſtituit ſingulis annis dari per Cameram Vrbis,Ecclesiæ ſancti Marci,vnū
calicem , & duas torcias,& candelas,officialibus;ob reuerentiam celebritatis ipſius
diei,& indulgentias ibidem inſtituit,In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ , & eius de
collatione,In Commemoratione S.Pauli,In feſtiuitatibus duodecim apoſtolorū ,
In feſto Niuis,In feſto.S.Franciſci, In dedicatione baſilicarum Petri,& Pauli , In fe

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І.МЕЧНИКОВА

ſto Omnium ſanctorum,Sanctæ Katherinæ,Sancti Pauli,Sācti Nicolai, Sanctæ Luciæ,Sanctę Marię Magdalenæ,Et S.Cæcilię,Et in xx. die Maii,in qua eſt feſtum , S. Bernardini,Et in feſto Euangeliſtarum & Apoſtolorum, Et indulgentię Aquæſaluiæ,In quatuor vel quinq; diebus Veneris menſis Martii,Et S. Alexii,Et in feſto, S. Petri ad vincula,Et in Vigilia Aſſumptionis Beatæ Marię,de menſe Auguſti, Et in feſto S.Leonardi,Et in diebus creationis,& coronationis ſummorum Pontificum , pro tempore viuentium,Item & in his diebus iniūctis gratia meſſium & vindemiarum,Ius non reddatur,videlicet,à quintodecimo die Iunii,excluſiue,vſq; ad octauam aſſumptionis,Et à feſto Beatæ Mariæ de menſe Septembris , vſq; ad quintum decimum diem menſis Octobris,incluſiuè,Item in feſto Agonis,& Carniſpriuii, Et Et prima die Quadrageſimæ,Exceptis cauſis Hoſpitalium,& locorum religioſorū Eccleſiarum,pupillorum,Viduarum,& miſerabilium perſonarum,& in cauſis executionem inſtrumentorum,& apodiſſarum,in quibus non eſt facta mutatio perſonarum,Executione ſententiarum,laudorum,Cauſis appellationum,nullltatum, & cauſis Camerę,alimentorum,Et cauſis criminalibus ,in quibus omni tempore ius reddatur ; exceptis diebus ſupradictis,inductis ad laudem Dei,& Sanctorum eius. Additum eſt,quod die qua fit conſilium generale,vel parlamentum,Ius non reddatur in Ciuili.in Criminali vero , ſic.

*De ſuſpectis,& fugitiuis.* Cap. 100

ITem,ſtatuimus & ordinamus,quod nullus pro debito capi poſſit , antequam ſit conuictus & diffidatus,vel appodiſſatus,ſeu exbanditus; niſi eſſet perſona ſuſpecta,& fugitiua,quæ non poſſideat ſtabilia in Vrbe,vel eius diſtrictu:quo caſu anteq̄ capiatur,de poſſeſſione ſtabilium,ac ſuſpectione & fuga fieri debeat Iudici fides , ꝑ teſtes; & aliter,nullo modo concedatur per Iudicem licentia capiendi, Et in caſu, quo quis,vt ſupradictum eſt,propter debitum,legitimè capiatur;relaxetur,ſi paratus eſt ſatiſdare,& ſatiſdationem dederit de iuditio ſiſti,& iudicatum ſoluendo .

*De creditoribus negligentibus in petendo debitum.* Cap. 101.

SI creditor fuerit negligens in petendo debitum,ex cauſa mutui, depoſiti,vel alicuius cuiuſcunq; contractus,per ſexdecim annos , non audiatur vlterius ; Sed ſibi efficaciter obſtet præſcripto temporis prælibati.Exceptis dotibus ,& donationibus propter nuptias,& debitis tributorum,& cenſibus Cameræ vrbis,& Cameræ fęlicis Societatis, in quibus,non obſtet præſcriptio octo annorum . Et ad probandum quod inſtrumentum ſit vſurariū,ſeu de duplo,ſufficiat probatio quinq; teſtium,quorum duo producantur per partem , & tres ex officio Iudicis , vocati per eum de contractis contrahentium, qui omnes probent & teſtificentur cum reddítione cauſæ ſcientiæ,quod ſit publica vox & fama,& ſic ſe habeat opinio vicinorum,& habitantium in Contrata dicti creditoris, quod dictum inſtrumentum ſit vſurarium,vel de duplo.Et quod tales contractus conſueuerint exercere.Et ſimilis probatio ſufficiat,quando contra inſtrumentum petitum executioni mandari, vel aliter in iuditio productum,proponeretur vſurarum exceptio .

*De habentibus apodiſſas contra aliquos mortuos.* Cap. 102

ITem,ſtatuimus & ordinamus,quod ſi quis Ciuis Romanus habuerit in præteritū aliquam apodiſſam contra aliquem mortuum,Et poſt mortem ipſius tacuerit per annos decem,nec in publico produxerit ipſam apodiſſam,nec aliquid ex ea petierit ab hęredibus mortui; de cætero nullatenus audiatur.Et quantum ad ipſam apodiſſam,ſibi ſilentium imponatur.Et ſi quis proceſſus factus eſt ex ipſa apodiſſa,poſt dictos decem annos: non valeat,nec teneat,nec pręiudicet hæredibus prædictis.



*Quod fideiuſſor conuentus,non poſſit allegare beneficium nouæ conſtitutionis,& de conuento pro re mobili.* Cap. 103

SI quis tanquam fideiuſſor conuenitur;non audiatur,ſi opponat nouę conſtitutionis beneficium,etiam ſi dicto beneficio non renunciauerit, tacite vel expreſſe. Infrac.152 Si aliquis conuenitur pro re mobili,in ſpecie;& non poſſideat immobilia in iuriſdictione Vrbis,valentia rem petitam; ſatiſdet de iudicio ſiſti,& de re non baractanda,& ꝙ rem repreſentabit Curiæ ,ante litem,& poſt litem,ad mandatum ipſius Iudicis: quam ſatiſdationem ſi ceſſauerit:præſtare infra terminum per Iudicem aſſignatum, res petita ſequeſtretur,ad arbitrium Iudicantis.Qui verò non ſunt de iuriſdictione Vrbis,ſcilicet de Romanis,vel de aliquibꝰ de diſtrictu Vrbis;ſi in foro Senatoris aliquam querimoniam duxerit apponendam; omni tempore audiatur , & fiat ei iuſtitiæ complementum; exceptis diebus feriatis,inductis a iure , dummodo aliud rationabile non obſiſtat.

*De eodem.* Cap. 104.

FIdeiuſſores,aut expromiſſores,qui ſe obligauerint pro aliquo;poſſint compellere principales,aut eorum hæredes,vt eos extrahant de pregiariis, ſeu fideiuſſionibus,vel expromiſſionibus,vel dent eis fideiuſſores idoneos de conſeruando eos indemnes. Et hæc fieri poſſint etiam antequam fideiuſſor,vel expromiſſor ſit condemnatus , vel ſi diu non ſteterit in obligatione , vel etiam ſi principalis nō dilapidet bona ſua.Et contra dictos principales Senator,& eius iudices procedant,ad petitionem fideiuſſorum vel expromiſſorum,diebus feriatis, & nō feriatis,ſine ſtrepitu iudicii,& omni iuris ſolemnitate omiſſa,conſtito de prædictis . Et ſi ſoluerit,fideiuſſor nō obſtāte tēporis lōgīquitate,ſimiliter principales & eorū hæredes cogere teneantur,vt conſeruent ſoluentem indemnem:hoc addito , quòd ꝑ eundem Iudicem,per quem ad inſtantiam creditoris proceditur cōtra fideiuſſorē, vel expromiſſorem,eodem modo & forma procedatùr ad fideiuſſoris inſtantiam , contra illum pro quo interceſſit,ſi fideiuſſor voluerit.Et ſi principalis recuſaret ſeu ceſſaret ſuos fideiuſſores vel promiſſores conſeruare indemnes;cogatur per Senatorem & eius Iudices,per diffidationem & alia iuris remedia & facti, prout fideiuſſores elegerint,ad pænam,L.lib.pro.Senator,& Iudex,qui in prædicta executione eſſet negligens,vel remiſſus,xxv.lib.prouiſinorum ſoluat.Et prædicta locum habeant in præteritis,pendentibus,& futuris.

*De eodem.* Cap. 105.

SI quis Romanus fideiuſſerit,vel aliter ſe obligauerit pro aliquo forenſe,habitante in Ciuitate aliqua,Caſtro,vel Villa ; Senator teneatur proprio iuramento, mandare,ad certam pænam,Domino ipſius Ciuitatis,Caſtri,ſeu Villæ,quòd cogat dictos principales,pro quibus facta fuit dicta fideiuſſio ſeu obligatio,in perſona vel bonis, quòd extrahant & conſeruent indemnem dictum fideiuſſorem , vel expromiſſorem,vnum vel plures,à fideiuſſionibus & obligationibus prædictis:& hæc, locum habeant in præſentibus,præteritis,& futuris.

*De eodem.* Cap. 106.

SI aliquis fideiuſſerit,ſeu ſe obligauerit principaliter,pro aliquibus nobilibus ſeu Magnatibus Vrbis,vel eius diſtrictus;Senator,& eius officiales teneātur proprio iuramento,cogere & cogi facere modis omnibus quibus poſſunt, dictum principalem nobilem,& eius bona,& vaſallos ſuos,per omnia iuris & facti remedia, omni

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

iuris ſolemnitate omiſſa,ad petitionem & inſtantiam prædictorum , qui ſe obliga
uerint pro ipſo,quouſq; ipſos extraxerit & liberauerit à fideiuſſione & obligatione
prædictis.Et hoc intelligatur & locum habeat,tam in preſentibus,quam in preteri
tis,& futuris,Ad pænã c.lib.prouiſinorũ,Senatori,& xxv.officiali,q̨ fueritnegligẽs
in p̄dictis.Additũ fuit , ꝙ p̄dicta locũ habeãt,etiã ſi nõ appareat in inſtrumẽto,ꝙ ſe
obligauerit pro dicto nobili ſeu Barone,& Magnate,dummodo in rei veritate ſic
fuerit. ad quod probandum,ſufficiat probatio publicæ famæ,& communis opinio
Contradæ talis obligati,facta cum reddirione cauſæ ſcientiæ , per quatuor teſtes;
quorum duo producantur per partem,alii duo ; per Iudicem ex ſuo officio , vocen
tur & examinetur.

*De obligantibus bona ſua pro dote alicuius mulieris.* Cap. 107.

ITem,ſtatuimus & ordinamus,quòd ſi quis obligauerit bona ſua prodote alicuius
mulieris, vxoris alterius , & dotem receperit,& ipſam ſoluerit viro, vel in vtilita
tem,vel vſum viri conuerterit,teneatur vir idoneè ſatiſdare illi,qui dicta bona ob
ligauit; ꝙ eum perpetuò ſeruet indemnem & bona ſua,curet & faciat,quòd duran
te matrimonio vel ſoluto, vxor prædicta , prædictam obligationem , ſeu hæredes
eius,vel bona,nullo modo moleſtent,ſeu inquietent vigore obligationis præfatæ,
Et locum habeat in præteritis & futuris.

*De pignoribus & hypothecis uenalibus uendendis.* Cap. 108.

MVlier,& quicumq; alius creditor habens bona obligata,cum licentia & aucto
ritate vendendi ſibi a debitore conceſſa,ſi illa vendere voluerit,prius ſuo de-
bitori,ſeu hæredibus denunciet,quòd pignora luat,& debitum ſibi ſoluat infra q̃n
decim dies a denunciationis termino numerandos,quibus elapſis liceat ſibi pigno
ra vendere vſq; ad quantitatem ſibi debitam pro precio,quo melius potuerit ,ſine
fraude.Quam venditionem notificare debeat debitori.Et ſi infra quindecim dies
alios,voluerit ſoluere precium pro illis ſolitum ,ſeu inſtrumento venditionis cõfeſ-
ſatum ,emptor teneatur ſibi,& eius hæredibus reuendere pignora ſupradicta. Qui
bus elapſis,de cætero non audiatur,& ẽptor perpetuo ſit ſecurus. Et perinde dicto
ẽptori teneatur de euictione debitor(& eius hęredes )cuius fuerũt bona vẽdita,ac
ſi ipſe vel eius hęredes illa vendidiſſent & tradidiſſent.Senator & eius officiales
dictum emptorẽ tam in poſſeſſione , quam etiã in proprietatate , tueri teneantur .

*De emptione,& uenditione.* Cap. 109

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi quis vendiderit,ſeu vendet alicui bis rem
aliquam,vel turrim,vel aliquam poſſeſſionem pluribus perſonis,prima venditio
ſtabilis & firma remaneat,ſi emptori primo fuerit tradita poſſeſſio vera vel ficta:vl
timæ venditiones ſint caſſę,vel vacuæ & nullius momenti exiſtant.Sed Senator ꝓ
prio iuramento primum emptorem in poſſeſſionem ducere teneatur de re ab eo ẽp
ta,& inductum in ipſa poſſeſſione defendet & manuteneat.Et venditorem & eius
hęredes ad reſtitutionem precii vltimo emptori de facto cogat. Et nihilominus eũ
condemnet in. c. lib.proui.Cameræ Vrbis,& ipſum capere,& non dimittere tene
atur,niſi primo dictam quantitatem ſoluerit non obſtante aliquo alia capitulo in p̄
ſentibus Statutis ſupra,vel infra poſito.

*De uendentibus poſſeſſiones propter uim eis illatam.* Cap. 110

SIaliquis Dominus,vel Domina feciſſet,ſeu fieri feciſſet,ſeu fierifecerit alicui Ci
ui,vel habitanti in Vrbe, iniuriam, violentiam, turbationem , vel moleſtiam in
caſalibus,terris,domibus,vel vineis,vel aliis immobilibus,& vacare ſibi feciſſet quo



quo tempore,Et propterea vendidiſſet poſtmodum bona ipſi domino,vel dominę,
aut ſuæ familiæ,aut ſuo ſeruitori,Et probauerit venditor per publicam famam,per
quatuor idoneos teſtes, de dicta iniuria,violentia,turbatione,ſiue moleſtia;Quòd
Senator,ſuiq; officiales, teneãtur proprio iuramento, reducere, & remittere ven-
ditorem prædictum in tenutam,& poſſeſſionem rei venditæ,ſatisfaciendo,& reddẽ
do dicto emptori precium datum tempore venditionis factæ,& dictam venditionẽ
caſſare,& annullare.Non obſtante aliquo Statuto,capitulo,vel lege.Et hoc locum
habeat in præſentibus,præteritis,& futuris.

*De uenditionibus conſortium.* Cap. 111.

ITem,ſtatuimus & ordinamus,quòd non obſtante aliquo pacto,ſeu conuentione
aliqua facta inter aliquos conſortes, de re communi inter eos non diuidenda ad
certum tempus;ſi aliquis dictorum conſortium vellet dictam partem ſuam vende-
re , quòd requirat alium conſortem ſuum,vt dictam partem emat ab eo pro iuſto
precio,& quod ab alio habere poſſet infra dictũ terminũ ſibi datum, Et ſi dictus cõ
ſors infra dictum terminum,dictam aliam partem dicti ſui conſortis nollet,ſeu ceſ-
ſaret emere pro dicto precio;tunc,quia malicioſe agit,& eſt malicijs hominum ob
uiandum;ſit licitum dicto conſorti,qui dictam partem ſuam vendere vellet, ven-
dere vnicuiq; alio,non obſtãte pacto vel conuentione,quæ in contrariũ facta eſſet.

*Quòd uenditor cogatur facere,ut emptor libere poſſideat.* Cap. 112.

SEnator,& eius iudices cogant venditorem modis omnibus, quibus poſſunt,
ſummarie,& ſine ſtrepitu iudicii, nulla iuris ſolemnitate requiſita,exonerare,
& liberare rem,quam vendit,ab omni onere;ita quòd emptor ipſius rei,ipſam
rem pacifice,& quiete,& ſine aliqua queſtione,& inquieatione habere , & poſſide
re poſſit,& ex ea fructus percipere,& non poſſit ſuper ipſa aliqualiter moleſtari. Et
hoc teneatur ducere ad effectum,ad requiſitionem ipſius,non obſtante aliquo capi
tulo ſupra,vel infra poſito.

*De uenditionibus, & alienationibus, factis à fallitis, uxoribus eorum.* Cap. 113.

DOnatio,vel venditio,ſeu cuiuſcunq; alterius generis alienatio,facta,ſeu facien Infra cap. 148.
da ab aliquo,qui fuerit dictus fallitus,vel ab vxore uel nuru eius,uel habentib᷒
cauſam à fallito,de bonis ,& rebus ipſius falliti;non valeat ipſo iure ; immo tenean
tur Senator,& eius officiales proprio iuramento,ipſos contractus reuocare , & in
priſtinum ſtatum reducere,tradendo bona ipſorum fallitorum creditoribus ipſo-
rum.Et hoc locum habeat in contractibus,ſiue alienationibus factis ante fallimen
tum,vel poſt,Quod locum habeat,ſi ipſa bona inueniãtur tenere,& poſſidere poſt
alienationes prædictas.Quod fallimentum,ſiue quòd ipſi fuerint dicti falliti , ſuffi-
ciat creditori probare per publicam famam , & communem opinionem tantum .
Et hoc capitulum vendicet ſibi locum tam in præteritis , quàm in futuris .

*De uenditione facta a malefactore uel accuſato.* Cap. 114.

VEnditio,vel alienatio quæcumq; facta a malefactore,accuſato,vel inquiſito de
crimine capitali,ſeu publico, non valeat. Et inſtrumento ſuper hoc confecto
fides non detur , tanquam ſimulato , & fraude ſuſpecto . Et hoc locum habeat in
præteritis , & futuris .

*De uenditoribus ceſſantibus tradere poſſeſſionem rei uenditæ.* Cap. 115.

ITem,quòd quicumq; vendiderit aliquam rem alicui,& non tradiderit , & ceſſet,
aut nolit tradere emptori,& ipſe ſoluerit precium,vel paratus cum effectu ſoluere

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

fuerit: teneatur vēditor ipſi ēptori ad inter eſſe, ſacramēto ipſius ēptoris, taxatione iudicis pręcedente. Quod intereſſe non poſſit excedere duplum precij. Et idem ſi fuerit tradita & poſtea empta, pactis in contractu appoſitis, ſemper ſaluis. Et emptor omnimodo teneatur rem emptam recipere, & precium ſoluere, nec poſſit emptionis eum pęnitere, perdendo arras. Et prædicta locum habeant in pręſentibus, & futuris. Infra c. 122.

*Quod nullus cogatur emere ſal, neq; alia bona Cameræ.* Cap. 116.

NVllus cogatur à Senatore, vel alio officiali emere ſal, beſtias, vel alia bona, vel iura Cameræ, Vrbis. Qui contrafecerit, ſi Senator fuerit, in c. li. prouiſinorū, ſi alter officialis, in quinquaginta lib. prouiſinorum, Cameræ Vrbis puniatur.

*De redemptoribus litium alienarum.* Cap. 117.

LItis alienæ redemptor, qui poſt litem motam, & non finitam, quocunq; colore, & titulo, litem alienam in ſe, ſeu ſui conditionē trāſſere procurauerit, perpetuo ſit infamis. Et tam turpe lucrum, ſeu comodum, quod exinde peruenerit, Cameræ applicetur. Et ſuper hoc Senator ad petitionem cuiuſcunq;, etiam ſecreto denunciantis, inquirere teneatur, ad pęnam centum lib. prouiſinorū. Et ad hoc probandū ſufficiat publica, fama per tres idoneos teſtes probantes, cum aliquali iudicio Senatorem, vel iudicem informante.

*De uenditione rei dotalis, uel pro dote obligatæ, per uirum, ſine conſenſu uxoris.* Cap. 118.

SI Mulier pro alimentis, vel dote, fecerit ſe poni in poſſeſſionem alterius rei, quam maritus, vel ſocer eius, alteri vendiderit, & tradiderit (in cuius rei vēditione, vel alienatione mulier præfata non conſenſerit) Senator teneatur compellere virum, vel ſocerum, vel hæredes eorum, qui rem ipſam vendiderunt, vel alienauerūt, oſtēſo publico inſtrumento venditionis, vel alienationis, ad ſatisfaciendum dicto emptori, ſeu illi, in quem talis alienatio facta fuit, de damno, & intereſſe, quod ſuſtinuiſſet, ſeu incurrerit occaſione præfati proceſſus, facti ad inſtantiam mulieris præfatæ. Et ſuper hoc procedatur contra vendentem, & alienantē præfatum, prout proceſſum eſt contra dictum emptorem, ad inſtantiam mulieris iam dictę. Qui venditor, & alienator, ſtatim conſtito de prædictis, ſine ſtrepitu & figura iudicii, teneatur reſtituere duplum emptori, eius in quo damnificatus fuiſſet occaſione prædicta, ſecūdum formam pactorum in inſtrumento venditionis contentorum.

*Quod emens bona Cameræ, debeat per officiales Vrbis, in poſſeſſione illorum defendi.* C. 119.

SI aliquis emerit aliquas domos, ſeu poſſeſſiones quaſcunq; à Camera Vrbis, Camerarii teneātur emptorem, vel emptores dictarum rerum in dicta emptione contentarum, manutenere, & tueri, ſecundum ius, & conſuetudinem, in poſſeſſione. Et ſi aliquis prędicto emptori, vel emptoribus aliquam turbationem, lęſionem, vel violentiam inferret, vel intulerit, Senator, & eius officiales teneantur, emptorem, vel emptores earum rerum, remittere, & reſtituere in poſſeſſionem, eūq;, vel eos tueri, manutenere, & conſeruare in poſſeſſione dictę emptionis, cum omnibus iuribus ſuis. Non obſtante aliquo capitulo, ſupra, vel infra poſito.

*De macellarijs cogendis ad ſoluendum.* Cap. 120.

POſtquam macellarius emptor ſignauerit beſtias, vel arras dederit pro eiſdem, cogatur per Senatorem, & eius iudices, ſub pęna centum ſol. prouiſinorum, infra octo dies precium ſoluere venditori.

Quod



*Quòd Senator reducat emptorem in poſſeſſionem.* Cap. 121.

SI aliquis emerit, vel alio modo acceperit rem aliquā ab aliquo, quam alter poſſederit; & prætextu dictæ emptionis, ſeu acquiſitionis, emptor, ſeu acquiſitor poſſeſſionem dictæ rei intrauerit, in iniuriam poſſeſſoris; teneatur Senator reducere in poſſeſſionem, & remittere illum, qui tenebat, & poſſidebat tempore acquiſitionis, & eum in ea defendere.

*De arris.* Cap. 122.

ARra pro vino tradita, & poſtea deguſtatione ſecuta, periculum ſit emptoris; qui nihilominus teneatur de precio ſatisfacere venditori. Arræ quoq; datio in quolibet contractu, perficit emptionem. Nec liberetur emptor volens arram ꝑdere, nec venditor volens eam reddere duplicatam; licet pecunia ſit ſimpliciter data pro arra, nec ſit expreſſum, ꝙ pro arra, & pagamento ſit data.

*De locatitiis rebus, obligandis pro dote.* Cap. 123.

ITē, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ res locata & in emphiteoſim accepta, poſſit obligari pro dote, vel donatione propter nuptias, ſine domini, ſiue proprietarii conſenſu; iure domini integro remanente. Nec per huiuſmodi obligationem, res locata, vel in emphiteoſim accepta, ad dominum reuertatur. Non obſtante forma locationis, & capitulo, ſupra, vel infra prædicta, poſito. Si tamen ex cauſis legitimis locatio finiretur; tunc locatio diſſoluatur; & ex ea, domino nullum præiudicium generetur. Et hoc locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris.

*Quòd conductor, ſeu emphiteota poſſit alteri in emphiteoſim locare.* Cap. 124.

ITem, ſiquis habet, vel tenet vineam, hortum, ſeu terram, extra loca habitata in Vrbe, vel alibi extra Vrbē, per locationem, aut emphiteoſim, ab aliquo, ſub certa annua penſione; ꝙ idem conductor, ſeu emphiteota poſſit ipſam relocare ad quartam, vel aliam partem reddendam, ſine domini, ſiue proprietarii conſenſu; iure proprietatis ipſius domini, & proprietarii, integro remanente. Nec ex hoc conductor primus, vel emphiteota cadat à iure locationis. Non obſtante forma locationis, & capitulo conſtitutionis, ſupra, vel infra poſito. Et hoc locum habeat in pendentibus, præteritis, & futuris. In domibus autē, caſalenis, & aliis rebus poſitis in loco habitato in Vrbe, hoc capitulum non vendicet ſibi locum.

*De eodem.* Cap. 125.

NOn liceat conductori, vel emphiteotæ, qui pluribus annis pro re locata penſionem domino ſoluerit, referre ſuo locatori quęſtionem dominii; licet poſtea aliquibus annis poſſeſſionem interuerterit, & in penſiouis ſolutione ceſſauerit immo cogatur per Senatorem, & eius iudices, domino poſſeſſionem reſtituere, & de penſione, ſeu parte fructuum, domino reſpondere.

*De maſſariis ponendis ſuper deſertione uinearum.* Cap. 126.

SI inter dominum vineæ, ad quartam reddendam locatæ, & colonum partiarum ipſius vineæ, oriatur quęſtio; dicente domino, vineam fore deſertam, & per cōſequens ad dominum reuolutam; colono verò dicente, vineam non fore deſertā, ſed male laboratam; Iudex ſuper hoc adhibitus, mittat ad vineam duos maſſarios iuratos, qui ſuper hoc referant veritatem. Et ſi retulerint vineam fore deſertā, mandet colono, ꝙ decætero ad vineam non accedat, & domino damnum reſarciat. Si verò retulerint, vineam non fore deſertam, ſed male laboratam; tunc man-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

det colono, quòd ſatiſdet domino, de vinea bene laboranda. Et damnum, quod ex mala cultura contigit domino, reſarciat, de cuius ęſtimatione ſtetur ſacramento domini, taxatione ſolemni (ſola rei veritate inſpecta) iudicis præcedente. Et pręდicta expediantur ſine libello, litis conteſtatione, & iuris ſolemnitate, ſed ſola rei ueritate inſpecta.

*Quòd colonus requirat proprietarium tempore uindemiarum.* Cap. 127.

TEnens vineam ad quartam reddendam, non vindemiet, nec piſtet, nec muſtum ad domum reportet, niſi primò dominus vineæ, ſeu eius factor fuerit requiſitus per duos dies anteq̃ vindemiet, & muſtum ſit cum eo diuiſum, Ad pænam decem librarum prouiſi. pro medietate Parti, & pro alia medietate Cameræ. Et domino teneatur reddere duplum partis ipſius domini, q̃ reportauerit, appreciandum per duos maſſarios, ponendos per eos, ſi concordauerint, aliàs per iudicem:

*De feudis.* Cap. 128.

IN feudis, ſiue officijs, quæ conceſſa ſunt alicui, ratione alicuius officii; non ſuccedant hæredes extranei. Filii, & deſcendentes ex ipſis, ita demum ſuccedant, ſi ſint eiuſdem profeſſionis, & officii. Et ſi tempore ſucceſſionis delatæ, eiuſdem profeſſionis non fuerint; ſi tamen aliquo tempore ad idem officium peruenerint; officium, & feudum ad eos pertineat, ab eo tempore quo dicto officio potuerint ſeruitium exhibere. Alia verò feuda, quæ non ratione alicuius officij, vel profeſſionis conceduntur; ad filios tam maſculos, q̃ fæminas, etiam ad hæredes extraneos, tranſmittantur, & durent, nulla etiam inueſtitura præſtita, vel petita: teneantur tamen hæredes ad ea præſtanda, ad quæ tenebatur defunctus. Et ſi quęſtio fuerit inter dominum, & Romanum habentem feudum, de ipſo feudo quęſtio agitetur in Curia Senatoris. Cęterũ ſi de feudo fuerit quęſtio inter duos vaſſallos, in Curia domini, ipſa quęſtio ventiletur.

*De negligente petere penſionem.* Cap. 129.

SI dominus proprietarius, rei locatę, vel in emphiteoſim conceſſę, per multos annos ceſſauerit petere penſionem; non poſſit tamen petere niſi pro tempore decem annorum proximè præteritorum tantúm, ſi pro illis non fuerit ſatisfactum. Si tamen conductor, vel emphitheota, probauerit pro tribus annis proxime præteritis ſe ſoluiſſe; præſumatur penſionem pro toto tempore fuiſſe ſolutam.

*De eodem.* Cap. 130.

LOcationes, contractus emphiteotici, liuellorum dationes, ſiue ad generationẽ, ſiue ad non modicum tempus fiant; ſiue tempore, ſiue generatione finiti; his quidem pactis, & conditionibus, ac tenoribus, relocentur, & concedantur illis, qui ſunt de eadem genealogia; extraneis verò hæredibus illorũ, qui receperint p̃dictos contractus, & ſingularibus ſucceſſoribus, ad quos de conſenſu domini, prędictę res peruenerint; niſi tenore contractus, vel de iure, domini conſenſus requiratur. Et ſi penſio non ſoluatur tempore conuento, non cadat, qui locationẽ habet, à iure ſuo.

*De defendendis per Curiam in locationibus.* Cap. 131.

ITem, dicimus, & ordinamus, ꝙ Senator, ſeu quicunq; alter rector, teneatur proprio iuramento, defendere, & manutenere quemlibet Ciuem Romanum in omnibus locationibus, eidẽ hactenus factis, & faciẽdis; ita & taliter, ꝙ volẽtes dictas locationes reuocare, ſeu dicẽdo ꝙ nõ teneat, ſeu qualitercũq;, & quomodocũq;, dicti



Ciues, per eos calumnioſe, vel indebite vexarentur, vltra & contra tenorem inſtrumentorum ipſorum, nullatenus audiatur in iudicio, vel extra; eo quòd volumus eorum inſtrumenta, cum tenoribus eorum, ſemper eſſe rata, & firma, & quòd plenum robur obtineant, & habeant; ad hoc, vt quilibet Romanus Ciuis valeat, & poſſit ſine litigio, in rebus, & poſſeſſionibus eis locatis, in pace requieſcere. Et ſi quis iudex, aut notarius, cõtra ipſos, ſeu ipſũ, auderet ſẽtẽtias ferendas, aut proceſſus ſcribere, quòd ipſo facto incidat in pænam centum lib. pro medietate Cameræ vrbis, & pro alia medietate Parti, contra quam proceſſus fieret, aut ſententia ferretur. Quod Statutum, volumus quòd expreſſe habeat locum in pręteritis, pẽdẽtibꝰ, & futuris. Nõ obſtãte, Statuto, priuilegio, lege canonica, vel ciuilis, in cõtrariũ loquẽtibꝰ.

*De diuiſionibus.* Cap. 132.

QVilibet aſſerens, ſe cum aliquo rem aliquam habere communem, poſſit di Infra c. 136
uiſionem eius petere, & pro parte eum contigẽte, ſibi ad iudicari. Et ſuper Infra. c.140
hoc adeat iudicem palatinum, vel alium competentem, qui ſummarie, & ſine ſolẽnitate iuris, de dicta communio ne cognoſcat, Non obſtante, quòd aduerſarius neget, rem eſſe communem, vel ſe eam poſſidere. Qui iudex conſtito ſibi de communione, dictam rem adiudicet petenti, pro diuiſo; & eam diuidat, & diuidi faciat ꝑ agrimẽſorem, & expertos in arte; & eam cauſam decidat infra triginta dies vtiles à die dictę petitæ diuiſionis computandos, ad pęnam xx. lib. prouiſinorum, de ſuo ſalario retinendarum.

*De eodem.* Cup. 133.

IVdex palatinus, vel alius competens, ſuper rerum communium diuiſione adhibitus, poſtquam cauſam cognouerit, ſententiam ſuꝑ diuiſione, adiudicatoriã partium, ferre procuret. Et exequendo ſententiam, faciat fieri partes ad groſſum, ubi de pluribus ſimul, diuiſio eſt petita. Et dicta diuiſio fiat ad vtilitatem vtriuſq; partis, conſignando cuilibet partem ſuam, ſecundum adiacentiam, ſicut commodius fieri poteſt. Et cogat, ad petitionem partis victricis, partem victam, ad conſentiendum, & aſſentiendum partibus, eius mandato adiudicatis, & diuiſis. Et prædicta omnia, & ſingula dictus iudex ſũmarie facere, & adimplere teneatur, ad pænam decem li prouiſ. ꝑ qualibet vice, qua cõtrafecerit. Cuius pęnę medietas ſit Camerę, & alia medietas accuſantis.

*De eodem.* Cap. 134.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliqua diuiſio fieret per iudicem palatinũ vel alium iudicem competentem, ſeu de eius mandato, vel de communi partium voluntate, ſeu ex arbitrio alicuius arbitri, de aliquibus domibus communibus; ꝙ expenſis communibus vtriusq; partis, paries ædificetur, & immittatur inter vtrãq; partem. Et ſi aliqua partiũ eſſet pauper, adeo ꝙ medietatem ipſarũ expenſarum ſoluere nõ poſſet, quòd nõ ſit licitũ dictæ Parti, vtilitatem aliquam recipere, nec habere in dicto pariete, donec reſtituerit medietatem expenſarum factarum in ædificio dicti parietis, alteri parti, quæ dictum parietem ſuis expẽſis ædificari feciſſet. Et locum habeat in præſentibus, & futuris.

*De conſortibus.* Cap. 135.

ITem, ſi quis fuerit conſors alicuius in molendino, furno, vel legianaſtha, carbanario, põte, ſeu puteo, & aliꝙ dictoꝝ ædificioꝝ indigeat reparatione, ad petitionẽ vnius de cõſortibus, alii per curiam Senatoris cogantur cum cautione, ad faciendũ reparationem ipſius ędificii, & reducatur, & reſeruetur in priſtinum ſtatum.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

*Quod diuiſio facta, ſit ualida.* Cap. 136.

Vide ſupr c.132 ITem ſtatuimus,& ordinamus,quod ſi oſtendatur diuiſio aliqua facta inter fratres aliquos,ſeu conſortes,de aliquo caſtro,terra,ſiue poſſeſſionibus poſitis extra vrbem pro diuiſo,inter eos,qui dictam diuiſionem fecerunt,& eorum hęredes, & ſucceſſores,perpetuo ſit firma,& valida. Et ꝙ aliquis de conſortibus dictam diuiſionem non poſſit reuocare,ſeu reuocari facere per ſubmiſſam perſonam,immo ad petitionem vnius de conſortibus,qui dictam diuiſionem fecerunt,Senator teneatur cogere,& conſtringere alios conſortes,& vaſſallos, & familiares eorundem,ad cauendum,& ſatiſdandum in Camera vrbis,de non moleſtando , ſeu non impediendo prædictum conſortem in dicta portione,& colonos,& collaboratores ſuos,ſub pæna , & banno mille lib.proui.in tenuta,& poſſeſſione terrarum,& rerũ quæ ſibi in partem obuenerunt,immo quod teneatur,ipſum cõſortem,& colonos, & collaboratores ſuos defendere in tenuta , & poſſeſſione prædicta. Et prædicta teneatur Senator, & eius officiales facere ad petitionem conſortis, qui diuiſionem Curię demonſtraret,ſumarie,ſine ſtrepitu iudicii,iuris ordine pręter-miſſo.Et quod poſſint,& debeant contra conſortes,& eorum vaſſallos,qui cautictionem prædicto modo non pręſtarent,ſeu contumaces eſſent, procedere, foden do,diffidando,de contumacia,& confeſſo,in quacunq; quantitate Senatori,& eius curiæ placuerit.Et prædicta vendicent ſibi locum in præſentibus,præteritis,& futu ris.Non obſtante aliqua lege ,conſuetudine,capitulo,& ſtatuto,ſupra,vel infra po ſito,vel ponendo.

*De rebus emphitheoticis diuidendis.* Cap. 137.

HAbentes domum,caſalenum,hortum,vel vineam,vel aliquam rem communẽ in proprietate alicuius perſonæ,vel loci, poſſint talem rem inter ſeſe diuidere ſine conſenſu domini proprietarii;iure tamen proprietarii,integro remanēte.Nec propter dictam diuiſionem dicta res locata recadat ad dñm , non obſtante forma locationis.Et hoc capitulum locum habeat in pendentibus,pręteritis,& futuris.

*De apparatu non faciendo contra debitas ſeruitutes.* Cap. 138.

NVllus per ſe,vel alium,faciat apparatum, vel ædificium de quacunq; materia in aliqua domo,caſaleno,ſiue loco,contra antiquam, ſeu debitam ſeruitutem ſeu contra conuentiones,& pacta,per quæ impediatur aſpectus.Qui contra fece rit,ſoluat pro pæna.xxv.lib.proui.pro medietate parti accuſanti,& pro alia medie tate ,Camerę applicandas.Et nihilominus deſtruat apparatum,& rem in priſtino ſtatu reducat.Et ſi ſenator,vel iudex fuerit negligens,duplum dictæ pænæ,Came ræ ſoluat.

*De habentibus parietem communem.* Cap. 139.

SI aliquis paries inter aliquos communis fuerit;cuilibet eorumlicitum ſit trabes ĩmittere,& ex eo vtilitatem habere,ſine diuiſione domus.

*Qui poſſint petere diuiſionem.* Cap. 140.

MInores,& pupilli poſſint peteret diuiſionem bonorum omnium hæreditatũ communium ab hæredibus,ſeu quibuſcunq; aliis perſonis, & eis adiudicen tur in partem,prout elius,& vtilius fuerit.Non obſtante aliqua lege, con ſuetudine,vel ſtatuto.

*De noui operis nunciatione.* Cap. 141.



SI alicui fuerit nouum opus nunciatum , ſeu prohibitum fuerit ædificare , vel aliquod opus in aliqua Terra, vel loco facere prohibitum , ſatiſdationem offerat de opere deſtruendo,ſi apparuerit, eũ iniuſte ædificaſſe,vel illud opus feciſſe. Sit tamen in poteſtate nunciantis , vtrum velit dictam ſatiſdationem recipere ; an non velit, & infra ſex dies vtiles de ſuo iure probare, infra quos poſſit etiam is, qui ędificare,vel opus facere prohibitus eſt,de ſuo iure probare, & ſuum opus iuſtificare. Sic tamen iudex adhibitus faciat, ꝙ dictam cauſam decidat infra xv. dies vtiles,cõputandos à die , quo ſuper hoc citatio facta fuit coram eo,ob hanc cauſam ſiue controuerſiam ſupradictã,ad pœnã decem lib.prouiſinorũ.Nec propterea vitietur proceſſus; ꝙ ſuper prędictis fuerint teſtes lite non conteſtata recepti.

*De ædificantibus in poſſeſſionibus ſuis.* Cap. 142.

QVilibet in ſua poſſeſſione , & ſolo,poſſit in altum ædificare, pro ſuo libito volũtatis,Statuto aliquo,vel prohibitione incontrarium, non obſtante.

*De repreſalys.* Cap. 143.

ITem, ordinamus , quod D. Senator, & Conſeruatores Cameræ Vrbis, teneantur, & debeant vinculo iuramenti,ad petitionem cuiuſcunq; creditoris deben Infra l. 4. c. 26. tis,recipere à quocunq;, ſeu quibuſcunq; debitoribus, de quacunq; Ciuitate , Cõmunitate,Caſtro,vel Villa,ſiue extra diſtrictum Vrbis fuerint , ſiue infra diſtrictum ſint debitores ipſi , Requirere illam Ciuitatem , vel illud Caſtrũ, ſeu Communitatẽ de qua ſunt expen. dicti creditoris , per literam , ſeu ambaſiatores, prout extiterit oportunũ,ꝙ placeat ipſi Communitati, Caſtro , vel Villę,ſeu Ciuitati, cogere , & conſtringere cum effectu præfatos,ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ad ſatisfaciendũ , & ſoluendum integre pecuniam, in qua tenentur . Et ſi Ciuitas, Communitas , Caſtrum,vel Villa,poſt dictam requiſitionem,non fecerint ſatisfieri ; teneantur, & debeant dicti Conſeruatores , & Senator , vt dictum eſt , recepto ſacramento calumniæ, & veritatis,à creditore, ſiue creditoribus petentibus prædicta,& facta fide plenã per creditorem de debito,deſcendente ex contractu , vel quaſi : & de debito deſcendente ex maleficio , vel quaſi,per publicam famam ( dummodo de valore rerũ ablatarum faciat plenam fidem) vel ſaltem per vnum teſtem de viſu , & ſcientia, & duos de publica fama ; Senator, vel eius iudices debeant dare , & concedere eis repreſaliam, & licentiam, & poteſtatem liberam , capiendi de bonis , & rebus Ciuitatis, & hominum illius Terræ,de qua ſunt debitores prædicti,& qui fuerunt requiſiti, vt ſupra dictum eſt . Et teneatur Senator,ad petitionem illius,qui priuilegium repreſaliarum habere meruit , facere ſtagiri , & ſequeſtrari perſonas , & bona illorum, qui ſunt de Terris, & locis,contra quos repreſaliæ ſunt conceſſæ;& perſonas, & res,ad mandatum Senatoris,dominus domus,in qua factum eſt ſtagimentum,debeat reſignare . Et ſi contrafecerit, teneatur ad duplum ſatisfactionis eorum,ſacramento damnum paſſi,taxatione iudicis præcedente.

*De eodem.* Cap. 144.

SI quis Ciuis Romanus, vel alius diſtrictualis,meruerit habere repreſalias ſecundum formam ſupraſcriptam , contra aliquam Communitatem ,Ciuitatem, Caſtrum , vel Villam de iuriſdictione Vrbis , teneantur Senator, & Conſeruatores Cameræ Vrbis,eidem præſtare auxilium, & fauorem ,per eorum officiales ſtipendiarios, & alia remedia iuris & facti, contra dictam Ciuitatem ,& homines habitantes in ipſa, & bona eorum,pro ſatisfactione ſui debiti conſequenda , ſi , & quando ab ipſo fuerint requiſiti , ad pœnam centum librarum , Senatori , qui in hoc fuerit negligens, vel remiſſus.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*De eodem, pro Ciuibus Romanis, miſſis ad regimen alicuius Terræ, & iniuriatis.* Cap. 145.

ITem, volumus, & ordinamus, ꝙ ſi aliquis Ciuis Romanus, vel alius quicunq;, miſſus fuerit per Populum Romanum ad regimen alicuius Ciuitatis, Villæ, vel Caſtri; & ei facta fuerit iniuria, vel carceratio; Quòd Senator, & Cõſeruatores, qui fuerint ad regimen Romani Populi, teneãtur, ad petitionẽ cõquęrentis, ſummarie procedere contra prædictos Commune, vel Ciues. Et ſi per publicam famam ꝓbatum fuerit dę iniuria, damnis, & carcere prædictis (quæ probare poſſe ſufficiat per quatuor bonos teſtes) tunc prædicti DD. Senator, & Conſeruatores, ſeu eorum alter, ad petitionem dicti conquęrentis, procedant contra dictos Commune, vel Ciues, ad diffidationem, & ad certas repreſalias, modo & iure, quo voluerit cõquęrens, donec prædicto conquęrenti fuerit de prædictis iniuriis, & damnis ſatisfactum; de expenſis ſtent ſoli ſacramento conquęrentis, taxatione iudicis præcedente. Et hoc locum habeat in præſentibus, & futuris, aliquo Capitulo non obſtante. Volumus tamen, ꝙ ante conceſſionem dictarũ repreſaliarũ, Senator, & Conſeruatores Vrbis, ꝑ literas, ſeu ambaſiatã, requirant primò illã Terrã, & ſignificent ei, ea, quę ſupradictę partes Rectoris, vel illius, qui fuerit ad regimen ipſorũ, proponunt cõtra ipſos ſuꝑ exceſſibus, & iniuriis cõmiſſis contra ipſos iniuſte. Et ſi per Cõmune illius Terræ proponeretur, & oſtenderetur, quòd per modum ſindicatus, iuſte facta ſunt ea quæ proponuntur; tunc nullo modo talis Ciuis audiatur, & admittatur ad prędicta. Si verò Cõmunitas, ſiue Terra, vbi fuerit talis Rector, & Ciuis Romanus per Romanum populum deputatus, neglexerit proponere, & reſpõdere ꝙ iuſte fecerunt, & per modum ſindicatus; teneantur Senator, & Conſeruatores prędictum Ciuem Romanum iuuare, qui fuit ad dictum regimen per Romanum populum, vt dictum eſt, miſſus. Additum eſt, & declaratum, quòd ſupraſcripta tria capitula proxime præcedentia, tam ex verbis, quàm ex mente, in futuris dumtaxat negociis, tradant formam. Ad præteritas autem repreſalias, cõceſſas ante publicationẽ præſentium Statutorum nouorũ (quæ fuit anno MCCCLIII. de menſe Maii) citra, quo tempore etiam hæc forma ſeruabatur, non extendunt, cum de præteritis non ſit in eis facta mentio ſpecialis.

*De habentibus repreſalias contra Commune Vrbis.* Cap. 146.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi aliqua Ciuitas, Villa, vel Caſtrũ, haberet aliquam repreſaliam contra Commune Vrbis; ꝙ Senator teneatur proprio iuramtoẽ, capere perſonaliter illum, pro quo facta fuit illa repreſalia cõtra dictum Cõmune; et etiam accipere omnia bona ſua mobilia, & immobilia, donec dicto creditori ſuo fuerit integre ſatisfactũ; facta prius Senatori fide de debito, ſeu delicto, per qđ fuit impetrata, ſeu conceſſa repreſalia ſupradicta.

*In quibus diebus non poſſint uti repreſaliæ.* Cap. 147.

Infra l. 4. c. 26. ITem, ſtatuimus, & ordinamus, pro toto tẽpore Quadrageſimæ, & octo diebus ante Quadrageſimã, vſq; ad ſecundum diem poſt feſtum Reſurrectionis; & quatuor diebus ante feſtũ S. Spiritus, in quo oſtendi debet Sudarium, de menſe Ianuarii; & duobus diebus poſt, & quattuor diebus ante feſtum Aſcenſionis; & duobus diebus poſt; & quatuor diebus ante dedicationem SS. Petri & Pauli; & duobus diebus poſt; & duobus diebus ante feſtum S. Petri ad vincula, & vno poſt; & in omnibus prædictis feſtiuitatibus, nullus habens repreſalias contra quæcunq; Communia, vel ſpeciales perſonas; poſſit illis vti, nec aliquem, earum vigore capere, nec retinere, ad pœnam C. lib. pro. Cameræ Vrbis, de facto per Senatorem applicandarum. Et ꝙ Senator, ad cuiuſcunq; denunciantis petitionem, contra facientem



teneatur punire pœna prædicta, omni iuris ſolemnitate omiſſa. Et ſi in hoc negligens fuerit, in C. lib. puniatur, per Camerarium tempore ſindicatus retinẽdarũ. Et nihilominus damnum reſarciat parti læſæ. Illi autem, qui ad Vrbẽ portauerint Infra l. 3. c. 51. graſciam, ſeu pro ambaſiatoribus venerint, ſeu pro confinatis (dummodo de eorũ confinibus conſtet, & ſine fraude fiat) poſſint ad Vrbem venire ſecure, non obſtantibus repreſaliis; niſi eſſent in perſona condemnati, vel diffidati.

*De Mercatoribus, & Campſoribus fallitis, capiendis per Senatorem.* Cap. 148.

SEnator teneatur, Mercatores, ſeu Campſores, ſeu Zeccherios, qui aliquo tempore fuerint dicti falliti, capere perſonaliter, ſeu capi facere, & compeditos retinere; et aſſignare ipſis terminum vnius menſis; infra quem, ſi ipſi Mercatores, ſeu Campſores ſatisfecerint eorum creditoribus, liberentur à prædictis; alioquin faciat eos detineri vſq; ad mortem; & eorum filios maſculos, qui eſſent maiores xiiii. annis, tempore fallimenti prædicti, quorũ mortui ſunt parentes, qui ſunt hæredes, vel ſucceſſores prædictorum, ſimili modo capiat, & capi faciat, & captiuos detineri faciat, donec paternis creditoribus ſit de eorum creditis ſatisfactum. Qui verò eſſent impuberes tempore dicti fallimenti, non capiantur, nec detineantur modo prædicto, ſed bona ipſorum Mercatorum, ſeu Campſorum, & ipſorũ poſſeſſiones aſſignet, & aſſignari faciat libere prædictis creditoribus, donec ſatisfiat eiſdem. Et ſi ꝑ prædictos Campſores, ſeu Mercatores, dicta eorum bona ſint alteri obligata vel alienata; præſumantur ipſæ alienationes, ſeu obligationes fraudulentę, & ſimulatæ; pręcipue ſi factæ fuerint conſanguineis dictorum Mercatorum, & Campſorũ; vel ſi Campſores, & Mercatores, poſt alienationem, ſeu obligationem, inuenti fuerint poſſediſſe res obligatas, vel alienatas, ſeu in ipſarum poſſeſſione fuiſſent. Et hæc omnia vendicent ſibi locum in quibuſcunq; Campſoribus, & Mercatoribus, ſiue hactenus dicti fuerint falliti, ſiue præſentialiter, ſiue in futurum. Et fratres dictorum Mercatorum, vel qui in communi cum eis vixerint, tempore quo pecunias eorum aliquas receperint, & filii eorum, & hæredes; ſimiliter compellantur, donec integraliter ſatisfecerint; & eorum bona excuſari non poſſint, ac ſi ipſi perſonaliter contraxiſſent. Et nullus occaſione minoris ætatis, vel alia de cauſa, ſe valeat excuſare. Et ſi fuerit contumax aliquis prædictorum; Senator procedat contra contumace tanq̃ contra malefactores, per Capitulũ De confeſſione, vt ipſum in eius cõtumaciam, de his, quæ ab eo petuntur, confeſſum faciat, & propterea diffidet, & cõdemnet eũdem in forma prædicta, & pro confeſſo habeat, ad pœnam & reſtitutionem pecuniæ, quæ petitur ab eoſdem. Et hoc Capitulum in præteritis, & futuris vendicet ſibi locum. Et nõ poſſint habere procuratorem, nec aduocatum; & ſi aliquis procurator eos adiuuauerit; x. lib. proui. Camerę Vrbis, vice qualibet ſoluat; & Senator teneatur dare ambaſiatores Mercatoribus, ſeu Cãpſoribus, contra eos qui falliti dicuntur. Et de prædictis omnibus, omni tempore ius reddatur. Et contra fallitos, ſeu qui dicti ſunt falliti, Senator habeat plenum arbitrium, procedendi in perſona, & ære. Et nullus fallitus poſſit, nec debeat, nec admittatur ad cambiandum, ſeu mercantiandũ, donec integraliter ſatisfecerit creditoribus. Quòd ſi cõtrafecerint, teneatur ipſos capi facere, & ipſos captiuos, incarceratos detineri, quouſq; creditoribus integraliter ſatisfecerint. Et intelligatur de præteritis, præſentibus, & futuris.

*De quæſtionibus inter dominum, & uaſſallum.* Cap. 149.

SEnator nõ ſe intermittat in quęſtione, ſi qua oriretur inter dominum, & vaſſallum, ſeu vaſſallos; dummodo dominus ſit in poſſeſſione, vel quaſi, vaſſallagii. Et hæc obſeruentur in Ciuibus Romanis, & eorum iuriſdictioni ſubiectis. Et ſit

ſalua dominis inter ſuos vaſſallos, & contra eos, iuriſdictio, tam in ciuilibus, q̃ in
criminalibus, ſicut fuit ante aduentum D. Panthaleonis de Andalo. Hoc ad
dito, ꝙ ſi vaſſalli alicuius domini, habitatores in dicto Caſtro, fecerint conſpiratio
nem, conuenticulam, vel iuramentum contra dominum eorum; ꝙ ad petitionem
& requiſitionem domini, Senator teneatur ipſum dominum iuuare, & ſubpone/
re & ſubiugare ipſos vaſſallos ſub dominio, & vaſſallagio, & iuriſdictione ipſius do
mini, ſicut fuit ante conſpirationem prædictam. Saluo, ꝙ ſi vaſſalli ſuſpicarentur
de eorum dominio, & nollent redire ad dominum, ipſe dominus teneatur idonee
cauere ipſis vaſſallis, de conſeruando eis Statuta, mores, & cōſuetudines ipſorum,
& de tractando eos, ſicut ante conſpirationem, & coniurationem prædictam tracta
bantur. Et ſi per conſuetudinem Caſtri, in ipſos vaſſallos iuriſdictionem domini nō
haberent, & vaſſalli prædicti liberum haberent exitum de Caſtro, vnde exiuerunt;
tunc Senator teneatur iuuare dominum, vel dominos Caſtri, vel Caſtrorum, ſi cō
tingat dictos vaſſallos exire ſimul omnes, vel maiorem partem, contra conſuetudi
nem, vel ſtatuta Caſtri domini, vel dominorum, capiendo, compellendo, vel cō-
ſtringendo modis omnibus, quibus poterit, vt ad dictum dominum redeant, [&
ſub eiuſdem domini iuriſdictione conſiſtant. Quòd ſi mandato domini Senatoris
non redierint, & prædicta non fecerint, cadant á iure, ſi quod haberent in poſſeſſio
nibus dicti Caſtri, & aliter compellantur ad mandatum D. Senatoris. Si ve-
rò omnes vaſſalli, vel maior pars eorum, exirent poſt conſpirationem, licet per Sta
tutum, & conſuetudinem, liberum haberent exitū, non patiatur Senator, vt iuxta
Caſtrum, vel Caſtra domini, vel dominorum, vnde exiuerunt, ſimul ſe ponant ꝑ
quinq; miliaria. Neq; Communitas, dominus, vel domini, eos receptent, niſi decē
per Caſtrum, ſeu locum, ne per eos poſſit impediri, vel moleſtari poſſeſſio Caſtri
domini. Si veró aliquas proprietates habuerint vaſſalli in dicto Caſtro, tunc D.
Senator de illis cognoſcat inter dictos vaſſallos, & dominum. Et prædicta lo-
cum habeant in præſentibus, præteritis, & futuris.

### De Baronibus non intrantibus Capitolium. Cap. 150.

BAro, ſeu Baroniſſa de magnatibus, qui ad ſequimenta præſtāda tenetur, habēs
cauſam ciuilem, vel criminalem cum aliquo de inferioribus, non poſſint duran
te cauſa intrare Palatium Capitolii, niſi tunc tantum, quando reſponderet accu-
ſationi criminali, vel quando ſe repræſentaret ad mandatum Senatoris, vel pone-
ret ſe intus. Et idem per omnia intelligatur de baſtardis eorum, ſiue cum dictis ba
ſtardis ſuis, ſiue cum dictis Baronibus litigarent. Satis eſt enim, ꝙ per aduocatos,
& procuratores eorum, poſſint defendere, & proſequi cauſas ſuas. Et ſi inferior vo
luerit dictam cauſam ciuilem in duos populares compromitti, cogantur dicti ma
iores ad compromittendum. Et ſi dicti duo infra menſem cauſam non deciſerint,
nullo ſeruato iuris ordine, ſed ſola rei veritate perquiſita, Senator eligat certum
popularem, cuius conſilio cauſam decidi faciat, infra decem dies, poſt dictum mē
ſem computandum. Et ſi in prædictis, Senator, vel aliquis prædictorum, contrafe-
cerit, ſeu negligens fuerit, puniatur in C. lib. prouiſinorū, & dānū parti læſæ reſar-
ciat. Baro etiam, & quilibet de maioribus prædictis, vel baſtardus eorum, contra
faciens, puniat̄ in quingentis lib. prouiſinorū. Additū eſt, quòd iudex dictæ cauſæ
Baronis, ſeu Baroniſſæ, non poſſit loqui cum tali Barone, ſeu Baroniſſa, durante di
cto litigio, ad pœnam L. librarum proui. Additum eſt, ꝙ dicti Barones, & baſtar-
di eorum, nunq̃ poſſint venire ad Capitolium, ſine licentia D. Senatoris, vel
Senatum regentium, ad pœnam C. floren. auri, Cameræ Vrbis applicandam, pro
quolibet, & vice qualibet.



### De debitoribus plures creditores habentibus. Cap. 151.

SI debitor, hipotecarius plures creditores habuerit, quilibet ex creditoribus, in
bonis eius inueſtiri, & mitti in poſſeſſionem poſſit. In adiudicatione tamen, &
in ſolutum datione bonorum, ille creditor præferatur, qui priora, & potiora iura
reperitur habere. In bonis autem perſonaliter obligati, ille creditor præferatur,
qui cauſam priuilegiatam reperitur habere.

### De eodem. Cap. 152.

LIcet creditor habens debitores, & fideiuſſores, ſibi ex eadem re, vel cauſa, in quā
titate, vel ſpecie obligatos, prius conuenerit debitorem; nihilominus tamen
pendente iudicio, ſuum fideiuſſorem ex eadem cauſa, valeat conuenire, & vtrūq;
inquietare, donec ſibi fuerit de debito ſatisfactum.

### De creditoribus paciſcentibus cum uno debitore. Cap. 153.

SI creditor plures debitores habens, ex eadem cauſa inſolidum obligatos, paciſ
catur cum vno ex debitoribus, cum certa parte debiti conſequenda teneatur, il
lud idem pactum gratioſum cum aliis debitoribus obſeruare.

### De litigantibus cum Iudice, uel Notario, petentibus aduocatos, & procuratores. Cap. 154.

SI aliquis de populo cauſaretur cum aliquo Iudice, vel Notario, & ipſe vellet ali
quem notarium in procuratorem, vel iudicem in aduocatum, & ipſe negaret
præſtare patrocinium in ipſa cauſa, puniatur in xxv. lib. proui. niſi iuſtam odii, vel
parentelæ excuſationem haberet.

### De Aduocatis, & Procuratoribus renunciantibus artem ſuam. Cap. 155.

VOlumus, & ordinamus, ꝙ iudices, notarii, & procuratores, alicui Ciui Roma
no eorum officia, eaq; quæ ad eorum officium, vel officia pertinent, ſeu alte
rius ipſorum pertinere noſcūtur, non debeant renuere, ſeu denegare, ſine iuſta, &
rationabili cauſa. Sed teneātur, & debeāt, omnibus ad ipſos habētibus recurſum
pro eorum officiis, legales, ſeu liberales; & liberaliter ſe in omnibus, petentibus ex
hibere. Et ſi omnes contrafecerint, ſeu eorum aliquis; teneatur Senator vinculo
iuramenti præcipere, & mandare omnibus artificibus, & omnibus, & ſingulis arti
bus, ꝙ illis iudicibus, ſeu illis notariis, & procuratoribus, ſeu alteri, qui contrafe
cerit, non faciant, nec, facere debeant aliquid, ad cuius artem ꝑtinet nec aliquod
miniſterium, ſiue exercitium alicuius artis, nec ei aliquis aliquid debeat vendere,
vel donare. Et quicunq; de artibus contrafecerit, vice qualibet ſoluat x. lib. nomi
ne pœnæ, pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate accuſanti. Et de præ-
dictis poſſit quilibet accuſare. Et hoc capitulum ſit firmum, non obſtante aliquo
capitulo ſupra, vel infra poſito.

### De ciuibus intelligendis pro Romanis. Cap. 156.

ILli forenſes Mercatores, Ciues Romani intelligantur, qui habuerint in Vrbe ma
iorem partem rerum mobilium, & immobilium, & domos, & habitationem cō
tinuò in ea, cum eorum familia, quando habent. Et tunc excuſentur vt Mercatores,
& Ciues Romani de propriis rebus, & mercimoniis, & non de alienis, & priuile
gio cittadantiæ, quo gaudere debet Ciuis, non poſſit excuſari ſocius, vel aliqua alia
perſona, quæ eſſet extra familiam ipſius Ciuis. Et familia intelligatur commē
ſales, & omnes, qui ſunt in eadem familia, ad omnes expenſas Ciuis, ſiue patris fa
milias.

*Statuta concernentia capitaneum appellationis, in unam rublicam poſita, De iudice appellationis, & eius cauſis.* Cap. 157.

CAuſa nullitatis, in iudicio deducta coram D. iudice appellationum, litis conteſtationem nō poſtulat; Sed ea intentata, actor ſtatim à die ſuper ea petitionis oblatæ, per proceſſum, & acta primæ cauſæ, ſeu aliter, prout potuerit, ſuam intentionem iuſtificet, infra octo dies vtiles; quibus elapſis, Iudex cauſam decidat infra quindecim dies vtiles, à die oblatæ petitionis numerandos; aliàs lis ipſa, & inſtātia pereat, & x. lib. proui. Cameræ ſoluat, de ſuo ſalario retinendas, & damnum parti læſæ reſtituat, & Pars ſuper dicta nullitate nullatenus audiatur. Eſt additum, quòd de cætero de nullitate ſententiæ non poſſit agi, poſt annum, à tempore ſentētiæ numerandum.

*De eodem.* Cap. 158.

SI ille, contra quem eſt lata ſententia, duxerit appellandum, & in ſua appellatione nullitatem & iniquitatem deduxerit, & in cauſa appellationis, contra eum fuerit lata ſententia; non audiatur vlterius ſuper nullita te primæ ſententiæ, à qua fuit appellatum, cum in cauſa appellationis potuerit de nullitate docere.

*De appellationibus in antiquis, & libro primo.* Cap. 159.

AB interlocutoria ſeu grauamine, nullus audiatur appellans, niſi talis interlocutoria habeat vim diffinitiuæ ſententię, ſeu contineat aliquod tale grauamen, quod reparari non poſſit per appellationem à diffinitiua, poſtea interponēdam.

*De eodem.* Cap. 160.

NVllus detentus in Cancellaria, appellare poſſit à diffinitiua; ſed ſi ante ſentētiā infra terminum ſibi ad defenſam datum, cauſas iuſtas allegauerit, & admiſſus non fuerit, appellare poſſit; quæ cauſa debeat infra decem dies vtiles, à die interpoſitæ appellationis, terminari: quibus elapſis, iudex primus poſſit ad vlteriora procedere, ſi ſit condemnatus ad mortem. Diffidatus autem pro crimine, per contumaciam, capitaliter, vel pecunialiter, appellare poſſit. Sed eius appellatio non recipiatur per iudicem appellationum, niſi infra legitima tempora ad reprę ſentationem appellationum ſtatuta, ſe coram iudice maleficiorum perſonaliter repræſentet, volens purgare innocentiam ſuam, vſq; ad finalē calculum detinendus; in qua cauſa audiatur ex integro, & probationes ab utraque parte recipiantur, ſuper nocentia & innocentia, ut innocens abſoluatur, et nocens condemnetur, a qua diffinitiua ſententia poſſit ad iudicem appellationum appellari, infra legitima tempora a ſtatuto præfixa.

*Infra quantum tempus appelletur,* Cap. 161.

IN omnibus caſibus, in quibus recipitur appellatio; debeat appellans, infra viii. dies appellare, computādos à die latæ ſentētiæ. Nec poſſit aliquis ſuper hoc ignorantiam allegare, cum ſatis ſufficiat, quòd præceſſerit citatio ad ſententiam audiēdam, & diffidatio fuerit in loco publico promulgata. Nec poſſit aliquis in cauſa criminali diffinitiue condemnari, niſi præceſſit citatio vnica, licet non peremptorie perſonaliter, vel ad domum, ad ſententiam audiendam.

*De tempore appellationis.* Cap. 162.

APpellans à ſententia, vel diffidatione lata in cauſa ciuili, vel criminali, debeat



ſuam appellationem repræſentare infra v. dies, à die appellationis interpoſitæ, numerandos; quibus elapſis, reputetur eſſe deſerta. A die verò præfatę repręſentationis, infra xv. dies vtiles, teneatur ſuam appellationem iuſtificare, proſequi, & finire quibus elapſis, prima ſententia firma remaneat, à qua fuerat appellatū; & ſi iudex de appellatione cognoſcens, negligens fuerit in terminatione cauſæ præfatæ; xx. lib. proui. Cameræ ſoluat, per Camerarium de ſuo ſalario retinendas, & damnū reſarciat parti læſæ. Eſt quoq; additum, & declaratum, ꝙ vbicunq; in hoc Statutorum volumine fit mentio de diebus, intelligatur de diebus continuis, non autem vtilibus, niſi contrarium ſpecialiter de vtilibus exprimatur. Illi autem dies intelligantur eſſe vtiles, in quibus Ius redditur in Curia Capitolii. Iudex tamē appellationis, ex cauſa, tribus vicibus tātum prorogationes facere poſſit, v. dierum vtilium ꝓ qualibet prorogatione, & non vltra. Ita vt elapſis xl. diebus vtilibus, prima ſententia firma maneat. Ita tamen, ꝙ ſi ſucceſſori, ad cauſæ deciſionem, x. dies vtiles nō ſupereſſent, ꝙ pro dicta cauſa expedienda, decem dies vtiles habeat, pro ſententia ferenda tantum.

*Quòd cauſa appellationis, non poſſit per nouos teſtes iuſtificari.* Cap. 163.

CAuſa appellationis, per nouos teſtes iuſtificari non poſſit; ſed ex eiſdem duntaxat, quæ in principali cauſa producta, & actitata fuerunt. Et ideo non ſit opus in ea, libellū, litis conteſtationē, iuramentū calumniæ, & veritatis, prę ſtare. Sed inſtrumentum appellationis, pro libello, & intentione appellantis, ſufficiat; poſſint tamen in ea, noua inſtrumenta, & priuatæ ſcripturę produci. Diffidatus autem per cōtumaciam, ſe coram iudice maleficiorum repręſentans, poſſit per teſtes coram eo ſuam innocentiam probare (non obſtante diffidatione) infra tempora appellandi, & proſequendi, a ſtatuto prę fixa. Et idem poſſit appellatus, ſi per teſtes probare voluerit nocentiam appellantis, coram iudice ſupradicto, coram quo agitatur accuſatio, vel inquiſito, ex qua emanauit diffidatio ſupradicta.

*De eodem.* Cap. 164.

A ſententiis, & grauaminibus inferendis per quemcunq; Senatorem Vrbis, qui L. 3. c. 278.
in Senatu prę fuerit, ſeu per quemcunq; ex officialibus eius, appelletur ad iudicem appellationum. Et infra Statuti tempora, ſuam appellationem appellans repręſenter proſequatur, & finiat. Ac idem de omnibus grauaminibus inferendis per quoſcunq; alios officiales Vrbis.

*De diffidatis de contumatia, appellantibus, non reaffidandis.* Cap. 165.

NVllus diffidatus per contumaciam, appellans, reaffidetur, donec per iudicem appellationum fuerit pronunciatum, Bene appellatum, & male ad diffidationem proceſſum; & tunc reaffidetur; aliàs remaneat prima diffidatio firma, & fiat eius executio. Si contrarium factum fuerit, reaffidatio non teneat. Et Senator cōtrafaciens, in C. lib. proui. Iudex in xx. lib. pro. Cameræ teneantur, per Camerarium de eorum ſalario retinendis.

*De appellationibus non recipiendis.* Cap. 166.

AB executionibus facti, ſeu capturis perſonalibus, nulla recipiatur appellatio. Si tamen à ſententiis latis ſuper exequendis inſtrumentis, teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus, ſeu ſententiis, & arbitriis, ſeu laudis, ſeu à laudis inter conſanguineos latis, fuerit appellatum, ſeu petita reductio; non recipiatur appellatio, niſi infra tres dies, à die repreſentationis appellationis, ſeu petitionis nullitatis oblatæ, aut reductionis, Appellans, ſeu reductionem petens, deponat in camera ſuffi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cientia pignora, aſſignanda appellato, ſeu habenti pro ſe laudum, ſi contra appel
lationem fuerit lata ſententia; vel niſi ponat ſe perſonaliter infra dictum terminũ
in Cancellaria vſq; ad perfectam effectualem executionem ſententiæ, ſeu laudi, de
tinendus. Et idem fiat, ſi per viam nullitatis, vel contradictionis; ſententiæ, ſeu lau
di reſtitutio, ſeu retractactio, ſeu nullitatis declaratio, contra Camerã peteretur; &
hoc ſi fiat quæſtio de pecunia, & rebus mobilibus, ſi autem de immobilibus, facta
ſequeſtratione rei immobilis, infra terminum ſupradictum, penes perſonam ido-
neam, per Senatorem, vel iudicem appellationum, eligendam; recipiatur appella
tio, & ſequeſtratario mandetur, vt illi reſtituat poſſeſſionem rei ſequeſtratæ, pro
quo in cauſa appellationis fuerit lata ſententia.

*De eodem.* Cap. 167.

Lib. 4. c. 15. & lib. 5. c. 47. A ſententia lata per iudicem, de appellationibus cognoſcentem, ſeu de nullitate
ſeu de reductione ad arbitrium boni viri; nullus audiatur appellans; niſi qua
tenus eſſet infirmatoria primæ diffinitiuæ, ſeu vim diffinitiuæ habentis, in totum,
vel in partem; quo caſu, & ea parte infirmationis, appellari poſſit ad Senatorem;
qui ſi non fuerit qui primam ſententiam tulerit, aut eius officiales; de cauſa, vt iu
dex appellationis cognoſcat, & decidat infra x. dies vtiles. Si verò eſſet idem Sena
tor, aut eius officiales, qui primam ſententiam tulerint, debeat ipſe Senator cau-
ſam decidere conſilio ſapientis, per partes eligendi; ad quam electionem, Senator
teneatur partes compellere, per compulſionem realem, & perſonalem, prout me
lius ſibi videbitur faciendam; cuius ſapientis conſilio, ſcripto, & ſigillato habito;
debeat ipſe Senator ſecundum dictum conſilium, infra v. dies vtiles, ſententiam fer
re; à qua appellari non poſſit coram ipſo Senatore; ad quem ſi fuerit appellatum; re
præſentari debeat appellatio infra tres dies à die interpoſitæ appellationis; alias
appellatio ſit deſerta. Et infra v. alios dies, debeant coram eo omnia acta produci,
& infra v. alios dies debeat pronunciaſſe; alias inſtantia pereat, & ſententia Capita
nei firma maneat. Et ipſe Senator teneatur partibus ad expenſas, damna, & inte
Supra c. 89. & l. 4. c. 12. & lib. 5. c. 41. reſſe; Conſultor verò, ſi Romæ fuerit, poſt acceptationem, debeat infra x. dies con
ſilium tradidiſſe, ad pœnam C. ducatorum, ab eo irremiſſibiliter exigendorum,
& applicandorum pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate Parti. Si ve
rò extra Vrbem eligetur Conſultor; debeat dari dilatio ſecundum loci diſtantiam
Senatoris arbitrio. Et hęc tempora electionis, & expectationis Conſultoris, non cõ
putentur in inſtantia. Et ſi ex defectu Conſultoris, infra dictum tempus conſilium
non fuerit habitum; alius deputentur, ſub eiſdem pœnis, & terminis; quæ tempo
ra, vt dictum eſt, in inſtantia non computentur.

*De eodem.* Cap. 168.

A ſententiis latis per iudices electos, ſeu eligendos ad ſindicandum Senatorem,
Iudices, & alios officiales eius, ſeu DD. Conſeruatores, & alios officiales
quoſcunq;; nulla recipiatur appellatio, ad pœnam L. lib. prouiſinorum, Cameræ
Vrbis applicandarum.

*De eodem.* Cap. 169.

A ſententiis arbitrorum, appellari non poſſit; ſed ſi fuerit nulla, poſſit agi de nul
litate, infra x. dies, à die lati arbitrii numerandos, coram iudice appellationũ;
coram quo oblata petitione, infra dictos x. dies; debeat doceri de nullitate infra v.
dies vtiles, à die dictæ petitionis computandos; quibus elapſis, prima ſententia arbi
tri firma maneat & damnum parti læſæ reſarciat, & xxv. lib. prouiſi. pro pœna,
Cameræ ſoluat, de ſuo ſalario per Camerarium retinendas.

De eodem.



*De eodem.* Cap. 170.

A ſententia arbitrorum, nõ poſſit appellari; ſed à die lati arbitramenti, poſſit in
fra x. dies, peti coram iudice appellationis, reductio ad arbitrium boni viri,
& ſuper ea debeat petitio deſignari, infra terminũ ſupradictum; quibus elapſis, de
beat petitor probare de iniquitate, & enormi læſione, infra alios v. dies vtiles, ex
tunc in antea numerandos; quibus elapſis, Iudex allegationibus Partium auditis,
cauſam decidat infra xv. dies vtiles, à tempore petitionis inantea numerandos.
Aliàs; primum arbitrium firmum remaneat, & Iudex parti læſæ damnum reſarciat
& xxv. lib. proui. pro pœna, Cameræ ſoluat, per Camerarium de ſuo ſalario reti-
nendas. Super dictis autem nullitate, & reductione ad arbitrium boni viri, nõ ſit
opus litis conteſtatione, & aliis ſolẽnitatibus iuris, ſed ſolius veritatis inſpectione.

*De executione ſententiæ.* Cap. 171.

IN ſententiis, à quibus fuerit appellatum, aut in laudis, à quibus eſſet petita re Supra c. 92.
ductio; ſi fuerit prima ſententia ſiue laudum confirmatum; iudex appel-
lationum, poſſit ſuam ſententiam exequi: multo magis ſi primam reuocabit,
aut reformabit.

*De officijs Capitanei appellationum, & eius Notariorum.* Cap. 172.

IN Alma Vrbe ſit, & eſſe debeat vnus iudex appellationum, tantùm; qui ſit legũ
Doctor, & de ſuo doctoratu fidem faciat per publicum inſtrumentum; qui de-
beat eſſe extra diſtrictum, & iuriſdictionem Vrbis, per lx. mil. ad minus, & de alia
Ciuitate, & comitatu, q̃ ſit Senator; nec ſit conſanguineus, nec affinis Senato-
ris. Et eius officium duret tantummodo per ſex menſes, à die, quo fuerit ingreſſus
ad ipſius officii exercitium, numerãdos. Qui ſecum debeat ducere, & tenere vnũ
familiarem, ſiue domicellum, vnũ famulum, & duos, equos valoris xxv. flor. au
ri, pro quolibet, ad minus, æſtimandos ſecunda, vel tertia die ſui ingreſſus. Et co
gnoſcat de cauſis nullitatum, & de omnibus appellationibus, criminalibus & ciui
libus, interponẽdis à ſententiis, & grauaminibus; talibus, à quibus reparari nõ poſ
ſit per appellationem à diffinitiua ſententia interponendam; ferendis, vel inferen Supra c. 164.
dis per Senatorem, & eius iudices, vel quoſcunq; alios officiales Vrbis; & de aliis
cauſis, de quibus ſibi in iudicio atribuitur poteſtas per Statutum Vrbis, particulari
ter, vel generaliter. Et ipſas cauſas decidat infra terminum à Statutis Vrbis præfi
xum. Et debeat dictos familiares, vel domicellum, & famulum, & æquos prædi-
ctos, ſuis expenſis, & periculo, retinere continue, toto tẽpore ſui officii reſidẽtes;
quos debeat exhibere, & monſtram facere quolibet menſe ſemel, ad requiſitionẽ
DD. Conſeruatorum Cameræ Vrbis, ad pœnam x. lib. proui. vice qualibet,
qua contrafecerit. Et habeat à Camera Vrbis, pro ſuo ſalario, quolibet menſe
ducatos xl. & nihil vltra petere poſſit à Camera prædicta. Et finito officio, iudex
prædictus debeat cum omnibus familiaribus, & equis, ſtare ad ſindicatum ſex die
rum tantùm; percepturus ſalarium ſingulis duobus menſibus, pro rata duntaxat.
Tertia autem pagha vltimorum duorum menſium, per Camerarium debeat deti
neri, quouſq; fuerit cum ſua familia ſindicatus. Ad banchum autem dicti iudicis, ad
eſſe, & ſedere debeant duo Notarii Romani, legales, & experti, imbuſſulandi, &
ad fortunam extrahendi. Quibus Notariis, dictus iudex nõ teneatur aliquid ſolue
re, vel præſtare, pro ſalario, vel expenſis. Debeat tamẽ quilibet dictorum Notario
rum, ſuis emolumentis Notariatus, eſſe cõtentus. Et officium dictorum Notariorũ
ſit in ſolidum. Et equi prædicti, bullari, & mercari debeant merco dictæ Cameræ,
infra terminum trium dierum, à die aſcẽſus dicti iudicis. Et dicti Notarii recipere



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

debeant, & habere pro qualibet aſſignatione actorum, ſex d. narios, & non vltra;
pro relatione cuiuslibet citationis, denarios duodecim; pro qualibet ſignificatione
ſol. duos, & non vltra.

¶ *De eodem.* Cap. 173.

AD officium iudicis appellationum, ſpectat, de cauſis appellationum, nullita
tum, & iniquitatum quarumcunq; ſentẽtiarum, arbitriorum, ſiue arbitramẽ
torum, cognoſcere; & quærelas, & appellationes, quæ repræſentantur coram eo;
clara luce proſpicere, quatenus ſint recipiendę; & ſi ab interlocutoria, & in Vrbe;
parte citata; aliàs, ſtatim notificare, & inhibere iudici, a cuius ſententia, ſiue gra
uamine extitit appellatũ, ſiue quęrelatum, ne contra appellantem, & eius bona
aliquid innouet, vel attemptet, ad pœnam C. lib. proui. à Senatore auferendarũ,
poſt notificationem, & inhibitionem factam ſibi. Et inde, acta, & proceſſum pri
mæ cauſę, recipiat; & proſpiciat, vtrum debito tempore fuerit appellatum, vel quę
relatum. Et ſi viderit, ꝙ infra tempus à Statuto præfixum, non fuerit appellatum,
ſeu quęrelatum, ſeu quęrelatio præſentata; interloquendo pronunciet, appellatio
nem, vel quęrelam non eſſe recipiendam. Si veró facta fuerit debito tẽpore appel
latio, repræſentatio, quęrelatio, & proſecutio dictæ cauſæ; pronunciet, bene, vel
male iudicatum, ſeu quęrelatum, prout ex actis viderit cõuenire. Vbi verò cogno
uerit primam ſententiam condemnatoriã infirmandam; pronunciet, bene appel
latum, & male iudicatum, & partem appellantem abſoluat. Et ſi viderit, primam
ſententiam abſolutoriam infirmari debere, pronunciet, bene appellatum, & male
iudicatum, & partem, quæ fuit abſoluta, condemnet. Poſſit, & debeat etiam, ſi
opus fuerit, in parte infirmare, & in parte confirmare, ſicut per diuerſa capitu-
la ſententiæ, viderit expedire. Poſſit etiam, primam ſententiam reformare, adden
do, corrigendo, minuendo, modificando. Poſſit etiam, ſi viderit primam ſenten
tiam fore nullam, pronũciare, ſuperuacuò appellatum, & cauſam inijcere Quia ſẽ
tentia erat nulla. Et ſi de eius nullitate appareret euidenter; tunc ipſemet iudex
appellationum, ea declarata nulla, iteratò pronunciet ſuper appellatione præfata
& intelligatur, totam cauſam eſſe deuolutam ad dictum iudicem; ita ꝙ totam cau
ſam poſſit, & debeat reaſſumere, vigore appellationis interpoſitæ; & eam termi-
nare infra tempus à Statuto præfixum. Si verò dictus iudex cauſam appellationis
non terminaſſet infra tempus à Statuto præfixum; pœnam L. lib. proui. incurrat
de eius ſalario, tempore eius ſindicatus, retinendarum.

¶ *De eodem.* Cap. 174.

SI vacante dicti Iudicis appellationum officio, aliquas appellationes, vel quęre
las interponi contingat; teneatur appellans, ſuam appellationem, vel quęrelam
repræſentare infra tẽpus, à Statuto præfixum ad ipſam repreſentandum, in Came
ra Vrbis; de qua Notarius Cameræ, per ſuam ſcripturam, fidem facere teneatur.
Et interim dicta vacatione durante, non currat terminus appellanti, & quęrelanti
quouſq; nouus Iudex appellationum ingreſſus fuerit ad ſuum officium exercendũ;
& ad diẽ, quo dictũ officium iurauerit, & incæperit exercere. Poſt quam repręſen
tationem, contra quęrelantem, vel appellantem, nihil innouetur; ad pœnam con
tentam in Capitulo proxime præcedenti, ſi prędicta notificatio intimata fuerit per
Notarium cauſæ ſupradictæ.

¶ *De iuramento Iudicis appellationis.* Cap. 175.

IVdex appellationis, iuret in præſentia Conſeruatorum, officium ſibi commiſſum
exercere legaliter, ſollicite, & bona fide; remotis odiis, prece, præcio, & omni



munere; & cauſas, quæ coram eo agitabuntur, infra tempora expedire à Statuto
præfixa; et ſingulis diebus iuridicis, & horis debitis, ad bãchum ſedere; & Statu
ta tenaciter obſeruare, & iuſticiam vnicuiq; reddere, ſub pœnis in Statutis fa-
ctis, & fiendis, contentis.

¶ *De appellationibus ſubditorum, Caſtrorum, & Terrarum.* Cap. 176.

APpellationes, per ſubditos officio Conſeruatorum, ab eorum iudicibus, aut
ſuperioribus officialibus interponendæ; ad ipſos Conſeruatores, aut ad Ca
pitaneum appellationum, aut ad vtroſq; interponi debeant; ad quos cauſæ de-
uoluuntur; & ſic quiſq; ipſorum, aut ſimul cognoſcat, prout fuerit appellatum,
aut facta proſecutio, electo eorum altero, aut vtriſq;, conſeruato ordine, prout
in inſtantiis iudicis appellationum aliis eſt ſtatutum.

¶ Ab executionibus facti capturis etcætera. Vide ſupra eodem libro.

¶ Explicit Liber primus Statutorum Ciuilium Almæ Vrbis.

F I N I S.

## Incipit Tabula rubricarum, ſiue capitulorum primi Libri Statutorum Ciuilium Almæ Vrbis.

De ſumma Trinitate — Cap. 1.
Quòd Senator diffidet hæreticos — cap. 2.
De Senatore, quomodo debeat eſſe — cap. 3.
De eodem — cap. 4.
De eodem, & eius familia — cap. 5.
De iuramento Senatoris — cap. 6.
De defenſione pauperum, & minorum — cap. 7.
De iuramento iudicum Collateralium, & iudicis appellationum — cap. 8.
De iuramento iudicum, & notariorum maleficiorum — cap. 9.
Quòd Senator, & iudices Capitolii, ius reddant — cap. 10.
De officio Collateralium Senatoris — cap. 11.
De officio iudicis Cameræ — cap. 12.
De officio ſexti iudicis — cap. 13.
De officio iudicis maleficiorum. — cap. 14.
De eodem — cap. 15.
De officio Mareſcallorum — cap. 16.
De officio Prothonotarii, & eius ſalario — cap. 17.
De deliberatione Aſſettamenti — cap. 18.
De eodem — cap. 19.
Quòd Senator non audeat petere liberum arbitrium — cap. 20.
Quòd Senator ſtet ad ſindicatum — cap. 21.
De ſindicis Senatoris, & iudicum — cap. 22.
De iudice aſſeſſore, qui ſindicat Senatorem, & iudicem appellationum — cap. 23.
De vacatione officii Senatus — cap. 24.
De ſalario, & familia Conſeruatorum, officium Senatus exercẽtium — cap. 25.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

De iuramento Mandatariorum cap.26.
Quòd nullus Romanus poſſit habere officium in Curia Senatoris cap.27.
Quòd, nullus infra duos annos, aligatur ad vnũ & idẽ officiũ, niſi ſemel cap.28.
De officio Conſeruatorum Cameræ Vrbis cap.29.
De mandatis, & pœnis imponendis per Conſeruatores cap.30.
De deliberatione facta per Conſeruatores cap.31.
Quód Camerarius Cam. Vrbis, ſoluat pecuniã Cam. ꝑ apodiſsã cõſeruat. cap.32.
De portione piſciũ dãda Camerę Vrbis, & Cõſeruatoribus dictę Camerę cap.33.
De officio Super intendentis cap.34.
De officio Capitum regionum cap.35.
De aduocato, & procuratore Cameræ cap.36.
Quòd aduocatus, & procurator Cameræ, non poſſint eſſe aduocati, vel procuratores alicuius perſonæ, durante eorum officio cap.37.
De foro competenti cap.38.
De citationibus fiendis in cauſis ciuilibus cap.39.
De forma citationis ciuilis cap.40.
De citandis edicto Senatus cap.41.
De edicto citatorio cap.42.
De citationibus minorum cap.43.
De tutoribus dandis pupillis cap.44.
Quód poſſint conſanguinei comparere pro abſentibus vltra tres dietas cap.45.
De comparente per procuratorem cap.46.
De reo comparente, & non comparente actore cap.47.
De libellis incertis, & alternatiuis cap.48.
De cauſis, in quibus non requiritur libellus cap.49.
De recuſatione iudicis, & quòd iudex forenſis non habeatur ſuſpectus cap.50.
De bis citatis, licentiatis cap.51.
De cauſis à x. ducatis infra cap.52.
De cauſis à x. ducatis ſupra cap.53.
De conuento actione reali, contumace cap.54.
De conuento actione perſonali, contumace cap.55.
De reconuentione cap.56.
De litis conteſtatione fienda partibus præſentibus cap.57.
De iuramento calumniæ cap.58.
Quando exhibeantur poſitiones cap.59.
De teſtibus nõ recipiendis, nec cogẽdis, ad perhibendũ teſtimonium cap.60.
Quòd nullus repellatur à teſtimonio cap.61.
Quòd teſtes examinantur ſuper quolibet articulo cap.62.
De contumace in reſpondendo poſitionibus cap.63.
De negantibus filiationem cap.64.
Quòd maiores xx. annis, pro maioribus habeantur cap.65.
De in integrum reſtitutione petita cap.66.
De eodem cap.67. De reſtitutione Cameræ cap.68.
De teſtibus examinandis, & eorum dictis, expliciter ſcribendis cap.69.
De fide inſtrumentorum exemplatorum cap.70.
De allegato ſuſpecto inſtrumento cap.71.
De inſtrumento cancellando per notarium cap.72.
De inſtrumentis, & cautionibus non valituris cap.73.
De ſimulatione contractuum cap.74.
De executione inſtrumentorum cap.75.



De executione apocharum cap. 76.
De iure dotis, & donationis propter nuptias cap. 77.
De alimentis, & mala tractatione maritorum cap. 78.
De executione inſtrumentorum dotaliũ, & donationũ propter nuptias cap. 79.
De inſtrumentis ſcriptis per notarium diffidatum, valituris cap. 80.
De teſtamentis executioni mandandis cap. 81.
De ſuccedentibus ex teſtamento cap. 82.
De relictis laycorum, factis ſpuriis, ſeu baſtardis cap. 83.
De legitimatis cap. 84.
De ſucceſſoribus ab inteſtato cap. 85.
De executoribus teſtamentorum cap. 86.
De eodem cap. 87.
Quód Senator reducat, & defendat in poſſeſſione, hęredes defunctorũ cap. 88.
De officio conſultoris, & quibus cauſis conſilium exigatur cap. 89.
Quòd iudices conferant cum aliis iudicibus, de dubiis, & punctis cap. 90.
De executione ſententiæ cap. 91.
De eodem cap. 92.
De eodem cap. 93.
De perſonis inueſtitis, defendendis per Senatorem cap. 94.
De eodem cap. 95.
Quòd Senator defendat quemlibet in poſſeſſione ſua cap. 96.
De eodem cap. 97.
De expenſis reficiendis cap. 98.
De feriis cap. 99.
De ſuſpectis, & fugitiuis cap. 100.
De creditoribus negligentibus in petendo debitum cap. 101.
De eiſdem habentibus apodiſſas contra aliquos mortuos cap. 102.
Quòd fideiuſſor conuentus, nõ poſſit allegare beneficium nouæ conſtitutionis, & de conuento pro re mobili cap. 103.
De eodem cap. 104. De eodem cap. 105.
De eodem cap. 106.
De obligantibus bona ſua pro dote alicuius mulieris cap. 107.
De pignoribus, & hipotecis venalibus, vendendis cap. 108.
De emptione, & venditione cap. 109.
De vendentibus poſſeſſiones propter vim eis illatam cap. 110.
De venditionibus conſortium cap. 111.
Quòd venditor cogatur facere, vt emptor libere poſſideat cap. 112.
De venditionibus, & alienationibns factis à fallitis, vxoribus eorum cap. 113.
De venditione facta à malefactore, vel accuſato cap. 114.
De uenditoribus ceſſantibus tradere poſſeſſionem rei uenditæ cap. 115.
Quòd nullus cogatur emere ſal, neq; alia bona Cameræ cap. 116.
De redemptoribus litium alienarum cap. 117.
De uẽditione rei dotalis, uel ꝓ dote obligatę, ꝑ uirũ ſine cõſenſu uxoris. cap. 118.
Q. ẽmẽs bona Cam. debeat ꝑ officiales Vrbis, in poſſeſſionẽ illorũ defẽdi. cap. 119.
De macellariis cogendis ad ſoluendum cap. 120.
Quòd Senator reducat emptorem in poſſeſſionem cap. 121.
De arris cap. 122.
De locatitiis rebus, obligandis pro dote cap. 123.
Quòd conductor, ſeu emphiteota poſſit alteri in emphiteoſim locare cap. 124.
De eodem cap. 125.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

De maſſariis ponendis ſuper deſertione vinearum cap.126.
Quòd colonus requirat proprietarium tempore vindemiarum cap.127.
De feudis cap.128.
De negligente petere penſionem cap.129.
De eodem cap.130.
De defendendis per Curiam in locationibus cap.131.
De diuiſionibus cap.132.
De eodem cap.133.
De eodem cap.134.
De conſortibus cap.135.
Quòd diuiſio facta, ſit valida cap.136.
De rebus emphiteoticis diuidendis cap.137.
De apparatu non faciendo contra debitas ſeruitutes cap.138.
De habentibus parietem communem cap.139.
Qui poſſint petere diuiſionem cap.140.
De noui operis nunciatione cap.141.
De ædificantibus in poſſeſſionibus ſuis cap.142.
De repreſaliis cap.143.
De eodem cap.144.
De eodē, ꝓ ciuib⁹ Romanis miſſis ad regimē alicuius Terrę, & iniuriatis. cap.145.
De habentibus repreſalias contra commune Vrbis cap.146.
In quibus diebus non poſſint vti repreſaliæ cap.147.
De mercatoribus, & campſoribus fallitis, capiendis per Senatorem cap.148.
De quęſtionibus inter dominum, & vaſſallum cap.149.
De Baronibus non intrantibus in Capitolium cap.150.
De debitoribus plures creditores habentibus cap.151.
De eodem cap.151.
De creditoribus paciſcentibus cum vno debitore cap.152.
De litigātibus cū iudice, vel notario, petētibus aduocatos, & ꝓcuratores. cap.153.
De aduocatis, & procuratoribus renunciantibus artem ſuam cap.154.
De ciuibus intelligendis pro Romanis cap.155.
cap.156.
Statuta concernentia Capitaneum appellationis
De Iudice appellationis, & eius cauſis
De eodem cap.157.
De appellationibus cap.158.
De eodem cap.159.
Infra quantum tempus appelletur cap.160.
De tempore appellationis cap.161.
Quòd cauſa appellationis non poſſit per nouos teſtes iuſtificari cap.162.
De eodem cap.163.
De diffidatis de contumacia, appellantibus, non reaffidandis cap.164.
De appellationibus non recipiendis cap.165.
De eodem cap.166.
De eodem cap.167. De eodem cap.168.
De eodem cap.169. De eodem
De executione ſententiæ cap.170.
De officiis Capitanei appellationum, & eius notariorum cap.171.
De eodem cap.172.
De eodem cap.173.
De iuramento iudicis appellationis cap.174.
De appellationibus ſubditorum, Caſtrorum, & Terrarum cap.175.
cap.176.

F I N I S.



# INCIPIT LIBER SECVNDVS,

## STATVTORVM VIDELICET CRIMINALIVM.

### DE HIIS QVI AD ACCVSANDVM ADMITTVNTVR.

Cap. 1.

ADMITTANTES ordinamentum factum per D. Simeonem de Sagnino, olim Senatorem almæ Vrbis; Statuimus, ꝙ nullus accuſare, vel denūciare poſſit aliquem de aliquibus criminibus, exceſſibus, vel delictis; niſi ſuam, vel ſuorum, vſq; ad tertium gradum incluſiuè, perſequatur iniuriam, Exceptis caſibus infraſcriptis, videlicet homicidio incendio, falſitate, robbaria, aſſallimento de nocte, & battalia generali; in quibus caſibus, cuilibet ſit licitum accuſare.

*De modo, & ordine accuſandi.* Cap. 2.

VT maleficia non remaneant impunita, & cauſæ criminales, cauilloſè & fraudulenter non tractentur, & in longum non producantur, in damnum & præiudicium Romanorum, & ſubditorum ſuorum; Statutum, & ordinatum eſt, ꝙ in criminalibus cauſis tractandis, & ventilandis in Curia Capitolii coram D. Senatore, ſeu iudice maleficiorum; procedatur hoc ordine, & talis ordo ſeruetur; videlicet, ꝙ accuſans, vel accuſare intendens aliquem de aliquo maleficio, crimine, vel delicto; debeat accuſationem ſuam dare in ſcriptis; & ſine aliqua inſcriptione, iuret coram iudice, ſe credere, accuſationem eſſe veram, & non calumnioſam. Et in ipſa accuſatione reddat in ſcriptis nomina teſtium, vſq; ad decem, ad plus; vel ab inde infra, ſed non vltra; per quos accuſator credit probare; & poſtea alios teſtes producere non poſſit. Iudex tamen maleficiorum, ex ſuo officio, poſſit alios teſtes examinare ſuper accuſatione, & contentis in ea, etiam poſt publicationem; vt maleficia per colluſionem, vel aliter, non occultentur. Et debeat accuſator, ſi vult audiri ſuper accuſatione eius, mittere edicta oportuna, & tempore debito, pro expeditione proceſſus, ſuper cauſa fienda; aut pecuniam pro dictis edictis mittendis, deponere penes notarium cauſæ; qui edicta pro expediendo proceſſu mittenda, ꝓcuret ea die, qua pecunia depoſita fuerit, mittere, vel ſequenti. Et quod additum eſt de edictis mittendis, vel pecunia deponenda; locum habeat in accuſationibus fiendis contra habitantes extra Vrbem, in diſtrictu Vrbis, tam ſpeciales perſonas, q̃ Communitates Terrarum quarumcunq;, Ciuitatum, Caſtrorum, & Villarum Vrbis, & diſtrictus Vrbis; ſuper quibus iudex maleficiorum procedat, & procedere debeat contra accuſatum, ſecundum formam Statutorum Vrbis.

*De citandis Reis, & modo procedendi in criminalibus.* Cap. 3.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ accuſati, vel inquiſiti, habitantes in Vrbe, vel extra Vrbem infra tria milliaria; citentur hoc ordine; videlicet, ꝙ accuſatus vel inquiſitus, ter fodiatur, diuerſis diebus, ꝙ veniat coram iudice maleficiorum, ad reſpondendum accuſationi vel inquiſitioni, contra eum exhibitæ, vel formatæ. Et ipſo, infra terminum dictarum trium foſſiuarum, non comparente; proxima ſequēti die Sabbati, diffidetur de contumacia, vel alia die qua fieret forum publicum, loco dicti Sabbati. Poſt quam diffidationem, citetur ad confeſſionem pro prima die Sabbati, qua publicè forum fieret, vel alio die, quo forum fieret loco diei Sabbati

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

diffidationes legerentur ; infra quem terminum poſsit comparere ; alioquin, diffi-
detur dicto die de confeſſo , & pro confeſſo habeatur de omnibus in accuſatione
vel inquiſitione contentis . Et ſi Senator, vel iudex maleficiorum, fuerit negligens
in faciendo diffidationes prædicts dictisa diebus, vt dictum eſt, ꝙ ipſe D. Senator,
vice qualibet, pœna centum librarum prouiſinorum puniatur . Iudex verò in præ
dictis negligens, pœna xxv. librarum prouiſinorum, puniatur . Et nihilominus die
Sabbati, vel alio die, quo publice forum fieret, ſub dicta pœna ad diffidationes prę
dictas procedat, abſq; aliqua alia citatione . Habitantes autem extra Vrbem, & in
diſtrictu Vrbis vltra tria milliaria de Vrbe ; citentur edicto Senatus ; in quo conti
neatur nomen accuſati, vel inquiſiti, & accuſatoris, & delictum ſeu maleficium de
quo proceditur . Et in ipſo edicto , accuſato vel inquiſito aſſignetur terminus triũ
dierum, à die citationis, ad comparendum, & reſpondendum accuſæ, vel inquiſitio
ni ; poſt quem terminum , contra ſic citatum , ſi contumax fuerit , procedatur die
Sabbati , poſt relationem habitam , ad diffidationem de contumacia , vt ſuperius
de habitantibus in Vrbe, dictum eſt . Poſt quam diffidationem, iterum citetur edi
cto Senatus, in quo quinq; dierum terminus aſſignetur, à die citationis numeran-
dorum, ad comparendum, & ſe excuſandum ; quo termino elapſo, ſi cõtumax fue
rit, pro confeſſo habeatur, & de confeſſo diffidetur Sequenti die Sabbati, poſt rela
tionem, vel alio die fori, loco dicti Sabbati, vt ſuperius de habitantibus in Vrbe di
ctum eſt, ad pœnam prædictam . Forenſes verò, & quicunq; habitatores extra vr-
bem, & eius diſtrictum, qui tam ratione delicti , q̃ ratione domicilii ſortiuntur fo
rum vrbis, citentur edicto Senatus vnico, in forma ſupra ſcripta ; in quo aſſignetur
terminus citato, xx. dierum, à die citationis, ad comparendum, & reſpondendum
accuſationi vel inquiſitioni, contra eum exhibitę vel formatę ; infra quem terminũ
ſi non comparuerit; cõtra ſic citatum, proxima die Sabbati poſt relationẽ, vel alio
die, quo, loco dicti diei Sabbati, forum publicum erit, procedatur ad diffidationem
de confeſſo ; & pro confeſſo habeatur, de omnibus contentis in inquiſitione vel ac
cuſa, contra eum exhibita, vel formata , abſq; alia diffidatione de contumacia , ad
pœnam prædictam . Et ſi dicto proximo die Sabbati , vel alio die quo forum publi
cum Fieri deberet, nõ fieret forom, vt ſupra dictum eſt; nihilominus poſſit & tenea
tur Senator alio die Sabbati , ſeu quo forum fieret , vt ſupra dictum eſt , ad dictam
diffidationem procedere .

¶ *Qualiter procedatur ſuper accuſationibus, & inquiſitionibus.* Cap. 4.

ITem, ſtatuimus & ordinamus , ꝙ reo accuſato vel inquiſito comparente , faciat
ipſum iudex reſpondere accuſæ vel inquiſitioni, ſacramento prẹſtito, & fideiuſ-
ſionibus in Camera datis; vel ipſum in Cancellaria poni facere, & recommendare
ſi accuſatus, vel inquiſitus fuerit de maleficio, ex quo ſit pœna imponenda corpora
lis, vel perſonalis . Poſtea verò per dictum iudicem maleficiorum , procedatur ad
examinationem teſtium, & ad faciendum ea , quæ fieri debent in cauſis & proceſſi
bus criminalibus , ſecundum formam Statutorum . Quæ eauſæ criminales, auditis
allegationibus Partium, terminentur & terminari & finiri debeant per ſententiã,
infra xxx . dies continuos , à die reſponſionis factæ per reum accuſatum vel inquiſi
tum, numerandos; ſub pœna & ad pœnam L. lib. prouiſinorum Senatus , Senato
ri; & xxv. lib. iudici maleficiorum ſeu iudicibus , qui per tempora erunt , auferen
darum & retinendarum eiſdem , de ſalario eorum , per Camerarium Cameræ Vr
bis . Et ſi contingat ꝙ dictæ cauſæ criminales non terminentur nec diffiniantur in
fra dictum tempus, vt dictum eſt; nihilominus terminentur , & terminari poſſint &
debeant infra decem dies immediate ſequentes ; infra quos decem dies, ſi, vt dictũ
eſt, nõ terminauerit; incidat Senator in pœnam ccccc . librarum ; iudex centum li



brarum prouiſinorum , Cameræ applicandarum . Et nihilominus inſtantia cauſæ
ſalua remaneat , nec pereat . Et Senator teneatur , & ſucceſſores eius teneantur
poſt dictos decem dies, cauſam terminare, vt ſupra dictum eſt , ad pœnam mille li
brarum prouiſinorum, pro quolibet Senatore, & trecentarum, iudici ſeu iudicibus
maleficiorum , applicandis Cameræ vrbis . Si verò reus accuſatus vel inquiſitus ,
foſſus vel citatus edicto Senatus, ſecundum formam Statutorum, non comparue-
rit, ſed contumax fuerit; tunc procedatur ad diffidationem de contumacia, & cõ
feſſo, contra ipſum reum accuſatum vel inquiſitum, ſecũdum formam Statutorũ .
Et hæc omnia, quantum ad contumacem, ſeu quæ de contumace dicta ſunt, fiant
& fieri debeant infra xl. dies, continuè à die porrectæ accuſæ, vel formatæ inquiſi-
tionis , numerandos , ſub pœna quinquaginta lib. Senatori, & xxv. lib. iudicibus
maleficiorum, qui per tempora erunt, eiſdem auferendarum de ſuo ſalario, per Ca
merarium Cameræ Vrbis . In caſu verò vbi talis accuſatus vel inquiſitus habitaret
extra diſtrictũ Vrbis; tunc prædicta fiant & fieri debeant infra duos menſes , à die
porrectæ accuſationis, vel inquiſitionis formatæ, numerandos, ad pœnam prædi-
ctam . Additum & declaratum eſt , ꝙ in omnibus cauſis ciuilibus & criminalibus ,
quibus imponitur & taxatur terminus, & meta iudici, vel cauſæ, ad cauſæ deciſio-
nem ; non pereat cauſa nec inſtantia, niſi in illis caſibus duntaxat, in quibus ꝙ inſtã
tia pereat, ſpecialiter eſt expreſſum . Et declaratio locum habeat in præteritis , prę
ſentibus, & futuris . Additum eſt huic Capitulo, ꝙ nullus accuſationem inſtitutam
renunciare poſſit , ſeu abolitionem petere de ea, ſaluo , q̃ in caſibus infraſcriptis , Infra c. 58.
Scilicet de verbis iniurioſis , de damno dato , de contemptu mandati , & turbata
poſſeſſione, & in accuſatione molendinorum occaſione maturationis, inueſtimen
to fracto, Et vbi de adulterio accuſaretur vxor per virum, quo ad vxorem tantùm.

¶ *De inquiſitionibus, & in quibus caſibus formari poſſint.* Cap. 5.

NVlla inquiſitio poſſit fieri per D. Senatorem, & eius iudices maleficiorum, de
aliquo crimine, exceſſu, vel delicto, niſi in caſibus infra ſcriptis; videlicet de Lib. 4. c. 13.
homicidio, incendio , falſitate quorumcunq; inſtrumentorum , quarumcunq; mo
netarum, furto , robbaria ; exfornamento , ſiue violentia mulierum , libidinis cau
ſa ; aſſallimento de nocte, battalia generali, rixa , ſecuritate fracta , ſi frangeretur
cum ſanguinis effuſione cum aliquo genere armorum, vel oſſis fractione; Et de prę
ſtantibus auxilium, conſilium, & fauorem ex propoſito , ad committendum homi
cidium, à principio, & medio, vſq; ad finem dicti homicidij. Item , de percuſſioni
bus cum ſanguinis effuſione, vel fractura cranei, contra percuſſorẽ tantúm, & aliis
caſibus, in quibus per Statutum particulariter permittitur vel mandatur inquiri .
Item, de exceſſibus commiſſis in Curia Capitolii , Item , de exceſſibus commiſſis à
pede Turris Mercati ſupra, in plano Capitolii, in platea Sanctæ Mariæ de Aracæli,
a Sancto Sergio & Baccho, & à pede viæ Fauetoſtæ ſupra, verſus Capitoliũ; & hoc,
in habitantibus in dictis locis, inter ſe, non vendicet ſibi locum , Item, de commiſ
ſis in ludo Teſtaciæ, & Agonis, vel in rixa & percuſſionibus ibi factis , Item, Si D .
Senator vel Conſeruatores Cameræ Vrbis, vel Mareſcalli, ſeu alter prædictorum,
irent per Vrbem , & in eorum vel alterius ipſorum præſentia vel conſpectu fuerit
commiſſus exceſſus , Item , ſi exceſſus fuerit commiſſus in exercitu Romanorum ,
& intra eccleſias Vrbis, dum tamen anteq̃ fiat inquiſitio uel formetur, habeatur de
delicto vel maleficio ſufficiens informatio, per teſtium receptionem & probationẽ
de qua apparere debeat in actis Curiæ Capitolii ; & dummodo de hoc prius deli
beratio fiat per D . Senatorem & eius Affectamentum , ſeu maiorem partẽ iudicũ
eius , De qua deliberatione conſtare debeat per ſcripturam factam manu Protho
notarii ; Et aliter vel alio modo inquiſitio formata, non valeat nec teneat, dummo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА



do de dicta deliberatione non facta vel non ſcripta, opponatur & obiiciatur ante ſententiam ferendam in cauſa principali, Ita ꝙ poſtea in appellationis vel nullitatis cauſa opponi non poſſit, niſi in cauſa principali, ante latam ſententiam, vt ſupra dictum eſt, oppoſitum eſſet. Et ꝙ iudex & notarius actorum & cauſæ, teneantur recipere in actis dictam exceptionem, ſi oppoſitum fuerit, vt dictum eſt, ad pœnã decem librarum prouiſinorum; & proceſſus ſuper eo factus, non valeat, & nullius ſit momenti. De Vrbis autem iniurioſis, nullo modo fiat inquiſitio. In prædictis autem caſibus, & aliis in quibus poteſt inquiri; non tollatur alia via per extraordinariam; ſed poſſit iudex inquirere ſemel & diuiſim, prout ſibi videbitur; & in ſententia eligere viam quam voluerit. Vbi per inquiſitionem procedatur, poſſit & teneatur (niſi fieri non deberet) fieri etiam condemnatio parti leſæ; & iudices & notarii maleficiorum Curiæ Capitolii, ad maleficia deputati, qui pro tempore fuerint, teneantur & debeãt ponere & ſcribere, poni facere & ſcribi in libris inquiſitionum, extenſo modo, teſtes omnes & eorum dicta & atteſtationes qui examinabuntur, in inueſtigatione & informatione de delicto & exceſſibus, ante iſtam inquiſitioné, in foliis proximè præcedentibus prædictam inquiſitionem; & etiam deliberationé Affettamenti, qua deliberatum fuerit ꝙ procedatur per inquiſitionem contra aliquem ſeu aliquos. Et etiam manu eius Prothonotarii, appareat deliberatio prædicta; ad pœnam xxv. lib. proui. pro quolibet & qualibet vice, de ſuo ſalario perſoluendarum dictæ Cameræ, tempore ſui ſindicatus; & pro qualibet inquiſitione de omnibus exceſſibus, maleficiis, & delictis, commiſſis & committendis per magnates & potentes, qui preſtant vel ſoliti ſunt præſtare ſequimenta, & per naturales ſeu ſpurios ſeu baſtardos eorum; poſſit & debeat inquiri per Senatorem & eius iudicé maleficiorum; qui pro ſingulis exceſſibus puniantur in quadruplũ eius quod ſolueret pedes, ſi talem commiſiſſet exceſſum; ſaluis tamé Statutis particularibus, quæ eis pro certis exceſſibus ſpeciales pœnas imponunt. Et ſi in procedendo ſuper prædictis, dicti Senator & iudex fuerint negligentes; Senator centum lib. prouiſi. Iudex verò, vigintiquinq; lib. prouiſinorum, Cameræ ſoluant.

Infra c. 58. & in Alex. lib. 4. c. 13.

*De retinendis reis per Curiam Capitolii.* Cap. 6.

RETineri per Curiam Capitolii nemo poſſit, ſi ille qui dicitur maleficium cõmiſiſſe, pro quo Curia eum retinere poſſit, eſſet in pecunia condemnandus; dummodo fideiuſſiones idoneas dare ſit cum effectu paratus. Lata tamé ſentétia, poſſit perſonaliter detineri condemnatus, & nihilominus fideiuſſores eius teneantur, donec condemnatio ſit ſoluta. Si autem ſit accuſatus vel inquiſitus de maleficio, pro quo probato, in perſona puniri debeat vel poſſit, ſiue per arbitrium, ſiue per Statutum; fideiuſſores non recipiantur, ſed detineatur accuſatus vel inquiſitus vt, lata ſententia, contra eum executioni mandetur. Si verò in defectu ſolutionis pœnę pecuniariæ, imponeretur pœna perſonalis, vel pena perſonalis redimi poſſit per pecuniæ ſolutionem; tunc talis inquiſitus vel accuſatus detineatur in Cancellaria, niſi pecuniam vel ſufficientia pignora depoſuerit in Camera Vrbis, penes Camerarium dictæ Cameræ, pro pęna, pro Camera, & pro parte quę veniret in condemnatione vel abſolutione.

*De reſponſione & defenſione reorum.* Cap. 7.

Lib. 4. c. 29. in Alexandr.

REus accuſatus vel inquiſitus de quocunq; crimine, debeat per ſe ipſum perſonaliter repreſentare & reſpondere, confitendo vel negando malum de quo inquiritur vel excuſatur, ſi ex crimine veniat pœna perſonalis imponenda, principaliter, vel in defectum non ſolutionis. Si verò ex crimine veniat pœna pecuniaria imponenda; teneatur Senator & eius iudices admittere procuratorem habentem



ſpeciale mandatum ad ſic reſpondendum; dummodo caueatur idonee, de condemnatione ſoluenda. In aliis autem actibus iudiciorum criminalium, admittatur procurator, ad omnia, quæ pro defenſione eorum, fuerint oportuna. Accuſato autem & inquiſito Romano, poſt reſponſionem ipſius, detur ſex dierum terminus; diſtrictuali autem, xii. dierum, ad ſuam defenſionem faciendum. Et ſi accuſatus vel inquiſitus, dubitans de aliis diffidationibus & exceſſibus, petierit ſecuritaté; detur ſibi ſecuritas de omnibus aliis exceſſibus, præterquam de illis de quibus proceditur contra eum.

*Qualiter procedatur contra mulierem accuſatam uel inquiſitam.* Cap. 8.

MVlier accuſata vel inquiſita de leuibus criminibus, Aut vadat perſonaliter ad reſpondendum, ad eccleſiam Sanctæ Mariæ de Aracæli, Aut ſi noluerit, Notarius maleficiorum vadat ad domum eius, ad recipiendum reſponſionem; pro quo viatico, duos ſolidos duntaxat recipiat. Pro grauioribus autem delictis, ad dictam eccleſiam teneatur ire, & ante vel extra dictam eccleſiam reſpondere accuſationi contra eã factæ. In vtroq; tamen caſu, per idoneos fideiuſſores cauere teneatur, & debeat de condemnatione ſoluẽda, ſi de criminibus de quibus accuſatur vel inquiritur, pœna merè pecuniaria per Statutum veniat imponenda. Si autem capitalis vel corporalis; tũc & in loco infraſcripto fiẽdo; & donec locus factus fuerit, retineatur & recõmendetur in aliquo Monaſterio religioſarum Vrbis; præſtitis tamen fideiuſſoribus, ꝙ de loco Monaſterii non recedat, ſine apodiſſa & ſpeciali licẽtia Senatoris. Et ſi tales fideiuſſores habere non poſſit; procuret cum Abbatiſſa & conuentu dicti Monaſterii, ꝙ promittant eam ſub tali diligentia cuſtodire, carcerãdo vel in compedibus ponendo, ꝙ eam ad mandatum Senatoris valeant reſignare. Et ſi nec hoc facere potuerit, detineatur in præſenti Cancellaria Capitolii, vſq; ad mandatum Senatoris, & ſententiæ calculum, detinenda. Et pro mulieribus fiat locus ſeparatus in Capitolio, de Cancellaria præfata, in qua dictæ mulieres detineantur, de fructu & pecunia Cameræ. Et Conſeruatores qui per tempora erunt, debeant ponere cuſtodes bonos & honeſtos, & idoneos homines, ciues Romanos, ad cuſtodiam dictarum mulierum, cum ſalario condecenti, deputando de pecunia dictæ Cameræ per dictos Conſeruatores.

*Quod filius familias poſſit ſtare in iuditio, ſine patris conſenſu.* Cap. 9.

QVilibet filius familias poſſit ſtare in iudicio, in cauſis criminalibus, abſq; patris conſenſu; & maior etiam xii. annis, abſq; curatoris conſenſu, in iuditio ſtare poſſit. Et geſta cum eis, perinde valeant, ac ſi cum maioribus patribus familias, geſta forent. Infra c. 103.

*De poſitionibus, in criminalibus non faciendis.* Cap. 10.

IN cauſa criminali non recipiantur poſitiones; niſi quando mixtim pro violentia expulſiua vel turbatiua, intentaretur ſimul ciuile & criminale; poſſint tamen in ea fieri capitula ad offenſam & defenſam, quę non expediat ad Partem tranſmitti; Sed copiam Pars (ſi voluerit) de actis recipiat. Super quibus capitulis ad offenſam non poſſint examinari ad petitionem Partis (quantum ad delictum pertinet) niſi teſtes ſuper accuſa poſiti. Quantum ad alia quę principaliter delictum non tangũt; poſſint, etiam ad petitionem Partis, alii teſtes examinari, q̃ ſuper accuſa dati.

*De teſtibus cogendis ad teſtificandum.* Cap. 11.

IN maleficiis, cogãtur teſtes ad teſtimoniũ perhibẽdũ, ꝑ foſſuras Mareſcallorũ, diffidationes, pignoratiões, & alia remedia iuris & facti. Eodẽ modo ĩ ciuilibꝰ cauſis.

¶ *De mulieribus ad teſtificandum cogendis.* Cap. 12.

SI mulier, in teſtẽ producta, in cauſa ciuili vel criminali, ad Capitolium venire re
cuſauerit; poſſit & debeat iudex cauſæ, conſiderata conditione mulieris, & eius
nobilitate ſeu poteſtate, ad domũ eius, notarium deſtinare, qui dictum & teſtimo
nium eius ſcribat & recipiat. Qui producens in teſtẽ, talem mulierem, pro viatico
& labore notarii, ſoluere teneatur quatuor ſolidos prouiſinorum Senatus.

¶ *De quæſtionibus, & tormentis.* Cap. 13.

NVlla perſona ducatur ad tormẽtũ, ſeu aliter torqueat; Niſi publicus latro, fra
ctor pacis, diſroborator, ſiue ſtratarũ violator, homicida, falſarius falſæ mo-
nete, Patarenus, incendarius, violator mulierum, p ſodomita, & ſona infamata de
prędictis, vel aliquo prædictorum, vel alius in Capitolio infamatus, in rotulis ſcrip
tus & nominatus, & ſtatus Romani populi turbator & ꝓditor; contra quos, ſola fa
ma publica de his pręcedẽte, ſaltẽ p tres teſtes idoneos probata, ne eorũ ſcelerata
crimina tranſeant impunita, ad tormentũ procedat, prout decreuerit & dictauerit
diſcretio D. Senatoris & ſuorum officialium. Et prędicta, per Senatorem, &
eius officiales prędictos, obſeruentur inuiolabiliter, ad pęnam ducentarũ lib. pro
uiſinorũ. Et ꝙ ſi aliquis aliter fuerit tortus per Senatorẽ, vel eius officiales; probari
poſſit contra Senatorem & eius officiales, per quatuor teſtes idoneos, deponentes
per publicam vocem & famam. Et confeſſio talis, extorta per tormentum, & totus
proceſſus habitus contra tormentatum, nullam teneat firmitatem, nec ſententia
poſſit ferri ex eis. Accuſati autem, & inquiſiti de aliis quibuſcunq; exceſſibus, male
ficiis, & delictis; nullatenus torqueãtur, niſi præcedẽtibus legitimis indiciis, vel p
probationẽ vnius teſtis de viſu, cum aliquali indicio; vel ſaltem quatuor teſtium
de publica fama, cum aliquali indicio. Prius tamẽ requiratur reus vnica citatione
vt confiteatur tale delictum. Et ſi comparuerit, & confiteri voluerit; torqueri non
poſſit. Si verò cõtumax fuerit; habeatur pro confeſſo, & condemnetur tanq̃ confeſ
ſus, & ad torturam aliquam non ponatur. De prædicta autem probatione, debeat
apparere per acta notarii maleficiorum. Et niſi de tortura facienda, fuerit delibera
tum per omnes iudices de Aſſettamẽto, ſiue maiorem partem ipſorum; de qua deli
Lib. 4. crimin. c. 30. beratione debeat apparere manu Prothonotarii, Et aliter confeſſio extorta, non
valeat, nec præiudicet cõfitenti. Teſtis autem in cauſa ciuili, & criminali, modo ali
quo torqueri non poſſit, per Senatorem vel eius Iudices; ad penam ducentarum li
brarũ prouiſi. Senatori; et quinquaginta lib. cuilibet alio officiali contrafaciẽti.

¶ *De homicidio.* Cap. 14.

HOmicida, capite priuetur, ſi capi poterit; Alioquin; diffidetur, & condemne
tur de homicidio, & bona eius publicentur; de quibus, medietas ſit Commu-
nis, & alia medietas hæredum legitimorum, proximiorum in gradu, qui ab inte
ſtato venirent ad hæreditatem interfecti; ſi extant; ſiue interfectus, teſtamentũ non
fecerit, ſiue non extent hæredes, in teſtamento interfecti, deſcripti. Et ſi in fortiam
Senatoris perueniret, capite puniatur; niſi interfector & malefactor ad tute-
lam ſui corporis fecerit.

De *Aſſaſſinis.* Cap. 15.

Lib. 4. c. 7. ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; aſſaſſinauerit aliquem, vel aſſaſſinari
fecerit; traſcinetur, & ſuſpendatur. Et intelligatur Aſſaſſinus, qui per pecuniam
ſeu precium, aliquem interfecerit. Si autem aliquis, aliquem precio, vel p pecuniã
percuſſerit cum armis; tam ipſi percutienti, q̃ ipſi facienti, abſcindatur manus, itaꝙ a

brachio



brachio ſeparetur. Si verò aliter, per pecuniã quemq̃ percuſſerit, aut aliter aſſaſſi
nium cõmiſerit; puniatur in quadruplũ, eius in quo teneretur ex delicto, ſi nõ eſſet
per aſſaſſinium commiſſum. Et non gaudeat aliquo beneficio pacis & cõfeſſionis.

¶ *Qui de homicidio teneantur, & de præſtantibus auxilium homicidæ.* Cap. 16.

SI fuerit percuſſus aliquis, & ex dicta percuſſione moriatur, & non habuerit niſi
illam percuſſionem tantùm; vnus tantùm de homicidio illo valeat accuſari, vel
de homicidio inquiri. Et ſi plures haberet; tot valeant de homicidio accuſari vel
inquiri, quot percuſſiones inuenitur occiſus habere, mortales vel de morte ſuſpe-
ctas. Alii verò, de ope & opera accuſentur, vel contra eos inquiratur, quo caſu,
puniatur pœna pecuniaria, in ducẽtis libris prouiſinorum, Pedes; Miles autem, in
quadringentis libris prouiſinorum; Baro, vel eius baſtardus, vel pro eius baſtardo
reputatus communiter; in mille libris prouiſinorum; & tantumdem Parti, in quo
libet prædictorum. Illi autem poſſint de ope, opera, aut auxilio, conſilio, vel fauo
re, accuſari, vel contra eos inquiri; qui ex propoſito, à principio vſq; ad finem, fue-
rint cum percuſſore aut principali, Non autem tranſierint ad rumorem vel rixam
in qua prædicta perpetrata fuerint. Et hoc locum habeat in pręſentibus & futuris.

¶ *De pœna imponenda* Communitati, *committenti homicidium.* Cap. 17

SI contingit Communitatem alicuius Terræ, de iuriſdictione Vrbis, committere
homicidium; condemnetur, ſi fuerit Ciuitas, in mille libris prouiſinorum; &
ſi fuerit Caſtrũ, in quingentis libris prouiſinorũ Cameræ Vrbis; & plus arbitrio Se
natoris; & tantumdem hæredibus interfecti, vt ſupra declaratur; & plus arbitrio
Senatoris, conſiderata qualitate perſonæ occiſæ; & diffidetur. Et non poſſit reaf
fidari, niſi primò hæredibus occiſi, & Cameræ Vrbis, dictã ſoluerit quantitatem.

¶ Q*uòd diffidatu* Communitate, *ſinguli cenſeantur diffidati.* Cap. 18.

DIffidata Communitate alicuius Caſtri vel Terræ; ſinguli de Terra, cenſeantur
diffidati; clericis, religioſis, pupilliſq; duntaxat, exceptis.

¶ *Quòd diffidati, agentes contra diffidatos, in cauſa ciuili non repellantur.* Cap. 19.

ITẽ, ſtatuim⁹ & ordinam⁹, ꝙ diffidatus agens cõtra diffidatũ, nõ repellatur in ciui
li cauſa; & cõtra diffidatũ pdictũ, agẽdo audiat; & ꝓceſſus & ſentẽtia, ꝓ ipſo lata
& factus, valeãt & teneãt; exceptis capitaliter diffidatis, qui nullo modo audiantur.

¶ Q*uòd nullus diffidetur pro debito c. ſolidorum, & abinde infra.* Cap. 20.

NVllus poſſit diffidari pro debito centum ſol. & abinde infra; ſed contra debi
torem, per pignorum captionem, & alia iuris remedia, procedatur.

¶ *Quòd diffidati non poſſint eligi ad aliquod officium.* Cap. 21.

NVllus diffidatus pro debito vel crimine; poſſit eligi vel aſſumi ad aliquod offi-
cium, in Vrbe vel eius diſtrictu; nec valeat electio facta de ipſo; & geſta per
ipſum, ſint irrita ipſo iure.

¶ *De beneficio pacis hæredum occiſi.* Cap. 22.

AD refrenandas temeritates, & laſciuas audacias virorum ſanguinum, qui ma Lib. 3. c. 333.
nus habent violentas ad ſanguinem effundendũ; hoc edicto, ꝑpetuò valituro,
Statuimus, ꝙ qui hactenus, vel ex nũc inantea, inſtigatu diabolico, homicidiũ com
miſerit; & pacem cũ hæredibus legitimis, ꝓximioribus in gradu, interfecti, ſi extãt
(ſiue defunctus teſtamentũ fecerit, ſiue nõ) vel ſi nõ extãt legitimi ſupradicti, ab hæ

F

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

redibus teſtamentariis,eũ habere cõtingat; ab ipſo homicidio, ſiue ante diffidationẽ,ſiue poſt,liberari,abſolui,ſiue reaffidari nõ poſſit;niſi primò ſoluerit Camerę vrbis,quãtitatẽ inferius declaratã. Quã quantitatẽ & pœnã, q̃ cito potuerit,ipſa Camera cõtra ipſum homicidã,tã in perſona,q̃ in bonis,viriliter exequatur,& exigat. Pace habita ſiquidẽ talis homicida, fuerit de nobilibus, præſtãtibus, ſeu qui p̄ſtare cõſueuerint ſequimenta; ſoluere teneaẽ dictæ Camerę,libras mille prouiſi. Si verò fuerit Miles,vel de genere Militũ,ſiue Cauallarott⁹,vel bona ei⁹ valuerint duobus milib⁹ lib.proui.ſoluere teneaẽ dictę Camerę,trecẽtas lib.prouiſi.Pedes verò,centũ quinquaginta lib.proui.dictæ Cameræ. Et nihilominus poſt ſententiã contra eũ latã,ab Vrbe,per annũ tantũ, debeat exulare; aliàs,pax p̄dicta in nullo opituletur ſibi.Hoc addito,ꝙ ſi talis homicida,ſecundũ homicidiũ,ſeu plura homicidia cõmiſerit; & pacẽ habuerit à legitimis hęredibus interfecti,vel etiã teſtamentariis ; ꝙ pax ipſa ꝓ ſecũdo ſeu pluribus homicidiis reddita,ĩ nullo ſibi valeat,nec opituletur;quinimo cõtra eũ, ad pœnã legis & Statutorũ Vrbis, cũ rigore iuſtitiæ ꝓcedatur, pace p̄rata nõ obſtãte;ad hoc vt frequentatio homicidii,omnibus p̄cludatur . Additũ eſt huic Capitulo,ꝙ ſi occiſus , fuerit monachus,vel religioſus ; & occidens ſeu homicida,pacẽ habuerit à Superiore,ſeu Capitulo talis monachi ſeu religioſi occiſi ; ꝙ pax tali homicidæ proſit vt ſupra,ſi talis monachus,vel religioſus, non habuerit patrẽ,vel matrem,ſeu fratrẽ, vel ſororem carnalẽ . Et prædicta omnia locũ habeãt in præteritis,præſentibus, & futuris. Et quia per fel. rec. Pium Papam II. bulla edita extitit , placet S. D. N. & eius auctoritate ſtatuimus, vt ſi caſu & incõſultè quis prouocatus,aliquẽ percuſſerit, & mors ſequatur , habita pace ab hæredibus vt ſuprà, cum indulgentia ſuæ Beatitudinis (quam Sua Sanctitas,ſecundum perſonarũ qualitates,& delicti modum,dare promittit)præſentis Statuti beneficio vti poſſit.

*In quibus caſibus non habeat locum beneficium pacis .* Cap. 23.

QVia Deo & hominibus abhominabile eſt,vt homines in carnẽ ſuã, ad effuſionẽ ſanguinis,manus extendant ; ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis ex nunc in antea,inſtigante humani generis inimico,doloſe occiderit patrẽ,matrẽ,filiũ,filiã,fratrẽ carnalẽ,vel nepotẽ carnalẽ,patruũ,auunculũ,materterã,ſeu ſororem carnalẽ,ſeu vxorẽ;& obtinere cõtingat eũ pacẽ ab hæredibus occiſi ; talis pax in nullo ſibi valeat,nec opituleẽ eidẽ; immò cõtra eũ,ad pœnã Legis,& Statutorũ Vrbis,cũ rigore iuſtitię ꝓcedatur ; pace habita nõ obſtãte , ad hoc , vt ſic ſcelerata facinora nõ remaneãt impunita. Si autem mulier occiſa,fuerit, ſiue in Regione, ſiue in eius Contrada, manifeſta meretrix ; huiuſmodi Statutum non vendicet ſibi locum .

*De executione contra homicidam, & bona ſua .* Cap. 24.

ITẽ,volumus ꝙ vindicta & executio fiat in bonis condẽmnati,vel ab eo poſſeſſis. Quòd ſi hæredes interfecti,eſſent inueſtiti ꝑ Curiã Senatoris,de bonis homicidarũ,& nõ haberent poſſeſſionẽ eorũ , ſuper quibus inueſtiti eſſent ; ꝙ Senator & eius officiales , teneantur ipſos hæredes mittere in poſſeſſionem dictorum bonorũ homicidarum,ſuper quibus eſſent inueſtiti ; & miſſos, manu militari manutenere, & defendere, ad pœnam c. lib. proui. Cameræ applicandarum .

*De diuiſione bonorum homicidarum, fienda .* Cap. 25.

ITẽ,dicimus & ordinamus , ꝙ liceat hęredibus interfecti,petere partimentũ & diuiſionẽ de bonis homicidarũ,ſuper quibus inueſtiti eſſent per Curiã Senatoris. Et hoc,locũ habeat in p̄ſentibus,præteritis,& futuris. Et Senator & alii iudices,ad quos ſpectaret,teneantur dictam diuiſionem & partimentum facere , cum fuerint requiſiti ab ipſis hæredibus ; ad pœnam CC. librarum , Senatori ; & centum librarum proui. iudici, qui in prædictis fuerit negligens vel remiſſus .



*De domibus homicidarum , non diruendis ; et adiudicatione earum.* Cap. 26.

PRo honore Vrbis , Statuimus ꝙ domus homicidæ , non deſtruantur ; ſed ipſæ domus, pro medietatea,diudicentur Cameræ Vrbis ;& pro alia medietate,hęredibus interfecti . Alex. lib. 4. c. 1.

*De homicida nòn reaffidando,niſi prius concordauerit ſe cum Parte.* Cap. 27.

ITem, ꝙ Senator & eius officiales, teneantur proprio iuramento, non reaffidare nec reaffidari facere aliquos vel aliquem homicidas , pro parte Camerę ; niſi prius ſe concordauerit cum hæredibus interfecti. Et ſi concordauerit;habeant locum Capitula ſupraſcripta,ſuper hoc loquentia . Et hoc locum habeat in præſentibus , præteritis,& futuris; nulla Lege vel Statuto obſtante,ſupra vel infra poſito. Quod Statutũ volumus eſſe pręciſum & in derogatum. Et ſi reaffidauerint contra formã prędictam, ꝙ dicta reaffidatio non valeat ipſo iure , & incidat Senator in pœnam C. lib. prouiſinorum Senatus, Cameræ Vrbis applicandarum .

*Quòd diffidati de homicidio,uel pace fracta, non poſſint petere pacem .* Cap. 28.

DIffidati de homicidio , ſeu de pace fracta ; nullo modo poſſint petere pacẽ vel ſecuritatẽ , ab illis quibus fregerint pacem , vel à filiis ſeu fratribus carnalibus occiſi, vel ab hęredibus occiſi,quãtumcunq; prędicti à quibus pax petitur , inueniãtur diffidati. Et prædicta, locum habeant in pręſentibus, præteritis, & futuris .

*De pace et ſecuritate fracta .* Cap. 29.

QVicunq; pacem cum aduerſario ſuo factam,ſtudioſè fregerit,per ſe vel per alium; capite puniatur ad mortem,ſi capi poterit . Si autem capi non poterit ; capitaliter diffidetur ad mortẽ ; & pregiariæ exigantur ab eo , & fideiuſſoribus eius, ſecundum formam inſtrumenti pactorum. Et non poſſit aliquo tẽpore reaffidari,ſi dicta de cauſa diffidatus fuerit ; nec pacẽ per Senatorẽ poſſit impetrare ; & ſi impetrauerit vel habuerit,ꝙ ſibi non proſit, nec valeat ipſo iure. Et ſi aliquis de Baronibus ſeu Magnatibus Vrbis , receptauerit dictum talem fractorẽ pacis , poſtq̃ fuerit de p̄dictis diffidatus vel condẽnatus ; puniatur in quingentis lib . prouiſinorũ . Et prædicta, locum habeant , ſi de pace conſtaret per publicum inſtrumentum. Lib. 4. c. 13.

*Quibus modis pax frangitur .* Cap. 30.

PAx frangitur duobus modis tantùm, videlicet ſtudioſè,per ſe,vel alium ; percutiendo,ſeu offendendo in perſona,vel in domo, aut munitiones aliquas auferẽdo . Et Senator tollat omnes pregiarias datas per Partem , & aſſignet Cameræ Vrbis , vel Partibus quibus tenetur . Si tamen aliter illicitè in bonis offenderit illum cum quo pacem habebat ; puniatur in quadruplum , eius in quo puniretur , ſi offendiſſet in bonis, aliquem cum quo pacem non haberet .

*De frangentibus ſecuritatem, uel treugam .* Cap. 31.

QVi fregerit ſecuritatem vel treugam,factam cum aduerſariis ſuis ; puniatur in quingentis lib . prouiſi. Pedes; Miles,in mille lib . prouiſinorum ; Baro ſeu de Magnatibus;in duobus milibus lib. prouiſinorum;pro medietate , Cameræ Vrbis ; & pro alia medietate , Parti . In qua pœna computetur pœna conuentionalis . Securitas autem non intelligatur fracta, niſi eo modo quo pax frangitur : & nihilo minus de exceſſibus commiſſis, puniatur in quadruplum , eius in quo puniretur , ſi ſecuritatem non fregiſſet . Et prædicta locum habeant , ſi de ſecuritate vel treuga conſtaret per publicum documentum .

¶ *De eodem.* Cap. 32.

QVocunq; modo ſecuritas vel pax fracta fuerit; Senator ſtatim conſtito de
dicta fractura, ſine aliquo proceſſu, teneatur auferre à fideiuſſoribus, pre
giarias datas à Parte frangente, de pœna conuentionali; cuius medietatem debeat
habere Camera Vrbis, & medietatem Pars offenſa; ſaluis aliis pœnis, quæ per Vr
bis Statuta & priuilegia, pacem frangentibus imponuntur.

¶ *De frangentibus reconciliationes cum oſculo oris.* Cap. 33.

ITem, approbantes Statutum Franciſci de Boroncellis, ſtatuimus & ordinamus,
ꝙ frangens pacem, ſecuritatem, vel treugam, de qua non eſt factum inſtrumen-
tum; ſed ſolùm pacis oſculum, ſeu potus, vel alius modus reconciliationis inter-
uenerit; puniatur de commiſſione eius, in quadruplum, eius in quo puniri debe-
ret, ſi pax fracta non eſſet.

¶ *De diſſidato pro pace uel ſecuritate.* Cap. 34.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis diffidatus fuerit de contumacia & cō
feſſo, ſeu conuictus, vel per ſententiam condemnatus de pace vel ſecuritate fra
cta; Senator auferat ipſo facto, abſq; alia forma & figura iudicii, pregiarias datas
& fideiuſſores qui interceſſerunt pro dicta pace & ſecuritate ſeruanda. Et dicta dif
fidatio de confeſſo, & ſententia lata contra principalem; præiudicet, & probatio
nem plenam faciat de maleficio, contra fideiuſſores prædictos; & contra eos dicta
ſententia & diffidatio executioni mandetur. Et hoc locum habeat in præſentibus
præteritis, & futuris.

¶ *De termino dando, diffidato, uel condemnato ad mortem.* Cap. 35.

DIffidato capitaliter, in fortiam Communis deducto; ſex dierum ſaltem ſtatua
tur terminus, ad ſuam innocentiam, ſi poterit, comprobandam. Non obſtā
te ꝙ à ſententia diffidationis de cōtumacia & confeſſo, per eū vel eius procuratorē
non fuerit appellatum; infra quē terminū, etiam de nullitate ſententiæ audiatur.

¶ *De diffidato offendendo.* Cap. 36.

DIffidatus, non ex capitali crimine; non poſſit, etiam citra mortem, impunè of
fendi; ſed perinde offendens huiuſmodi diffidatum, puniatur, ac ſi offenſus,
diffidatus non fuiſſet; ꝙ q; diffidati, ex quauis cauſa diffidati extiterint, ab agendo
& petendo repellantur; & à teſtificando non repellantur, niſi in caſibus à iure ex-
preſſio. Qui verò offenderit diffidatum, captum ſeu detentum, ſeu dum ducerē
per Mareſcallos; puniatur offendens, ac ſi offenderit non diffidatum. Et proceſſus
& ſententia pro ipſo factus, & lata; non teneant; ſaluo, ſi fuerit diffidatus ciuiliter
ex contractu, vel quaſi; ꝙ poſſit de offenſionibus ſibi factis, accuſare; & tunc ſenten
tia & proceſſus teneāt. Poſſit tamen ſe in qualibet cauſa defendere per procurato
rem; diffidatione ſibi in ſuis iuribus non obſtante; & teneatur, omnibus ab eo pete
Lib. pri. c. 80. re volentibus aliquid, reſpondere. Inſtrumentum tamen factum à notario diffida
to tali; non vitietur ratione diffidationis notarii, ſeu teſtium in ipſo ſcriptorum.
Vide infra in No. c. 9. Et ſi diffidatus diffidatum offendat; puniatur, & vtatur iure communi. Excommu
nicati excommunicatione maiori, lata ab homine, vel à canone; repellantur in
ciuilibus, ab agendo & petendo. In cauſis autē criminalibus, audiantur, & reſpō
dere petentibus teneantur, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur.

¶ *De beneficio pacis, indulto paciſcentibus.* Cap. 37.



ITem, ſi de aliquo maleficio vel delicto, pax facta fuerit; infra x. dies, computan
dos a die maleficii commiſſi; remittatur pœnæ medietas in hoc caſu.

¶ *De beneficio confeſſionis.* Cap. 38.

CVilibet accuſato vel inquiſito, ſponte & purè, in prima reſponſione, confiten
ti maleficia, vnum vel plura, de quibus proceditur contra eū; remittatur quar
ta pars pœnæ pecuniariæ, quæ in talibus maleficiis vno vel pluribus confeſſatis,
ſecundum Statuta deberet imponi.

¶ *Quod Iudices procedant per acta pendentia, ad ſententias.* Cap. 39.

ITem, ꝙ Senator & eius iudices, poſſint & debeant ex actis maleficiorum præteri
tis, & pendentibus, ad condemnationes & pœnas inferendas procedere, ſecun
dum formam præſentium Statutorum, de omnibus maleficiis præteritis, de qui
bus pendet proceſſus, & etiam de quibus non cognitum neq; cęptum; ad pœnam
quinquaginta librarum prouiſinorum.

¶ *De pace, & in quibus caſibus peti poſſit.* Cap. 40.

STatutum Ioannis de Cerronibus, approbantes, Statuimus ꝙ quicunq; vulnera Lib. 4. c. 24. in Alexan.
uerit aliquem cum armis, cum ſanguinis effuſione, aut fractura oſſis; nō poſſit
ipſe vulnerator vel percuſſor, petere pacem nec ſecuritatem ab ipſo vulnerato ſeu
percuſſo, infra duos annos, computandos à die commiſſi mali vel delicti. Si veró
ſine ſanguine; non poſſit petere pacem vel ſecuritatem, infra annum, à die prædi
ctæ percuſſionis. Poſt prædicta autem tempora; pax & ſecuritas peti poſſit per of
fenſorem. Dum tamen de offenſa, ſatisfactionem faciat offenſo, ad arbitrium D.
Senatoris. Et hoc locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris. Liceat ta
men vulnerato ſeu percuſſo, petere pacem & ſecuritatem ab ipſo vulneratore ſeu
percuſſore, quandocunq; voluerit.

¶ *Qui poſſint petere pacem.* Cap. 41.

SI quis dederit fideiuſſionem aliquo tempore, de non petendo pacem vel ſecuri
tatem ab aliquo; ab ipſo poſſit ipſam pacem & ſecuritatem petere, non obſtan
te aliqua conuentione de non petendo. Et talis datio fideiuſſionis, non valeat nec
teneat ipſo iure. Et hoc habeat locum in præteritis & futuris.

¶ *Quod quilibet poſſit petere pacem uel ſecuritatem.* Cap. 42.

QVilibet poſſit petere pacem vel ſecuritatem á quacunq; perſona, ex quacunq;
cauſa & ſuſpitione, quæ pax & ſecuritas fiat ad mandatum Senatoris, vel Col
lateralis eius; in qua pace vel ſecuritate caueatur vtriq; Parti per idoneos fideiuſſo
res, ad mandatum Curiæ. Et ſi qua Pars pacem vel ſecuritatem prædictam facere
noluerit; cogatur per foſſuras & diffidationem; & diffidatus ſuper hoc, reaffidari
non poſſit, niſi primò iurauerit facere mandata Senatoris, & idoneam dederit fide
iuſſionem, de pace vel ſecuritate fienda, ad mandatum Senatoris, vel eius Colla
teralis; & poſtea reaffidetur, & pax vel ſecuritas fiat. Si pro pace vel ſecuritate
fiēda, diffidatus fuerit; nō audiat niſi mandatū fecerit Senatoris de pace fienda, & in
perpetuū ſeruanda, & idoneā fideiuſſionem dederit, ad arbitrium Senatoris, vel iu
dicis Collateralis. Et pax fiat, & expenſas reſtituat, ſicut in diffidatione continetur;
& quinq; libras prouiſinorum ſoluat Cameræ Vrbis, pro quolibet cētenario in dif
fidatione contento. Per hoc tamen generale Statutum, nolumus in aliquo deroga
ri Capitulo Ioannis de Cerronibus, ſupra in hoc libro poſito, ſuper hiis quæ in eo
ſpecialiter continentur, prout in ipſo Statuto extitit declaratum.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *De petentibus pacem à forenſibus.* Cap. 43.

SI ciuis Romanus peteret pacem vel ſecuritatem à forenſibus, & forenſis contu/
max fuerit; diffidetur, & patiatur pœnam, prout Romani patiuntur, pro pace
& ſecuritate non reddita. Et inſuper Communitas illius Terræ vnde eſt dictus con
tumax, requiratur per Senatorem, vt dictam pacem & ſecuritatem reddi faciat;&
ſi non fecerit, ipſa Communitas condemnetur in centum libris prouiſinorum; ſi
fuerit Caſtrum vel Villa; ſi verò fuerit Ciuitas; in ducentis libris prouiſinorum,
pro medietate, Cameræ Vrbis; & alia medietate, conquærenti prædicto.

¶ *Quòd domus non diruatur pro pace fracta.* Cap, 44.

ITem, dicimus & ordinamus, ad hoc vt Romana Ciuitas non deformetur, ꝙ ꝑ
pace ſeu ſecuritate fracta, non poſſint dirui aliquæ domus; ſed publicentur; pro
medietate, Cameræ Vrbis; & pro alia medietate, Parti, pacem vel ſecuritatem
petenti; Reſeruatis ſemper iuribus dotium mulierum, & iuribus quibuſcunq;
aliis perſonis.

¶ *De aſſalimento de nocte:* Cap. 45.

ITem, ſequentes formam ordínamenti, facti tempore DD. Anibaldi, & Richardi
de Anibaldis, & Richardi D. Fortis Branchiæ, dudum Senatorum Vrbis; ſtatui
mus, ꝙ ſi aliquis cum duodecim hominibus armatis, vel vltra; de nocte aſſaliuerit
aliquem, ad domum habitationis ſuæ; ipſe principalis capitaliter puniatur ad mor
tem, & bona eius omnia publicentur; pro medietate, Parti; & pro medietate alia
Cameræ Vrbis. Et quilibet ſocius aſſalientis, puniatur in ducentis lib. prouiſino-
rum; pro medietate, Cameræ Vrbis; & alia medietate, Parti. Et quilibet impune
poſſit dicto aſſaltato, cum armis & ſine, præſtare auxilium & fauorem. Et dicti
aggreſſores poſſint impune offendi à dicto aſſaltato & adiutoribus eius, durante di
cto aſſalimento, vel battallia, quæ inde ſequeretur. Et ſi propterea dictos aggreſſo
res diffidari contigerit; perpetuò reaffidari non poſſint, niſi luant effectualiter di-
ctam pœnam. Si verò cum ſex hominibus armatis, vel abinde ſuprà, vſq; in xi. in
cluſiuè, aliquem de nocte aſſaliuerit, ad domum habitationis; puniatur principa
lis in quingentis libris prouiſinorum; pro medietate, Parti; & pro alia medietate
Cameræ Vrbis. Et quilibet ſocius dicti principalis, in C. lib. prouiſinorum, Came
ræ Vrbis. Si verò a ſex infra, vſq; ad duos incluſiue; puniatur principalis in ducen
tis lib. prouiſinorum; pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate, Parti.
Et quilibet ſocius dicti principalis, puniatur in quingentis lib. prouiſinorum, Ca-
meræ prædictæ. Et ſi de prædictis fieret pax inter Partes, infra menſem à die com
miſſi delicti; pœna capitalis reducatur ad quingentas libras prouiſinorum; quam
ſoluere teneatur infra menſem, á die factæ dictæ pacis. Et ſi infra dictum tempus
non ſoluerit; pœna capitalis firma remaneat, & omnimodo pœna capitis puniatur
nec proſit ſibi pax quoquomodo.

¶ *De ſumptione uindictæ.* Cap. 46.

ITem, ſequentes formam ordinamenti, facti in publico Parlamẽto, tempore D.
Scharrerii, dudum Senatoris Vrbis; Statuimus ꝙ ſi quis fuerit percuſſus vel offẽ
ſus in perſona, ab aliquo; & ipſe per ſe vel per alium pro eo, faciendo inde vindictã
percuſſerit ſeu percuti fecerit patrem, filium, matrem, fratrem carnalem, vel con
ſobrinum, patruum, vel auunculum carnalem, aut nepotem carnalem, vel conſan
guineum, vel conſanguineam perſonam, maſculum aut fœminam, vel coniunctam
perſonam; ad uindictam dicti primi offenſoris; ꝙ tam ipſe primus offenſus, vindictã



ſumens de prædictis perſonis, q̃ etiam percutiens & offendens pro eo, præcedente
inde accuſatione legitima; capitaliter puniatur ad mortem, & bona eius publicen
tur; & applicentur pro medietate Parti, & pro medietate Cameræ Vrbis. Et ſi fue
rit propterea diffidatus, non poſſit reaffidari perpetuò. Poſſit tamen caput & bo-
na redimere, ſi infra decem dies, à die latæ ſententiæ (in reſpondentibus) ſeu à die
quo in fortiam Communis perueniat, continuos, in antea numerandos, ſoluerit
quingentas lib. proui. applicandas pro medietate Parti, & pro alia medietate Ca
meræ Vrbis. Et quicunq; auxilium dederit, vel aſſociauerit percutientem, ad dictã
vindictam ſumendam; puniatur in xxv. lib. prouiſinorum Senatus, Cameræ Vr/
bis; vltra pœnam, quam incurriſſet, ſi ad aliud delictum, auxilium dediſſet, vel aſ-
ſociaſſet. Cum S. D. N. litteras apoſtolicas ſuper hoc fecerit, huiuſmodi continen
tiæ, Paulus &c. & Sua Santitas velit contra ſumentes vindictam in alios], ac con-
tra brigoſos, facientes ſtichatum, & armorum congregationes in eorum domibus
ac contra offerentes in faciendo de bene, inuiolabiliter obſeruari; in aliis caſibus
iuſſit mitè interpretari.

¶ *De incendiariis.* Cap. 47.

SI aliquis ſtudioſè miſerit ignem, & incendium fecerit de domo aliqua, Caſtro,
vel Regimine, in totum vel in partem; igne comburatur, ita ꝙ moriatur.

¶ *De diſrobatoribus et furibus.* Cap. 48.

DIſrobator, qui cum armis vel ſine, aliquem aggreditur, & ſpoliat in domibus Lib. c. 31.
aut in itineribus, aut in mari, vel alibi, de re valente à decem ſolidis infra, vel
abinde ſupra, vſq; ad decem libras prouiſinorum; puniatur & condemnetur ad
reſtitutionem rei ablatæ; & pro pœna, in ſimplum Parti, & in duplum Cameręe Vr
bis. A decem verò libris ſupra, vſq; ad quinquaginta lib. proui. puniatur in ampu
tatione auriculæ, & Parti ablata reſtituat. Poſſit tamen dictam auriculam redime
re, infra menſem vnum, à die latę ſententiæ; uel (ſi diffidatus fuerit) poſtq̃ in fortiã
Communis peruenerit; ſoluendo duplum rei furatæ, ſeu eius æſtimationis, Came
ræ Vrbis; & ſimplum Parti, vltra reſtitutionem rei ablatæ. Et hoc non intelligatur
in illo, qui animo iniuriandi, vel ſimplicem violentiam faciendi, prædicta admittit
ſed in illo, qui principaliter habet animum ſpoliandi, diſrobandi, & lucrandi. Et
ſi ſecundò vel tertiò repertus fuerit deliquiſſe, diſrobando, vel ſpoliando furtis; la
queo ſuſpendatur. Fur autem, qui occultè furatur; pro primo, ſimplum Parti reſti
tuat, & duplum Cameræ ſoluat. Quod ſi non fecerit, infra decem dies, à die latæ
ſententiæ, vel poſtq̃ in fortiam Communis Vrbis peruenerit, ſi diffidatus fuerit; fu
ſtigetur, foro publico exiſtente; pro ſecundo furto, perdat auriculam; pro tertio,
pedem; pro quarto furto, ſuſpendatur: & in omni caſu, damnũ reſtituat Parti lęſę.

¶ *De eodem.* Cap. 49.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi in tenimẽto vel diſtrictu Vrbis, aut cuiuſcũq;
Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ habitatæ, de diſtrictu Vrbis; vel Villa, Caſtro, vel
Burgo habitato; facta eſſet aliqua robbaria; Communis vel Terra, in cuius tenuta
ſeu diſtrictu, ipſa robbaria facta eſſet, teneatur emẽdare ſeu reſtituere ipſam robba
riam, illis qui dicunt ſe vel ſuos diſrobatos, ſi per publicam famam probatur, ipſã
robbariam fore factam. Quæ fama ſi per tres teſtes idoneos, cum aliquali indicio,
probata fuerit; ſufficiat ad probationem robbariæ; & de rebus amiſſis, ſiue ipſarum
æſtimatione, ſtetur ſacramento perdentis, ſeu hæredum ipſius, inſpecta qualitate
perſonæ, & fama ipſius; taxatione Senatoris, vel alicuius iudicis, præcedente. Et
aliàs de robbaria prædicta, & infraſcripta pęna homicidii, & percuſſionibus, ipſum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Commune nõ valeat liberari, niſi malefactores in manibus dederit Senatoris; vel
niſi cauſa pendente inter diſrobbatum, & dictas Communitates; probauerint, di
ctam robbariam & alia maleficia, à certis perſonis fuiſſe commiſſa; quam probatio
nem facere poſſint etiam illi, qui dicta mala dicuntur comiſiſſe, abſentibus etiã &
nõ citatis, ad iudicium quod agitur inter diſrobbatum & Communitates iã dictas.
Quo caſu ſi probauerint, vt dictũ eſt, licet liberentur ab emendatione robbariæ,
ſeu à pœna homicidii vel percuſſionis; nihilominus propter cuſtodiam non habi
tam, puniantur in quinquaginta libris proui. Cameræ Vrbis. Si autem ipſos male
factores cæperit, & in fortiam Senatus non poſuerit; puniatur illa Communitas,
ſi Ciuitas fuerit, in mille libris proui. dictæ Cameræ; ſi verò Caſtrum; in quingen
tis libris prouiſinorum, Cameræ puniatur. Et eiſdem pœnis puniatur dominus Ci
uitatis, Caſtri, vel Villæ. Et ſi in dicta robbaria interuenerit homicidium, vel per
cuſſio cum ſanguine; condemnetur ipſum Commune, & ſindicus, hæredibus occi
ſi, ſeu ipſi percuſſo, in quingen. lib. proui. pro morte; pro percuſſione verò cum
ſanguine, in centum lib. prouiſinorum. Et hoc fiat ſola fama probata, modo vt de
prædictis, ſcilicet tam percuſſionibus, q̃ homicidiis, q̃ robbariis, dictum eſt. Si Cõ
munia & ſindicus non peruenerint ad reſpondendum prædictis; poſſit contra ipſa
procedi, per diffidationem de contumacia, & confeſſo, & ad condemnationẽ, quẽ
admodum in aliis procedetur. Et hæc omnia locum habeant in præſentibus, præ-
teritis, & futuris; non obſtante aliquo Statuto, vel Capitulo, poſito vel ponendo;
niſi de hoc expreſsè fecerit mẽtionem; & pro hiis Curia procedat omni tempore,
quemadmodum in criminalibus. Et pro prædictis, poſſit cogi & detineri ſindicus
Terrarum, perſonaliter. Et Senator prædicta ad effectum perducere teneatur, ad
pœnam centum librarum prouiſinorum. Et ſi repertum fuerit, ꝙ dictus talis men
dacium dixerit, dum ſe dixerit diſrobbatum; condemnetur in centum lib. prouiſi
norum; quos ſi infra tres dies poſt condemnationem, non ſoluerit; fuſtigetur per
Vrbẽ, & poſtea in Cancellaria ponatur, & diffidetur; & diffidari & relaxari nõ poſ
ſit, quouſq; dictã ſoluerit quantitatem. Et de prædictis, D. Senator & eius iudices
poſſint & debeant contra prędictam Communitatem & dominos, per inquiſitionẽ
procedere. Et hoc locum non habeat, ſi habitantes in dictis Communitatibus, in
ter ſeſe prædictam robbariam, homicidium, ſeu percuſſiones commiſerint. De
clarãtes, infra Vrbis diſtrictum, nullum (cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, aut cõditionis
fuerit, eccleſiaſticæ vel mundanæ; etiam ſi fuerit Ciuitas, Caſtrum, vel Villa, aut
eorum dominus) etiam habentem merum & mixtum imperium, in criminalibus,
prætendere poſſe iuriſdictionem in Ciues Romanos, in eorum territoriũ delinquẽ
tes, aut alibi; niſi ad capiendum, & in fortiam Curiæ Capitolii, & Senatoris pro
tempore exiſtentis, aſſignandum, ſi laycus fuerit; ſi clericus, in eorum iudicem ec
cleſiaſticum, ſi delictum exegerit. In quibus ſi contrafecerint, pœnam mille duca
torum, ipſo facto incurrant, Cameræ Vrbis applicandam.

¶ *De furtis iugorum, & aratrorum, et inciſoribus eorum.* Cap. 50.

NVllus furetur vel incidat aratrum, iugum, vomeres, de campo. Et qui con
trafecerit; Senator faciat eum capi & teneri in vinculis, & cogat eum emen/
dare damnum patienti, ſacramento patientis; & inſuper puniatur in xxv. libris ꝓ
uiſinorum. Et de hiis Curia inquirere teneatur, ad voluntatem petentis. Et ſi per
xv. dies, computandos à ſententia, ſeu quo in fortiam Communis peruenerit, di
ctam pœnam non ſoluerit, & non reſtituerit totaliter ablata vel inciſa; abſcinda
tur ei manus. Si verò prædictus malefactor capi non poterit; diffidetur in pœnis
prędictis.



¶ *De beſtiis furatis, inuentis in tenimento alicuius Ciuitatis, uel Caſtri.* Cap. 51.

ITem, ſi in tenimento alicuius Caſtri, vel in ipſo Caſtro, Ciuitate, vel Villa, fue
rint inuentæ ſiue repertæ aliquæ beſtiæ furatæ, ſeu furto vel malo modo ablatæ
alicui ciui Romano; & homines habitatores Caſtri, non permitterent dictas be-
ſtias reduci; teneatur Commune dicti Caſtri, ad emendam dictarum beſtiarum,
illis quorum erant dictæ beſtiæ; ad pœnam ducentarum librarum prouiſinorum,
Cameræ. Et hoc locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris; Capitulo, Sta
tuto, ſupra vel infra poſito, non obſtante. Liceat tamen habitatoribus dictorum
locorum, venire cum dictis beſtiis, vnà cum eo qui diceret ſe perdidiſſe dictas be-
ſtias, ad aſſignandum eas in Curia Vrbis, vt inde fiat iuſtitia.

¶ *De proditoribus.* Cap. 52.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ proditor, & qui proditionem commiſerit con
tra aliquem; vel alium ſubduxerit vel conduxerit ad aliquem locum, ad hoc vt
offenderetur ab inimico ſuo, vel ab aliqua alia perſona; ſi ipſe ſic ſubductus ſeu cõ
ductus, fuerit offenſus ſine ſanguinis effuſione; ſoluat talis proditor & ſubductor,
centum libras prouiſinorum, Cameræ Vrbis. Si verò offenſus fuerit, ꝙ ex tali offẽ
ſione vel percuſſione mortuus eſſet; puniatur talis proditor de homicidio.

¶ *De priuato carcere.* Cap. 53.

QVicunq; cæperit aliquem, ſeu capi fecerit, & eum propria libertate priuauerit
animo carcerandi; vel in eum, priuatum carcerem cõmittendi; ſi per aliquod
tẽporis ſpacium tenuerit; puniatur in centum libris prouiſinorũ. Si verò per vnã
horam; puniatur in ducentis libris prouiſinorum. Si verò per duas vel plures ho
ras; puniatur in quingentis libris prouiſinorum. Quas quingentas libras, ſi non
ſoluerit infra decem dies, à die latæ ſententiæ, ſeu à die quo in fortiam Communis
Vrbis peruenerit; capite puniatur. Dictæ autem pœnæ pecuniariæ, duplicentur
in Milite, & in filio Militis, & in Cauallarotto, & in filio eius, vel quocunq; cuius
bona valeant duobus millibus lib. prouiſi. Et in Magnate, ſeu eius baſtardo, qua-
druplicentur; & ꝙ de prædictis, poſſit per inquiſitionem procedi.

¶ *De rapientibus puerum uel puellam.* Cap. 54.

QVicunq; rapuerit vel abduxerit, libidinis vel plagii cauſa, vel faciendi redimi
aliquem puerum vel puellam, vel rapi fecerit; ſuſpendatur per gulam, ſi capi
poterit; aliàs, diffidetur, & condemnetur in eadem pœna ad furcas; & perpetuò re
affidari non poſſit.

¶ *Qui poſſint de adulterio & exfortiamento, & infra quantum tempus, accuſare.* Cap. 55.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliqua mulier dixerit ſe exfortiatam ab ali/
quo, & infra duos menſes non poſuerit inde quærelam; ipſa non audiatur po-
ſtea. Et hoc non vendicet ſibi locum in nupta; ſed liceat ſoli viro, etiam poſt duos
menſes, accuſare. Et ad accuſandum adulterium, nullus audiatur, niſi vir mulie
ris, vel pater mulieris, vel filius, vel germanus frater.

¶ *De adulterio, & inceſtu.* Cap. 56.

COmmittens adulterium cum muliere honeſta; ſi fuerit Pedes, puniatur in tre
centis lib. prouiſinorũ. Si autem Cauallarottus, aut Miles, vel de genere Mi-
litum; puniatur in quingentis libr. prouiſi. Si verò ſit Baro, vel de genere Baronis
vel baſtardus eius; puniatur in mille libr. prouiſi. Si qua autem mulier, cum qua

commiſſum eſt adulterium, ſit vilis conditionis & inhoneſta, non tamen meretrix publica; tunc committens, ſi Pedes ſit, puniatur in Centum libr. prouiſinorum. Si verò Cauallarottus, vel Miles, vel de genere Militum; puniatur in ducentis libr. prouiſi. Si verò ſit Baro, vel de genere Baronum, vel baſtardus eius; puniatur in quingentis lib. proui. Et intelligatur mulier eſſe inhoneſta, ſi pro inhoneſta, cõmuniter habita & reputata fuerit, maximè in vicinia in qua habitat. Et in omnibus caſibus ſupradictis, ſi adulter habuerit pacẽ à marito mulieris, cum qua adulterium commiſſum eſt; reducatur pœna ad medietatem, & in medietate tantùm, puniatur. Adulterium autem, cum publica meretrice cõmiſſum; nullatenus puniatur. Quicunq; autem adulterium cum inceſtu, cõmiſerit; capite puniatur ad mortem; & mulier, cum qua adulterium cum inceſtu commiſſum ſit; comburatur, ita & taliter ꝙ moriatur. Nec in hoc caſu proſit pax quoquomodo. Et in prædictis procedi non poſſit, niſi per accuſationem. Siquis autem inceſtum ſine adulterio, commiſerit cum aliqua, ſibi attinente vſq; in tertium gradum, incluſiuè; computando gradum, ſecundum ius Ciuile; capite puniatur.

*De raptu.* Cap. 57.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; aliquam mulierem honeſtam exfortiauerit, ſeu rapuerit libidinis cauſa; capite puniatur ad mortem. Si verò mulier exfortiata vel rapta, fuerit vilis conditionis & inhoneſta; tunc exfortians ſeu rapiens, puniatur in centum lib. prouiſi. ſi fuerit Pedes. Si verò fuerit Miles, vel de genere Militum, vel Cauallarotus; puniatur in ducentis libris prouiſinorum. Si verò fuerit de Baronibus, vel de genere Baronum, ſeu baſtardus Baronis; puniatur in mille libris prouiſinorum.

*De committentibus adulterium, & pacem habentibus.* Cap. 58.

SI quis auſu temerario cõmiſerit adulterium, ſeu violauerit ſeu exfortiauerit aliquam mulierem, & pacem ſeu remiſſionem ſeu refutationem habuerit ab ipſa muliere non nupta; vel ab ea, vel eius marito, ſi nupta eſt; Non poſſit liberari ſeu reaffidari, talis adulter ſeu violator, niſi primò ſoluerit Cameræ Vrbis, quantitatem infraſcriptam. Quam quantitatem, ipſa Camera, contra ipſum adulterũ ſeu violatorem, in perſona & bonis exequatur & exigat; pace, remiſſione, ſeu refutatione huiuſmodi, non obſtante; videlicet ꝙ ſi talis adulter ſeu violator, fuerit de præſtantibus ſequimenta, ſeu de baſtardis eorum; ſoluere teneatur Cameræ Vrbis quingentas lib. prouiſi. Si verò fuerit Miles, aut de genere Militum, aut eius bona valerent duobus millibus libris prouiſinorum; ſoluat libr. prouiſi. centum Cameræ Vrbis prædictæ. Si verò fuerit Pedes; lib. proui. quinquaginta, dictæ Cameræ ſoluat. Et aliter, dicta pax ſibi non proſit, & hæc remiſſio ſeu renunciatio ſibi nullatenus admittatur. Volumus inſuper, ꝙ accuſationi de verbis iniurioſis, de damno dato; de contemptu mandati, & turbata poſſeſſione, ſecundum modum hactenus in Curia Capitolii obſeruatum, renunciari poſſit; dummodo x. ſoli. prouiſi. pro quolibet accuſato, Cameræ perſoluantur. Sup. c. 4. & 5. infra, & 1 Alex. lib. 4. c. 13.

*De uendente mulierem cauſa libidinis.* Cap. 59.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi quis aliquam mulierem ſeu meretricem alteri vendiderit, libidinis cauſa; puniatur in ducentis libris prouiſinorum. Et ſi infra decem dies non ſoluerit; amputetur ei pes. De quo quilibet poſſit accuſare; & Curia poſſit per inquiſitionem, contra delinquentem procedere. Et volens ſe excuſare, ponat ſe in Cancellaria; nec audiatur volens ſe excuſare, niſi prius deponat in Camera Vrbis, penes Camerarium dictæ Cameræ, pro ea recipientem, ſufficientia pignora, ſecundum qualitatem delicti, & quantitatem pœnæ, quæ ex tali maleficio reſultaret, ſecundum formam Statutorum Vrbis.



*De deſerentibus uxorem ſuam, & tenentibus concubinam.* Cap. 60.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis inueniretur, qui vxorem & filios ſuos & familiam ſuam desereret, & penes ſe concubinam haberet & teneret, per noctem & per diem; tunc Senator teneatur, ad pœnam xxv. librarum prouiſin. conſtringere talem hominem, ꝙ deſerat ipſam concubinam, & ſtet & moretur cũ vxore & familia ſua. Et ipſe Senator teneatur recipere ab amico & à concubina, idoneam fideiuſſionem, de non ſtando vel habitando in vna domo, ſub vno tecto, ſimul cum ipſo viro. Qui contrafecerit, ſoluat pro pœna, xxv. libras prouiſinorum; & amaſia x. lib. prouiſinorum; cuius pœnæ, medietas ſit Partis, & alia medietas ſit Cameræ Vrbis, à contrafaciente auferenda, totiens quotiens contrafecerit.

*De ſodomitis.* Cap. 61.

ITem, ſi aliquis vitium ſodomiticum commiſerit; igne comburatur, ita & taliter ꝙ moriatur. Et de prædictis, Curia poſſit per inquiſitionem procedere.

*De falſa moneta.* Cap. 62.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis fecerit monetam falſam, aurum vel argentum falſum; puniatur capite. Et inſuper condemnetur Ciuitas, Caſtrũ, Villa, & dominus loci, vbi fieret (ſi prædicta ſciuerit) in quingentis lib. proui. Cameræ Vrbis. Si verò ignorauerit; in C. libris prouiſinorum. Et hoc, locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris. Et ſuper hoc, Senator inquirere poſſit & debeat, ad pœnam C. librarum prouiſinorum.

*De incidentibus monetam.* Cap. 63.

ITem, ꝙ nulla perſona, monetam incidat ſeu minuat, aut incidi ſeu minui faciat fraudulenter; niſi taliter eam inciſerit ſeu minuerit, ꝙ expendi non poſſit. Et ſi quis contrafecerit, manus dextra ſibi amputetur, ita ꝙ à brachio ſeparetur. Lib. 4. c. 20.

*De tenentibus ſeu cambiantibus falſam monetam.* Cap. 64.

ITem, nullus Campſor expendat, ſeu cambiet, ſiue retineat monetam falſam, vel tagliatam, vel inciſam; niſi eſſet punctata, & verè pertuſata, adeo ꝙ penitus inexpendibilis eſſet & appareret. Et ſi quis contrafecerit, vice qualibet, centum libras prouiſinorum, nomine pœnæ, perſoluat; cuius medietas, Cameræ; & alia, ſit accuſatoris. Et de hiis poſſit quilibet accuſare. Lib. 4. c. 19.

*De teſtimonio falſo.* Cap. 65.

TEſti, qui falſum tulerit teſtimonium, abſcindatur lingua, ita ꝙ vlterius loqui non poſſit. Qui autem ipſum produxerit ſcienter; puniatur in ducentis lib. prouiſinorum, Cameræ Vrbis, ſi fuerit Pedes. Si fuerit Miles, vel de genere Militum, vel Cauallarottus, vel pro Cauallarotto habitus; in quadringentis libris ꝓuiſinorum. Si verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; in mille libris prouiſinorũ puniatur. Et Parti, tam teſtis, ꝗ producens, teneatur in expenſis.

*De notario faciente falſam chartam, & de faciente eam fieri.* Cap. 66.

NOtarius, qui fecerit falſam chartam, & qui eam fieri fecerit; quilibet in ſolidũ, puniatur in quingentis libris prouiſinorũ, ſi fuerit Pedes. Si verò Miles, vel de

genere Militum, vel Cauallarottus; in mille libris prouiſinorum; & in quolibet ca
ſu prædictorum, damnum Parti læſæ reſarciat, per alterum eorundem, qui ſuper
hoc fuerit ad iudicium tractus; quas ſi non ſoluerit infra decem dies, à die latę ſen
tentiæ, ſeu poſtq̃ in fortiam Senatus venerit; amputetur ſibi manus dextra. Et
poſtq̃ diffidatus vel condemnatus de falſo, notarius fuerit ſupradictus; perpetuò
non poſſit exercere tabellionatus officium. Et inſtrumentis talium, factis poſt dif
fidationem ſeu condemnationem iam dictam, fides nullatenus habeatur. Et locũ
habeat in præſentibus, & futuris. Et qui ſcienter produxerit falſum inſtrumentum
in ducentis libris condemnetur, ſi fuerit Pedes. Si verò Miles, vel de genere Mili
tum, vel Cauallarottus; in quingentis libris prouiſinorum. Si verò Baro de Ma
gnatibus, vel eius baſtardus; in mille libris prouiſinorũ. Et vltra prædicta, tenea
tur Senator ex officio, præfatos falſarios in ſcalis Capitoli, pulſata campana, foro
publico exiſtente, mitratos exhibere.

¶ *De receptatoribus homicidarum & latronum.* Cap. 67.

ITem, ſi receptator homicidarum, latronum, falſariorum, expreſſis nominibus
eorum; non expulerit eos, pro receptatione homicidæ, in centum libris prouiſi
norum, Cameræ condemnetur, pro pœna; & nihilominus ipſum expellere tenea
tur. Pro aliis verò ſupradictis, & eorum quolibet; condemnetur in quinquaginta
libris prouiſinorum. Receptator autem intelligatur, qui recipit homicidam, ſeu
ſupradictos in domo ſua, vel in Caſtro, vel in Villa, vel in alio loco, vel ad habitan
dum domum ſuam dederit, vel ad penſionem. Et ille intelligatur homicida, latro
falſarius, vel pacis fractor, qui eſt condemnatus vel diffidatus de prædictis; ſaluis
Capitulis, quæ infra de hoc loquuntur.

¶ *De receptantibus diffidatum de pace uel ſecuritate.* Cap. 68.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; nobilis receptauerit diffidatum de
pace vel ſecuritate, vel de aliquo contento in Capitulo proximè præcedenti; pu
niatur in mille libris prouiſinorum, Cameræ Vrbis; & Mareſcallus teneatur ire &
capere ipſum, ad petitionem Partis petentis. Et dictus nobilis ſeu potens recepta
tor, teneatur diffidatum expellere, infra octo dies, à die notificationis ſibi factæ de
prædictis. Si verò fuerit Ciuitas quæ receptauerit aliquem prædictorum; puniat̃
in mille libris. Si verò fuerit Communitas vel Caſtrum; puniatur in quingentis li
bris prouiſinorum, Cameræ Vrbis applicandis. Et ipſum diffidatum nihilominus
expellere teneatur, à die denunciationis & notificationis prædictæ, infra terminũ
octo dierum prædictorum.

¶ *De eodem.* Cap. 69.

NVllus ciuis Romanus, vel de eius diſtrictu, receptet aliquem diffidatum; nec
Communitatem alicuius Caſtri vel Villæ, diffidatam, in accomandantiam;
vel in ea, poteſtariam vel aliquod officium, recipiat. Quòd ſi contrafecerit, & in
fra octo dies, ex quo notificatum fuerit, dimittere ſupradicta ceſſauerit; in quin
gentis libris proui. puniatur. Et nihilominus Parti, cui receptatus vel Commune
diffidati fuerant, damnum reſarciat.

¶ *Infra quantum tempus liceat accuſare.* Cap. 70.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis commiſerit aliquod maleficium vel exceſ
ſum, & infra annum accuſatio vel denunciatio facta non fuerit; ꝙ non teneatur
nec procedatur ad pęnam contra eum, aliquo modo vel via. Exceptis de homici
dio, furto, robbaria, falſitate, ſeu pace fracta; de quibus habeatur poſt annum ac





cuſandi poteſtas, infra tempus à iure communi ſtatutum. Et ꝙ poſt illud tempus
quo accuſari non poteſt, non poſſit etiam per inquiſitionem procedi.

¶ *De aſſalimento.* Cap. 71.

QVicunq; malo modo aſſaliuerit aliquem, cũ armis; ſoluat pro pœna, quatuor
libras prouiſinorũ. Si verò ſine armis; ſoluat quadraginta ſolidos prouiſi.

¶ *De percuſſionibus cum ſanguine, uel ſine.* Cap. 72.

QVicunq; percuſſerit aliquem cum cultello, ſpada, iniurioſa, fallatione, ſeu quo
cunq; alio armorum genere, quod in larga interpretatione, ſecundum iura,
armorum appellatione continetur; ſi ex percuſſione, ſanguis non exiuerit; ſoluat
pro pœna, decem libras prouiſinorum, ſi percutiens ſit de Peditibus. Si verò Mi-
les, vel de genere Militum, aut Cauallarottus; ſoluat xx. libras prouiſinorum. Si
verò de Magnatibus vel Potentioribus, vel eorum baſtardus; ſoluat L. libras pro
uiſinorum. Si verò ex percuſſione, ſanguis exiuerit; Pedes ſoluat xxx. libras pro-
uiſinorum, Miles ſoluat lx. libras, Potentior verò de Magnatibus, vel eorum ba-
ſtardus; centum libras prouiſinorum. Et ſi membrum ex dicta percuſſione fuerit
abſciſſum, ſiue mutilatũ, & à corpore ſeparatum; ſoluat Pedes, pro pœna, ducentas
libras prouiſinorum; Miles, quadringẽtas; Potentior qui de Magnatibus fuerit, vel
eorum baſtardus; ſoluat mille libras prouiſinorum. Et ſi ex dicta percuſſione, eſſet
corpus foratum, ſeu os fractum; ſoluat Pedes L. libras; Cauallarottus, centum li
bras prouiſinorum; Potẽtior verò de Magnatibus, vel eorum baſtardus; tricentas
libras prouiſinorum. Si veró digitus, manus, vel pes, eſſet abſciſſus; ſoluat Pedes
centum libras prouiſinorum; Miles ducentas libras; Potentior verò de Magnati-
bus, vel eius baſtardus, ſoluat quingentas libras prouiſinorum. Si verò membrum
nõ eſſet abſciſſum, & à corpore ſeparatum, ſed ex percuſſione debilitatum; ſoluat
Pedes percutiens, centum libras prouiſinorum; Miles ducentas libras; Potentior
verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; ſoluat ſexcentas libras prouiſinorum. Pro
debilitatione veró digiti, manus, vel pedis; ſoluat Pedes L. libras prouiſinorũ; Mi
les verò centum libras prouiſinorum, Potentior veró de Magnatibus, vel eorũ ba-
ſtardus, tricentas lib. prouiſinoꝝ. Pro amputatione veró naſi, ſeu oculi erutione, ſeu
occæcatione, ſeu viſus perditione, ſit pœna Pediti ducentarum librarum; Militi,
cccc. librarum prouiſinorum; Potentiori veró de Magnatibus, vel eorũ baſtardo,
mille librarum prouiſinorum. Et ſi vtroq; oculo occæcaretur; ſoluat Pedes quin-
gentas libras; Cauallarottus mille; Potentior verò de Magnatibus, vel eius baſtar
dus; tria millia librarum prouiſinorum. De quibus omnibus pœnis in hoc Capitulo Infra c. 101.
contentis, prædictis, & infraſcriptis; medietas, ſit percuſſi & iniuriam patientis; &
alia medietas, ſit Cameræ Vrbis. Familiares verò dictorum Magnatum, qui eorum
panes comedunt, vel ab eis quotidianas expenſas recipiunt; eiſdem pœnis ſubiiciã
tur, quibus & ipſi Magnates, ſi de eorum mandato, crimen vel delictũ proceſſerit.
Illos autem intelligi volumus eſſe Magnates, & Potentiores, qui debent eſſe, ſeu
conſueueruut in Camera Vrbis ſequimenta præſtare, & omnes qui ſunt de genere
Magnatum, quorum bona valent tribus milibus libris prouiſinorum. Ad probatio
nem verò familiaritatis, de qua ſupra fit mentio, ſufficiat probatio publicæ famæ,
facta per tres vel duos teſtes idoneos, de Contrada familiaris percutientis & offen
dentis. In omnibus autem caſibus prædictis, puniri volumus percuſſorem vel of-
fenſorẽ, pœna portationis armorũ, vltra pœnas prædictas. Additũ eſt huic Capitu
lo, ꝙ quicunq; percuſſerit aliquẽ cũ zachone ſeu baculo, ſine ſanguine; ſi fuit Pedes;
puniat̃ in xv. lib. proui. ſi Miles, vel de genere Militũ, vel Cauallarottus; ſoluat lib. ꝓ
uiſi. xxx. Si verò Potẽtior de Magnatibꝰ, vel eorũ baſtardꝰ, ſoluat ꝓ pęna c. lib. ꝓui.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *De percutientibus aliquem, & ſignum facientibus.* Cap. 73.

ITẽ, ſi quis ꝑcuſſerit aliquẽ, cu ſanguine; adeo ꝙ ex ſua ꝑcuſſione, ſit remanſura cicatrix, vel ſignũ vituperabile; ſi cicatrix; puniat̃ Pedes in quinquaginta libris ꝓuiſinorũ; Miles, in cẽtũ libris; Potẽtior verò, de Magnatibus, vel eorũ baſtardus; in quingẽtis libris ꝓuiſinorũ. Si verò ſignũ vituperabile; ſoluat Pedes, cẽtũ lib. proui. Miles, ducẽtas; Potẽtior verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; mille lib. ꝓuiſinorũ; & nihilominus, talis ꝑcutiẽs puniat̃ pœna portationis armorũ. Facies aũt, intelligat̃ ab extremitate frõtis, vſq; ad extremitatẽ barbæ; & ab auricula dextra, vſq; ad ſiniſtram. Cuius pœnæ, medietas ſit Cameræ; & alia medietas; ſit Partis læſæ.

¶ *De percutientibus manu uacua.* Cap. 74.

SI quis manu vacua ꝑcuſſerit aliquẽ in facie, ſine ſanguine; recipiat ſimilẽ percuſſionẽ ĩ ſcalis Capitolii, foro publico exiſtẽte, vel eo die quo fieret forũ, loco diei Sabbati; quã ſi recipeř noluerit, ſoluat Pedes xv. lib. proui. Miles, ſeu Cauallarottus, xxx. lib. proui. Potẽtior verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; centũ lib. proui. Si verò cũ ſanguine; recipiat ſimilẽ alapatã; quã ſi recipere noluerit; Pedes xxx. lib. ꝓuiſi. Miles verò ſeu Cauallarottus, ſoluat xl. lib. prouiſi. Potẽtior verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; ducẽtas lib. proui. Si autẽ in alia parte corporis, q̃ in facie, percuſſerit ſine armis; Pedes centum ſolidos proui. Miles verò, vel Cauallarottus, x. lib. proui. Potẽtior verò de Magnatibus, vel eorũ baſtardus; quinquaginta lib. ꝓuiſi. Si verò manũ in gula alicui miſerit; ſoluat lib. quinq; prouiſi. Quarũ pœnarum medietas ſit percuſſi, & alia medietas Cameræ Vrbis. Quam alapatam ſiue receperit ſiue nõ, partẽ Cameræ ſoluere teneatur, infra viginti dies poſt latam ſententiã.

¶ *De immittentibus lutum in os alicuius.* Cap. 75.

Lib. 4. c. 23. ITẽ, ſi quis alicui poſuerit vel miſerit in os ſuum, ſtercus, lutum, vel aliam turpitudinem; puniatur in xxv. lib. prouiſi. cuius pœnæ medietas ſit Cameræ Vrbis.

¶ *De fugantibus aliquem.* Cap. 76.

QVicunq; fugauerit aliquem, cum armis; ſoluat pro pœna, quatuor libras prouiſinorum. Si ſine armis; ſoluat quadraginta ſolidos prouiſinorum; & hoc non intelligatut quando ſit battallia generalis, vel rixa.

¶ *De ponentibus manum ad arma.* Cap. 77.

QVicunq; poſuerit manum ad cultellum, vel enſem, malo animo contra aliquem; ſoluat pro pœna, quadraginta ſolidos prouiſinorum.

¶ *De facientibus ſe teneri.* Cap. 78.

QVicunq; fecerit ſe teneri cum armis, contra aliquẽ; ſoluat pro pœna quinquaginta ſolidos prouiſinorum. Si ſine armis; ſoluat xl. ſolidos prouiſinorum.

¶ *De facientibus aliquem cadere in terram.* Cap. 79.

QVicunq; fecerit aliquem cadere in terram; puniatur in centum ſolidis prouiſinorum; ſi ſtudioſè, vel malo animo hoc fecerit.

¶ *De facientibus aliquem cadere de aliquo animali.* Cap. 80.

ITem, ſi quis aliquem, de aliquo animali vel loco, cadere fecerit; puniatur in x. lib. prouiſi. pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate Parti.

¶ *De facientibus aliquem cadere in ignem.* Cap. 81.



ITem, ſi quis aliquem in ignem cadere fecerit, vel proiecerit; puniatur in decẽ libris. Si verò propterea pannos combuſſerit; puniatur in xv. lib. (& nihilominus pannos combuſtos ſeu damnum emendet) pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate Parti.

¶ *De facientibus aliquem cadere in puteo.* Cap. 82.

ITem, ſi quis aliquem in puteo, flumine, vel mari, vel alio ſimili loco, cadere fecerit, impulerit, vel præcipitauerit violenter; & mors inde ſequuta non fuerit; puniatur in centum lib. prouiſinorum. Si verò in fonte, vel riuo, vel tino, vel alio ſimili loco, in x. lib. prouiſinorum puniatur; & damnũ, in duplum reſtituat. Et ꝙ omniũ prædictarũ pęnarũ, medietas ſit Cameræ Vrbis; & alia medietas ſit Partis lęſę.

¶ *De minantibus contra aliquem.* Cap. 83.

ITem, ſi quis minauerit contra aliquem, cum armis; ſoluat pro pœna tres libras prouiſinorum.

¶ *De traſcinantibus aliquem.* Cap. 84.

ITem, ſi quis ceperit aliquem per capillos vel barbam, & traſcinauerit eum per terram; ſoluat Pedes, xx. lib. prouiſinorum; Miles ſeu Cauallarottus; xl. libr. prouiſinorum. Si verò ceperit per capillos ſeu barbam, & non traſcinauerit; ſoluat Pedes, x. libr. prouiſinorum; Miles xx. Potentior verò de Magnatibus, vel eorum baſtardus; L. libras prouiſinorum. Si quis autem aliter q̃ per capillos vel barbam, traſcinauerit per terram; ſoluat xv. libras prouiſinorum; Miles vel Cauallarottus; xxx. lib. prouiſinorum; potentior verò de Magnatibus, vel eorum baſtardus; centum libras prouiſinorum.

¶ *De euaginantibus cultellum.* Cap. 85.

SI quis euaginauerit cultellum vel enſem, contra aliquem, & non percuſſerit; ſoluat Pedes, tres lib. prouiſinorum; Miles, ſex libras prouiſinorum; Potentior verò de Magnatibus, vel eorum baſtardus; xxv. lib. prouiſinorũ. Et nihilominus puniatur euaginans, pœna portationis armorum.

¶ *De frangentibus alicui dentem.* Cap. 86.

ITem, ſi quis alicui dentem ruperit, vel cadere fecerit; puniatur pro quolibet dẽte, in decẽ lib. proui. ꝓ medietate, Cameræ Vrbis; & alia medietate, Parti lęſę.

¶ *De filiis delinquentibus in patrem.* Cap. 87.

SI filius in patrem deliquerit; patris arbitrio puniatur. Si verò in matrem; matris puniatur arbitrio. Et Senator teneatur, ad requiſitionem patris vel matris hoc obſeruare Statutum, ad pœnam ducentarũ lib. proui. vice qualibet, Camerę Vrbis applicandarum, de ſuo ſalario per Camerarium Cameræ Vrbis, tempore ſui ſindicatus retinendarum.

¶ *De facientibus ficum.* Cap. 88.

ITem, ſi quis alicui ſignum ſeu ficum fecerit, iniurioſè; in xx. ſolidis prouiſinorũ puniatur, Cameræ Vrbis.

¶ *De incidentibus treccias.* Cap. 89.

ITem, ſi quis alicui mulieri treccias de capite inciſerit; puniatur in centum libris proui. pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate Parti.

*De incidentibus pannos de dorſo, mulieri.* Cap. 90.

ITē, ſi quis alicui mulieri pannos de dorſo inciſerit, tondēdo eos ſupra genu, vituperoſè; puniatur in centum lib. pro medietate Cameræ, & alia medietate Parti.

*De ſcindentibus & laniantibus alicui pannos.* Cap. 91.

SI quis iniurioſè ſciderit ſeu dilaniauerit alicui, pannos de dorſo; ſoluat Pedes ꝓ pęna, centū ſolidos prouiſinorū. Miles, decē libras prouiſinorꝝ. Potētior verò de Magnatibus, vel eorū baſtardus, quinquaginta lib. prouiſinorū. Quarū pęnarū, medietas ſit Camerę, & alia medietas Partis lęſę; & nihilominꝰ dānū Parti reficiat.

*De trahentibus ad battalliam.* Cap. 92.

QVicunq; traxerit vel iuerit cum armis ad battalliam; condemnetur in ſeptē libris prouiſinorum. Si verò ad rixam; ſoluat quatuor lib. prouiſi. & perdat arma; quæ poſſit redimere pro tribus libris à Camera Vrbis. Et battallia tunc intelligatur, quando interfuerint duodecim homines armati, à qualibet parte, vel plures. Et ſi ab vna parte tantū, eſſent duodecim vel plures; ab alia verò, minus; intelligatur battallia, pro illa parte pro qua fuerint duodecim vel vltra; pro alia verò à qua fuerint minus q̃ duodecim, intelligatur eſſe rixa. Et trahentes, ad maiorem pęnā cōdemnari nō poſſint, propter dictā tractionē ad battalliā ſeu rixam. Et hoc locum habeat in pendentibus per appellationem, etiam pręſentibus, & futuris.

*De lapidantibus in battallia.* Cap. 93.

SI quis lapidauerit in rixa vel battallia; puniatur in tribus libris prouiſinorum, ſi vnum vel plures lapides lapidauerit.

*De facientibus battalliam.* Cap. 94.

QVicunq; fecerit battalliā cum ſcutis, capellinis, barbutis, vel elinis; ſoluat, ſi fuerit Pedes, centū libras prouiſinorū. Si verò Miles, vel de genere Militū, vel Cauallarottus; ducentas lib. prouiſinorū. Si verò Potētior de Magnatibus, vel eorum baſtardus; mille flor. auri. Si verò dictam battalliam ſine capellinis, barbutis, vel elinis, quis fecerit; ſoluat medietatem dictæ pœnæ, prout ſuperius diſtinctū eſt. Et inceptor battalliæ, vltra dictas pœnas, puniatur in xxv. lib. prouiſi. ſi fuerit Pedes. Si verò Miles, vel de genere Militum, ſiue Cauallarottus; in L. lib. prouiſi. Si verò Potentior de Magnatibus, vel eius baſtardus, in ducentis flor. auri. Et ſi plures inceptores fuerint ex vna parte; vnam tantum pœnam ſoluāt. Et ſi in dicta battallia ſuperuenerit homicidium; ſoluat Caporalis, de cuius parte non eſſet mortuus ſeu occiſus, quingentas libras prouiſinorum, ſi fuerit Pedes, Si verò Miles, vel de genere Militum, vel Cauallarottus; mille libras prouiſinorū, Si verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; mille florenos auri pro tali homicidio; quorum medietas, ſit Cameræ Vrbis; & alia medietas, hæredum interfecti ſeu occiſi. Si verò mortuus ſeu occiſus, de neutrius parte eſſet; tunc Caporalis vtriuſq; Partis, ſoluat dictas penas homicidii, quilibet pro medietate. Et in quolibet caſu, homicida (ſi ſcitur quis illud homicidium commiſerit) pœna homicidii puniatur. Vnus tamen puniri poſſit tanquam Caporalis & factor battalliæ, pro qualibet parte, Alii verò, vt trahentes puniantur, & de aliis exceſſibus particularibus per eos in dicta battallia commiſſis; ſaluo q̃ de inſultu, infugatione, & minationibus lapidum, faciendo ſe teneri, miſſione manus ad arma, verbis iniurioſis, & percuſſionibus ſine ſanguine; de quibus, trahentes ad battalliam, nullo modo puniri poſſint. Et hoc, locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris.



Et battallia intelligatur, vbi interuenerunt duodecim homines, armati armis prędictis, & abinde ſuprà, pro qualibet parte. Et ſi ab vna parte eſſent duodecim homines armati, vel plures; & ab alia, à duodecim hominibus armatis infrà, vſq; ad ſex homines; dicta Pars, in qua xii. homines armati, vel plures interuenerunt, puniantur pro battallia; & alia Pars pro rixa.

*De facientibus rixam.* Cap. 95.

QVicunq; fecerit rixam, cum armis; ſoluat, ſi fuerit Pedes, lib. proui. xxx. Si veró fuerit Miles, vel de genere Militum, vel Cauallarottus; lx. libras prouiſinorum. Si verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; quingentas prouiſinorum. Et inceptor dictæ rixæ, vltra dictam pœnam, ſoluat quindecim libras prouiſinorū ſi fuerit Pedes. Si fuerit Miles, vel de genere Militum, ſeu Cauallarottus; xxv. lib. prouiſinorum. Si verò potentior de Magnatibus, vel eius baſtardus; C. lib. prouiſinorum. Et ſi plures inceptores fuerint ex vna parte; vnam tantùm pœnam ſoluant. Et ſi in dicta rixa interuenerit homicidium; ſoluat Caporalis, de cuius parte non eſſet mortuus ſeu occiſus; quingentas lib. prouiſinorum, ſi fuerit Pedes. Si verò Miles, vel de genere Militum, ſeu Cauallarottus; mille libras prouiſinorum Si veró de Magnatibus, vel eius baſtardus; mille flor. auri, pro tali homicidio. Quarum pœnarum homicidii, medietas ſit Cameræ Vrbis; & alia medietas hæredum interfecti. Et ſi mortuus vel occiſus, de neutra parte eſſet; tunc Caporales vtriuſq; partis, ſoluant dictas pœnas homicidii, quilibet pro medietate. Et in quolibet caſu, homicida (ſi ſcitur quis illud homicidium commiſerit) pęna homicidii puniatur. Et vnus tantúm puniri poſſit tanq̃ factor & Caporalis rixæ, pro qualibet parte. Alii verò, vt trahentes ad rixam, puniantur; & de aliis exceſſibus per eos in dicta rixa particulariter commiſſis; ſaluo q̃ de inſultu, infugatione, lapidatione, faciendo ſe teneri, miſſione manuum ad arma, verbis iniurioſis, & percuſſionibus ſine ſanguine; de quibus, trahentes ad rixam, nullo modo puniri poſſint. Et hoc, locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris. Rixa autem intelligatur, vbi interuenerunt ſex homines armati, vel abinde ſuprà, vſq; in duodecim, excluſiuè, pro qualibet parte.

*De ſbarris, & incaſtellationibus.* Cap. 96.

NVllæ ſbarræ, neq; incaſtellationes fiant in aliqua parte Vrbis, ex quibus poſſit fieri guerra, vel turbari pacificus ſtatus Vrbis. Qui contrafecerit; in mille libris prouiſinorum, puniatur. Opifices autem, qui talia ædificia ſeu machinas laborauerint, aut erexerint, & eorum manuales, & ſcolares, in centum lib. proui. pro quolibet, puniantur. Quas, ſi infra decem dies, à die latæ ſententiæ, ſeu poſtq̃ in fortiam venerint Senatoris, non ſoluerint; amputetur dictis opificibus & ſcolaribus qui in prædictis deliquerunt, manus dextra; ita ꝙ à brachio ſeparetur. Si verò cum fune, vel cum ſimilibus, ſbarrauerint vt dictum eſt; in centum libris prouiſi. puniantur, vice qualibet, tantùm.

*De lapidantibus de aliqua domò.* Cap. 97.

ITem, ꝙ ſi de aliqua turri vel domo, maiori quinq; palariarum, ꝓiecti fuerint lapides in aliquo prælio, battallia, vel rixa; confiſcetur Cameræ Vrbis dicta domus vel turris; ſaluo, ꝙ ſi redimere voluerit domum vel turrim, ꝙ liceat illi cuius fuerit domus vel turris, pro quinquaginta lib. prouiſinorum. Si veró fuerit lapidatum de domo quinq; palariarum, vel infra; liceat redimere pro xxv. lib. prouiſi. excepto ſi mandatum fuerit Curiæ, de mandato, vel ad defenſionem domini dictæ domus, vel turris, & habitantium in ea. Et ſaluo, ſi apparuerit aliquando



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Curiæ dicti D. Senatoris, ꝙ dicta domus fuiſſet incaſtellata, & de ea fuiſſet lapidatum, contra partem illius cuius eſt domus, in rixa, vel prælio ſuo, vel alterius q̃ domini domus; ipſo domino domus abſente de Cõtrada dictæ domus; tunc dominus non ſit in dicta pœna; ſed qui incaſtellauerit, vel incaſtellari fecerit dictam domũ vel lapidauerit, vel lapidari fecerit de dicta domo; puniatur in dicta pœna. Sed ſi proiecti vel lapidati fuerint lapides de domo communi inter plures conſortes, in prælio, vel rixa vnius de conſortibus, vel aliquorum; ille pro parte cuius fuerit lapidatum, teneatur redimere, & ſoluere dictas pœnas. Quòd ſi nõ redemerit; Curia procedat ad confiſcationem partis ſuæ tantùm. Et nihilominus procedat ad executionem dictæ pœnæ contra dominum dictæ partis, & bona ſua, & non aliorũ conſortium. Saluo, ſi alii conſortes vellent dictam partem redimere, & ſoluere dictas quantitates; ꝙ poſſint hoc facere & habere, & ſic tenere dictam partem ſui cõſortis, donec ſatisfactum fuerit ſoluenti vel ſoluentibus, de quantitatibus prædictis, quas ſoluiſſent occaſione prædicta. Et ſi penſionarius incaſtellaſſet; à confiſcatione ſit libera ipſa domus ſupradicta. Et de p̄dictis, poſſit ꝑ inquiſitionẽ ꝓcedi.

*De inciſoribus uinearum.* Cap. 98.

SEquentes Statutum Franciſci de Baroncellis, ſtatuimus ꝙ qui doloſè vineã alienam inciſerit, vel aliter deuaſtauerit, ſeu aliquam partem eius; ſoluat centum libras Cameræ, & damnum Parti emendet; de quo damno ſtetur ſacramento dãnum paſſi; taxatione tamen iudicis præcedente. Ad probationem autem inciſionis ſeu deuaſtationis, ſufficiat probatio quatuor teſtium, omni exceptione maiorũ probantium ſaltem per publicam famam. Qui autem dictam pœnam, infra viii. dies, à tempore quo in fortiam Communis peruenerit, non ſoluerit; amputetur ei manus. Et ſuper hoc poſſit inquiri. Et idem per omnia, de pergulis, quæ ſunt in habitationibus Vrbis.

*De offendentibus in locis uetitis.* Cap. 99.

ITem, ſequentes Statutũ dicti Franciſci, ſtatuimus ꝙ quicunq; de Contrada Mercati, ſeu de habitantibus in contrada Mercati, prædicta, vel in Contrada infraſcripta; receptare & retinere præſumpſerit in domo ſua, aliquem qui offenderit venientem vel redeuntem à Capitolio, à S. Maria Curtis, à domo Maii Cãdarulis, à S. Ioanne de Mercato, vſq; ad Capitolium, ſuprà verſus Capitolium; & à domo Taglientorum, verſus S. Mariam de Aracæli, vſq; ad Capitolium; & à carcere SS. Petri & Pauli, verſus Fauam toſtam, & à S. Sergio & Baccho, verſus Capitolium; & à domo della Roccia, verſus planum; & à domibus Ruſſorum, verſus planum; & à S. Nicolao de Funariis, verſus planum, & Capitolium; Incidat in pœnam L. lib. prouiſinorum, Vrbis Cameræ applicandarum. Et in iſto caſu, poſſit & debeat per Senatorem & eius Curiam, inquiri. Et in eandem pœnam incidat, quicũq; aliquem de euntibus ad S. Petrum, offenderit á domo Ioannis Cinquidienti, vſq; ad portas factas per Scarram, vltra portam Pruntii. Quæ omnia, non vendicent ſibi locum, ſi inter homines habitatores infrà dicta confinia, offenſiones interuenerint. Quæ loca ſupradicta, volumus per offenſos deſignari.

*De duplicatione penarum in Milite, & Cauallarotto.* Cap. 100.

IN omnibus caſibus, ſuprà in hoc Titulo comprehenſis, duplicentur pœnæ in Milite, & filio Militis, & Cauallarotto. Vbicunq; autem in hoc Statutorum volumine, ſit mentio de Milite, ſiue tractatur de Cauallarotro, ſiue de pœnarum impoſitione, ſiue augmentatione; intelligatur de illo, qui eſt filius Militis, ſiue de genere Militis. Et idem intelligatur de illo, cuius bona valent duobus millibus libris pro



uiſinorum, & ab inde ſuprà. De quo valore, ſufficiat probari per tres vel quatuor teſtes idoneos, de publica fama probantes. Et illi habeantur & intelligantur pro Cauallarottis, in quolibet caſu, in hoc Statutorum volumine comprehenſo; qui hactenus habuerint officium Cauallarotti, in Vrbe, vel eius diſtrictu, & qui luſerunt in ludis Agonis, & Teſtaciæ.

*Quòd Pars habeat medietatem pœnarum, à centum ſolidis ſupra.* Cap. 101. Supra c. 72. verſ. de quibus oibus

STatuimus, & ordinamus, ꝙ de omnibus & ſingulis pœnis, imponendis de quibuſcunq; maleficiis, perſonalibus ſiue in perſonis commiſſis, cuiuſcunq; mali, vbi pœna imponeretur á centum ſolidis ſuprà; ſi originaliter Pars accuſauerit; ipſa Pars medietatem dictarum pœnarum habeat, & alia medietas ſit Cameræ Vrbis. Reſeruatis ſemper, Partibus, & hæredibus offenſorum, omnibus quæ ſpecialiter Statuta concedunt vel permittunt.

*De blaſphematoribus.* Cap. 102.

QVicunq; maledixerit Deo, vel beatæ Mariæ Virgini; puniatur in decem lib. prouiſinorũ. Et qui maledixerit aliis Sanctis; puniatur in centũ ſolidis, ꝓ qualibet vice; qui maledixerit diſtinctim, & non ſub vna oratione. Et in vtroq; caſu detineatur in Cancellaria Palatii Capitolii, octo diebus; quod poſſit redimere, ſoluendo aliàs decem libras Cameræ Vrbis. Nec poſſit condemnari pro qualibet accuſatione vel inquiſitione, ad ſtandum in Cancellaria vltrà octo dies; etiam ſi in accuſatione ſeu inquiſitione plures maledictiones attemptaſſe probetur. Et non dicat cauſam in vinculis, ſi dictas x. libras denariorum, de quibus poteſt ſe redimere depoſuerit in Camera Vrbis. Et hoc, locũ habeat etiã in p̄teritis, præſentibus, & futuris. Et de p̄dictis, poſſit quilibet accuſare, & Curia poſſit ꝑ inquiſitionẽ ꝓceder̃.

*De minoribus, qualiter procedatur contra eos.* Cap. 103.

SI quis impubes, minor x. annis & dimidio; commiſerit aliquod maleficium; ad pœnam non teneatur. Abinde verò ſuprà, vſq; ad tẽpora pubertatis; ſi aliquod maleficium vel exceſſum commiſerit; teneatur ad medietatem pœnæ, qua teneretur maior, ſi tale maleficium commiſiſſet. Et ſi maleficium vel exceſſus pœnam mereretur capitalem; ſoluat quingentas libras prouiſinorum. Et ſi aſſociatus, homicidium committeret; pœna homicidii puniatur; & non teneatur de ſuſceptione vindictæ, niſi aſſociatus à puberibus ſeu à maioribus, vindictam ſumeret; quo caſu pœna vindictæ teneatur. Et ſi primo caſu, minor x. annis & dimidio, reperiretur diffidatus de contumacia vel confeſſio; diffidatio non teneat ipſo iure. Immo Senator & Iudices, ſtatim conſtito de ætate, omni ſolemnitate omiſſa, diffidationem caſſari, & ipſum reaffidari faciant, ad petitionẽ cuiuslibet conquærentis; non obſtãtibus quibuſcũq; Statutis, ſuprà vel infrà poſitis, quæ huic poſſent obuiare Statuto.

*De defendentibus ſe, cum moderamine.* Cap. 104.

DEfendens ſe, cùm moderamine tutelæ inculpatæ; ſi primò pulſatus, ad ſui defenſionem, aliquod crimen, maleficium, vel delictum commiſerit; non teneatur ad pœnam; cum vim vi repellere, omnia iura permittant.

*De corrigentibus, & uerberantibus familiam ſuam.* Cap. 105.

POſſit quilibet corrigere & verberare familiam ſuam; ſcilicet pater filium, & nepotem ex filio; frater fratrem; patruus vel auunculus nepotem, & alios familiares, quos retinent ad ſua impendia. Et ſi de hoc fuerit propoſita quærela; non recipiatur per Senatorem, & eius Iudices.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *De delicto inquilini.* Cap. 106.

PRopter inquilini delictum, non damnificetur dominus domus; ſed de bonis conductoris, tam pro pœna q̃ pro foſſuris, ſatisfiat. Et hoc, locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris.

¶ *De pœna armorum.* Cap 107.

QVicunq; portauerit per Vrbem, de die, cultellum; ſoluat Cameræ pro pena, viginti ſolidos prouiſinorum, & perdat cultellum. Si verò portauerit enſem, de die; ſoluat vnum ducatum, & perdat enſem; pro cerbelieria x. ſolidos prouiſinorum, & perdat eam. Si verò portauerit correttum, aut corazinã, de die; ſoluat pro pœna, decem ſolidos prouiſinorum. Liceat tamẽ dicta arma redimere; videlicet, cultellum pro quinq; ſolidis prouiſinorum; Enſem pro decem ſolidis ꝓuiſinorum; correttum ſeu corazinam, pro xx. ſolidis prouiſinorum. Quę pœnæ omnes, duplicentur de nocte, in caſibus ſupradictis, & in Militibus duplicentur. Ex ſupradictis, excipimus illos qui irent vel redirent extra Vrbem, vel aliam iuſtam cauſam haberent. De tali autem prohibitione armorum, in principio ſui regiminis, Senator bandiri facere teneatur; & ꝙ Mareſcalli teneantur ipſa arma reſtituere volenti redimere, vt ſupradictum eſt; ad pœnam xxv. librarum prouiſinorum, pro corretto, vel corazina, & aliis armis prędictis, ad pęnã C. ſoli. prouiſinorum.

¶ *De eodem.* Cap. 108.

SI quis portauerit baliſtam, picchacennerem, bordancellum, ſeu ſpontonem, ad aliquam battalliam, ſeu rixam; ſoluat Cameræ, quinquaginta libras prouiſinorum. Si baliſtauerit ſeu percuſſerit cum dictis armis; Pedes, ſoluat centum libras prouiſinorum; Miles verò, ducentas libras prouiſinorum; de quibus Senator inquiſitionem facere teneatur. Picchacennerem verò, & bordancellum quadratum per Vrbem & extra Vrbem, portare non poſſint. Et qui contrafecerint, in xxv. lib. proui. puniantur, de die; de nocte verò, in quinquaginta lib. prouiſinorum. Mareſcalli, & eorum notarii tollant omnia arma quæ inuenerint; & eodem die quo inuenerint, aſſignent in Camera Vrbis; ad pœnam Centum ſolidorum, pro qualibet vice, & quolibet contrafaciente, de eorum ſalario retinendorum.

¶ *De eodem.* Cap. 109.

NVllus detineatur in Cancellaria, pro cultello vel aliis armis ſibi inuentis; niſi eſſet captus de nocte, & fideiuſſionem dare ceſſauerit, vel infamatus vel aliter condemnatus vel diffidatus Cameræ Vrbis, exiſteret.

¶ *De his qui non poſſunt ſoluere condemnationem.* Cap. 110.

QVicunq; fuerit condemnatus de aliquo maleficio; ſoluat pœnam in Statutis contentam, in qua fuerit condemnatus. Et ſi non ſoluerit; Senator compellat eum & fideiuſſores eius, in perſona & rebus, & qualitercunq; potuerit. Et ſi nõ habet bona vnde ſoluat; diffidetur ipſe & fideiuſſores eius; & non poſſint reaffidari, niſi ſatisfecerint. Et ſi fuerit in fortia Communis; non relaxetur, niſi ſoluerit dictam pœnam.

¶ *De patre non grauando pro filio emancipato.* Cap. 111.

SI quis filius emancipatus alicuius, commiſerit aliquod maleficium; propter id, pœnam non patiatur pater in bonis.



¶ *De duplicatione pœnarum, ratione temporis, perſonarum, & loci.* Cap. 112.

STatuimus & ordinamus, ꝙ pœnę, quę in Statuto continentur, duplicentur cõtra illos, qui maleficium commiſerint extra eccleſiam S. Mariæ de Capitolio, in tota platea dictæ eccleſiæ; & in toto loco fori, vſq; ad ruinam de Mãnettis; & in adunantia, quando fit in Capitolio; & quando ſunt homines ad contrahendum parentelas, vel ad Curiam, vel ad nuptias, vel ad corruptum; cõtra familiares D. Senatoris, qui morantur in Capitolio ad comedendum & bibendum; & contra iudices Capitolii de Aſſettamento; & die Iouis Carniſpriuii, in Agone; & in dominica Carniſpriuii, quando fit ludus in Teſtacia; exceptis pueris qui vadunt ad ludũ. Et quando fit ludus in Teſtacia, tunc illæ perſonę poſſint ire armatæ ad ludum, pro pugna facienda, more ſolito, ſine pœna, quæ in ludo talia facere conſueuerint. Item, quando Romani ſunt in exercitu, & in die Natiuitatis Domini, & eius vigilia; & in die Reſurrectionis Domini, & eius vigilia; de nocte omni tempore; In feſto Sancti Petri & Pauli; & in die Veneris Sancti; Saluo, ꝙ ſi habitantes in dictis locis, commiſerint aliquod maleficium inter ſe adinuicem, ante domus ipſorum ſoluant pœnam ſimplam, ſicut ſoluunt alii conuicini Romani, de maleficio quod commiſerint inter ſe, delinquentes inter ſe in propria conuicinia, prout continetur in Capitulis Statutorum. Si verò quis in palatio Capitolii, à prima porta ſuprà, vel in eccleſia S. Mariæ de Aracæli, in parlamento, & etiam in locis fori, quando fit forum, maleficium committat; tunc pœnæ quadruplicentur.

¶ *De offendentibus officiales & procuratores.* Cap. 113.

SEquentes Statutum Franciſci de Baroncellis, & D. Vrſi de Filiis, ſtatuimus ꝙ ſi quis percuſſerit, ſeu percuti fecerit, vel aliter offenderit, in perſona tantùm, officiales Vrbis & Curiæ Capitolii, præteritos, præſentes, & etiam futuros, ſeu quoſcunq, alios officiales, qui per tempora erunt, ſiue durante eorum officio, ſiue finito; videlicet iudices Aſſectamenti, Iudices ad ſindicandum aſſumptos, Aduocatos vel Procuratores, Mareſcallos, executores pacis, & eorum notarium; necnon Prothonotarium, notarios maleficiorum, Camerarium, notarium cauſarum Vrbis, notarium DD. Conſeruatorum, iudicem appellationum, ſeu aliquem eorum, ratione officii; teneatur ad penam quingentarum lib. proui. pro medietate Camerę Vrbis, & pro alia medietate Parti. Et ſemper præſumatur & intelligatur, eos eſſe percuſſos ac etiam offenſos ratione officii, niſi contrarium probetur; Quæ probatio ita demum reputetur legitima, ſi fiat per tres teſtes legitimos & idoneos, omni exceptione maiores. Et in eandem pœnam incidant, percutientes aduocatos & ꝓcuratores, ratione officii; in quibus etiam præſumatur ꝙ ratione officii factum ſit, niſi contrarium probetur, vt ſupra dictum eſt. Quæ pœna, contra nobiles, ſequimenta præſtantes, & eorum ſpurios & baſtardos, quadruplicetur, & grauius puniãtur, ad arbitrium Senatoris, cum conſenſu & conſilio DD. Conſeruatorum. Et nihilominus in omnibus caſibus ſupradictis, prædictus delinquens puniatur vltra pœnas prædictas, pœna quæ imponeretur pro exceſſibus ſimplicibus per eum commiſſis, iuxtà formam Statutorum.

¶ *De recipientibus ſtipendium, uel uenientibus contra Rempublicam.* Cap. 114.

QVicunq;, contra ſtatum S. D. N. Papæ, & eius Succeſſorum, & Sanctę Romanæ Eccleſiæ, Romanum populum, vel Senatorem, vel Senatus officium gerentes, ſeu Rempublicã; ab aliquo receperit ſtipendiũ, ſeu aliter machinatus fuerit capitaliter; in publicatione bonorũ ſuorũ puniatur. Saluis tamẽ dotibus mulierũ, & alienationes per eũ, à tẽpore maleficii perpetrati citra, factæ, nõ valeãt ipſo iure.

¶ *De eodem.* Cap. 115.

SI forenſis de Vrbis diſtrictu, contra Senatorem, vel Senatus officium gerentem
ſeu contra Rempublicam, rebellionem commiſerit; traſcinetur per Vrbem, &
furcis laqueo ſuſpendatur, & eius bona Cameræ applicentur. Saluis tamen dotib⁹
mulierum. Et locus, vnde eſſet talis, rebellionem committens, vel ſtipendium reci
piens contra Rempublicam; ſi fuerit Ciuitas, in mille lib. prouiſinorum; ſi Caſtrũ
vel Rocha; in quingentis lib. prouiſinorum; ſi Villa; in trecentis lib. prouiſi. Ca
meræ condemnetur, ſi de voluntate vel conſenſu dictæ Terræ, prædicta cõmiſerit.

¶ *De hys qui non permiſerint ſe pignorari.* Cap. 116.

QVicunq; non permiſerit ſe pignorari; ſi Miles vel Cauallarottus, vel pro Ca
uallarotto habitus fuerit; ſoluat xl. lib. prouiſi. Pedes verò, xx. ſolidos proui
ſinorum. Et de hoc credatur Mandatario, cum vno teſte de viſu, vel duobus de
publica fama.

¶ *De expellentibus Foſſores & Mandatarios.* Cap. 117.

SI quis expulerit Foſſores ſeu Supercauatores; ſoluat centum ſol. prouiſinorum,
Et ſi percuſſerit eos cum armis; puniatur ſecundum pœnam ſtatutam in aliis ꝑ
ſonis. Expulſio verò Mandatariorum, ad cauandum ſeu fodendum miſſorum, ſic
intelligatur; videlicet, quando Cauatores vellent cauare parietes domus; & tunc
eſſent exinde remoti per pannos, turpiter & violenter, vel propter percuſſiones
factas in eis. Sed per verba prolata contra eos, non intelligantur eſſe remoti. Et
non credatur accuſatoribus; Sed cum expellentur, vocẽtur duo teſtes maſculi vel
fæminę, per quos ipſa expulſio probetur; qui teſtes ſint idonei. In picturis Militum
vel aliorum, Cauatores non fodant, ſi alibi fodere poſſunt. Mandatarii teneantur
ſine precio citare quemlibet ſtantem in Curia Capitolii, & per bancas, & ante ſan
ctam Mariam de Aracæli; ſub pœna x. lib. proui. qualibet vice. Hoc addito, ꝙ
quando Mandatarii ad fodendum vadunt, in illa parte domus habeant fodere, in
qua vel per quam minus damnum infertur. Et ſi dominus vel habitator domus, ad
quam vadunt ad fodendum, cum effectu, cum pecunia vel pignoribus eſt paratus
ſatisfacere; Mandatarii ſeu foſſores non debeant poſt ſatisfactionem vlterius fode
re, niſi nouum mandatum receperint ab officialibus. Et ſi contrafecerit, debeat
equès poni in Leone marmoris, exiſtente in ſcalis Palatii Capitolii, cum quadam
mitra in capite, in qua ſit ſcriptũ, Inobediens mandati tranſgreſſor; & faciẽ habeat
vnctã de melle, & debeat manere ibi equès, quouſq; fuerit & durauerit Mercatũ.

¶ *De eodem.* Cap. 118.

SI qua Communitas, vel Caſtrum, vel aliquis alius, expulerit Mandatarium, qui
ad petitionem alicuius, mittere debeat eum in poſſeſſionem alicuius rei mobi
lis vel immobilis; Senator debeat ipſum vel ipſos condemnare in centum lib. pro
uiſi. & condemnationem auferre, & Cameræ Vrbis applicare, occaſione expulſio
nis. Et compellat Sindicum & Commune Ciuitatis, vel Caſtri, & illum de Com
munitate Ciuitatis vel Caſtri, ſatisfacere de fructibus. Et de hoc, ſtetur relationi
ipſius Mandatarii, & Notarii, ſacramẽto ꝓſtito ab eiſdẽ, cũ probatione vnius teſtis.

¶ *Quòd ſtetur relationi Mandatarii.* Cap. 119.

CRedatur ſacramento Notarii, miſſi ad colligendum fructus Terræ, Caſtri, vel
loci, de quo facta fuerit miſſio in poſſeſſionem, vel adiudicatio creditori, cum
probatione vnius teſtis. Et idem ſi dixerit ſe expulſum, vel non admiſſum. Quo



facto Senator & eius officiales & iudex, teneantur, inductum in poſſeſſionem, ſeu
eum cui adiudicatio, ſeu in ſolutum datio facta eſt, iuris & facti remediis oportunis
manutenere & defendere.

¶ *Quòd Mandatarij non renuncient citationes.* Cap. 120.

NVllus Mandatarius, renunciet aliquam foſſuram vel citationem; dicens ꝙ no
lit vocare illum cui mittuntur foſſuræ; nec renunciet aliquam citationem vel
foſſuram; nec citationem vel foſſuram ſibi commiſſam, alii committat; & qui con
trafecerit, puniatur in xx. ſol. proui. pro qualibet vice, Cameræ Vrbis. Et officia
les Curiæ, per quos mittuntur foſſuræ ſeu citationes; in continẽti cogant eum ſol
uere dictam pœnam. Et dictus Mandatarius perdat officium; de qua pœna, medie
tas ſit Cameræ, & alia medietas, accuſantis.

¶ *De coniuratione contra bonum Statum Vrbis.* Cap. 121.

NEmo faciat nec facere præſumat coniurationem vel adunantiam, contra ho
norem & bonum Statum Vrbis, ſine mandato Senatoris, & DD. Conſerua
torum. Et qui contrafecerint, puniantur; Conſiliarius, ſi fuerit Miles, in quingen
tis lib. prouiſinorum; ſi fuerit Pedes, in trecentis lib. prouiſinorum. Ille verò qui
fuerit Caput ſeu Principalis, ad dictam cõgregationem faciendã; puniatur in mil
le lib. prouiſinorum, Cameræ Vrbis applicandis. Si verò fuerit Baro, vel de eorũ
baſtardis, qui fecerit, vel fieri fecerit coniurationem & adunantiam prædictam,
puniatur in duobus milibus lib. prouiſinorũ. Et ꝙ de prædictis, per Curiam Sena
toris poſſit per inquiſitionem procedi.

¶ *De ſimonia.* Cap. 122.

SI quis vel ſi qua dederit ſimoniam officialibus Curiæ Capitolii, vel eos corrupe
rit in cauſa aliqua; in triplum puniatur; niſi prædicta denunciauerit ſindicatori
talium officialium, tempore ſindicatus. Et qui acceperit, in quadruplum puniatur
& deponatur ab officio. Et idem intelligatur de Conſulibus artium Vrbis, & de eo
rum Notario, & quibuſcunq; aliis officialibus Vrbis.

¶ *De Tiburtinis offendentibus Comitem Tibׄris.* Cap. 123.

QVicunq; de Tibure, offenderit, ſeu iniuriam fecerit realem vel perſonalem,
Comiti qui per tempora fuerit in Tibure, vel eius familiæ & officialibus; ſol
uat nomine pœnę, vice qualibet, pro offenſione ſeu iniuria perſonaliter, vel in per
ſona, vel realiter facta Comiti, quingentos ducatos prouiſinorum. Pro verbali ve
rò, ducentos & quinquaginta ducatos; pro offenſione familiaris ſeu birruarii; L.
ducatos prouiſinorum. Quarum pœnarũ, medietas ſit Cameræ; & alia medietas
Cõmunis dictæ Terræ. Et ſimilibus pœnis puniantur, offendentes officiales quos
Romani mittunt, ſcilicet Poteſtates, Caſtellanos, & alios eorum officiales, ad Ci-
uitates, Terras, & Caſtra, ad quæ Romanus Populus mittit officiales. Quæ omnes
dictæ pœnę, augeri poſſint arbitrio Senatoris, & Conſeruatorũ Cameræ Vrbis.

¶ *De ſcauantibus affines, & terminos.* Cap. 124.

NEmo debeat extrahere, ſcauare, vel amouere affines ſeu terminos alicuius rei
nec de re ſeu proprietatte communi, ſeu aliena. Et qui contrafecerit, ſi fuerit
Pedes, ſoluat quinquaginta libr. prouiſinorum. Et ſi dictam pœnam ſoluere nõ poſ
ſit; amputetur ei manus dextra, ita ꝙ à brachio penitus ſeparetur. Cuius pœnę, me
dietas ſit Cameræ; & alia medietas, ſit accuſantis. Miles autem, ſi contrafecerit,
ſoluat centum lib. prouiſinorum. Et ſi pœnam ſoluere non potuerit; amputetur ſi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

bi manus, vt dictum eſt ſuprà de prædictis. Si verò prædicta commiſerit aliqua Cōmunitas, vel aliquis Baro, vel baſtardus Baronis, Miles, Cauallarottus, vel pro Cauallarotto habitus; puniatur in quingentis lib. prouiſinorum Communitas, vel Baronis baſtardus, Miles, vel Cauallarottus, vel pro Cauallarotto habitus, vt ſupra dictum eſt. Et in omnibus caſibus, teneatur Parti ad refectionem damnorum, expenſarum, & intereſſe.

¶ *De impedientibus executionem iuſtitiæ.* Cap. 125.

Alex. Cap. 18. SI Mareſcallus, habens debitam commiſſionē, impediretur in executione; ſi executio eſt ſententiarum capitalium, aut corporis afflictiuarum; impediens, pœnam criminis lęſę maieſtatis incurrat. Si in capturis aliter ſibi ſpecialiter commiſſis, impediretur; impediens, & captiuum ſubripiens; in quingentis libris, Cameræ condemnetur, & damnum parti lęſę reficiat. Si in executione ſententiarum ex ciuilibus cauſis, impediatur; in tricentis libris, Cameræ condemnetur. Si verò in rixis, aut in occurrentia exceſſuum, ſine aliqua commiſſione, aliquid iuſtè agere volens, impeditus fuerit; vltra delicti pœnā, in centum lib. Cameræ condemnetur.

¶ *De Iudicibus & Notariis maleficiorum, non formantibus debitè inquiſitiones.* Cap. 126.

ITem, ꝙ Iudices & Notarii maleficiorum, debeant in inquiſitionibus ponere oēs & ſingulas qualitates delictorum perpetratorum, ad eorum notitiam peruentas aut publicas; aliàs; ipſi, etiam ſi omiſſa qualitas perſonalem requireret pœnam ſimilem incurrant, inremiſſibiliter infligendam, & exigendam; tempore eorū Sindicatus, vel prius, ſi ad Superiorum notitiam peruenerit.

¶ *De uiolentiis.* Cap. 127.

QVærelam ſuper violentia expulſiua vel de turbatiua, volens proponere; ſi ciuiliter agere voluerit; adeat Iudicem de ciuilibus agnoſcentem. Si verò criminaliter; ad Iudicem maleficiorum, accuſando, recurrat. Poſſit tamen in eodem libello, ciuile & criminale deducere; & tunc Iudicem maleficiorum adeat, qui vtranq; cauſam, infra tempus à Statuto ſuper cauſarum deciſione pręfixum, eadem ſententia decidat, aut ſuper vtraq; condemnando, aut ſuper vtraq; abſoluendo. Ita ꝙ nullo modo, ſicut olim, fiat remiſſio ad ciuile iudicium, vt cauſæ & lites abbreuientur, & litigantium parcatur expenſis.

¶ *De eodem.* Cap. 128.

QVicunq;, cum armis, violenter expulerit aliquem de poſſeſſione alicuius rei immobilis; ſi fuerit Pedes, puniatur in xxv. libris prouiſinorum; Miles ſeu Cauallarottus; in quinquaginta libr. prouiſinorū; Potentior verò de Magnatibus, vel eius baſtardus; in quingentis lib. proui. puniatur. Si verò ſine armis prædicta cómiſerit; in xv. lib. prouiſi. ſi ſit Pedes; Miles ſeu Cauallarottus; in xxx. lib. Potétior veró de Magnatibus, vel eorum baſtardus; in tricentis lib. proui. puniatur, Cameræ applicandis.
Lib. 1. c. 96. & 97 Et in omnibus caſibus ſupradictis, poſſeſſionem reſtituat expulſo. Et eadem pœna, per omnia, locum habeat in turbatoribus, inquietantibus ſeu moleſtantibus aliquem in poſſeſſione alicuius rei immobilis. Per hoc tamen, nolumus præiudicari aliis pœnis particularibus, quæ per aliqua Statuta ſingularia imponuntur; quæ in ſuis caſibus, in quibus diſponunt, in ſuo robore perſeuerent.

¶ *De eodem.* Cap. 129.

QVicunq; exfortiauerit ſeu exfortiari fecerit, vel abſtulerit, vel auferri fecerit rem aliquam, immobilem, alicui perſonę; & maximè orphanis, viduis, & miſerabilibus



ſerabilibus perſonis; eccleſiis, monaſteriis, ſeu piis locis; dictam rem, illi cui ablata fuit, reſtituat; & pro pæna, ſoluat Cameræ Vrbis, duplum æſtimationis rei prędictæ exfortiatę. Et hoc, locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris; Saluis aliis Capitulis loquentibus de exfortiamento.

¶ *De eodem.* Cap. 130.

ITem, dicimus & ordinamus, ꝙ ſi aliqua perſona, quęcunq; fuerit, haberet condemnationem vel diffidationem de confeſſo, pro ſe factam, de ablatione & violentia, quæ dicitur facta de aliquo Caſtro, vel Roccha, vel tenimento eorum, & rebus exiſtentibus in eiſdem, vel quibuſcunq; aliis rebus; Senator præciſè, ad poſtulationem petentis, compellere teneatur cōdemnatum vel diffidatum, vt ſatisfaciat integre, prout in diffidatione & condemnatione integre continetur. Et ꝙ prędicta fiant per Senatorem, perſonaliter capiendo diffidatum ſeu cōdemnatum, & compellendo per captionem & diſtractionem bonorum, & alia iuris & facti remedia. Et ſi ſit Communitas propterea diffidata vel condemnata; etiam per caualcatam, & quocunq; alio modo, ad voluntatem petentis. Et prædicta, locum habeāt in præſentibus, pręteritis, & futuris.

¶ *De eodem.* Cap. 131.

ITem, dicimus & ordinamus, ꝙ ſi à xx. annis citrà, alicui perſonę, loco, vel Vniuerſitati, eſſet ſeu fuiſſet, ſeu fuerit in futurum, exfortiata ſeu ablata aliqua domus, ſeu palatium, turris, ſeu accaſamenta, ſeu munitiones, ſeu terrę, ſeu poſſeſſio quęcunq;, per quamcunq; perſonam, ſeu Vniuerſitatem, ſeu Communitatem; idq; probetur per publicam famā, per quinq; bonos & idoneos homines, Regionis ſeu Contradæ vel loci in quo poſitæ ſunt res prædictæ; Senator teneatur proprio iuramento, prætermiſſa ſolemnitate & ordine iuris, & abſq; accuſatione ſeu libello, ſola quærela ſeu ſimplici petitione verbali præcedente; ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſine mora; exfortiato ſeu eius hæredibus, res exfortiatas per dictū exfortiatoré, ſeu violatorem, ſeu expulſorem, ſeu eius hæredes, & quemcūq; poſſeſſorem dictæ rei exfortiatæ, facere cum effectu reſtitui, & ipſum in dictorum bonorum & rerum poſſeſſione reponere, & eius poſſeſſiones defendere & manutenere. Et nihilominus dicto exfortiato, damnum quod paſſus eſſet, emendare & emendari facere, ab illo, contra quem prædicto modo, per ſolam publicam famam probatum eſſet exfortiamentum. Quo probato, de eius damno & æſtimatione, teneatur & debeat dictus D. Senator ſtare ſoli ſacramento damnum paſſi, ſeu eius hęredum, abſq; alia probatione; taxatione tamen Iudicis præcedente. Et prædictus D. Senator, teneatur prædicta facere executioni mandari, ad ſimplicem poſtulationem ſeu requiſitionem exfortiati damnum paſſi, vel hæredum ipſius; ad pœnam centum florenorum auri; non obſtante aliquo Capitulo, & Conſtitutione, facto vel fiendo, quod in contrarium loqueretur.

¶ *De eodem.* Cap. 132.

ITem, dicimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis exfortiatus vel deſtitutus eſt vel fuerit, aliquibus Caſtris, caſalibus, domibus, villis, & vineis, ſeu poſſeſſionibus quibuſcunq;, ſtabilibus vel mobilibus; & inde poſuerit quærelam ſeu quærimoniam coram Senatore, vel Curia Capitolii; ꝙ idem Senator & Curia, ſi conſtiterit legitimè de exfortiamentis huiuſmodi; reducat illum vel illos qui ſic deſtituti ſunt, ſine ſtrepitu & figura iudicii, in poſſeſſionem Caſtrorum, ſeu bonorum quibus deſtituti ſunt. Et facta deſtitutione ipſa, ſi expoliator ipſarum rerum, credit in eis ius habere; ad illud ordine iudiciario procedat. Et ſuper prædictis, ſummariè, & ſine



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

ſtrepitu & figura iudicii procedatur, omni iuris ſolemnitate omiſſa. Et hoc, locum
habeat in præſentibus, præteritis, & futuris. Et ad probationem dictæ exfortiatio
nis & violentiæ, ſufficiat probatio facta per quinq; teſtes, de publica fama. Ad
hoc inquirendum, Curia poſſit vocare q̃ plures teſtes, ad petitionem exfortiati.
Et hoc, locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris. Et ſi clericus conetur
expellere laicum de ſua poſſeſſione; Senator teneatur defendere laicum, vt non pa
tiatur moleſtiam à clerico. Et ſi violenter eſſet expulſus, faciat laicum in ſua poſſeſ
ſione reponi. Et ſuper hoc, præſtet eidem auxilium & fauorem, ad pœnam cen-
tum florenorum auri.

¶ *De eodem.* Cap. 133.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi dominus alicuius Ciuitatis, Caſtri, vel Villę,
de iurisdictione Vrbis, vel dominus alicuius Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ; prohi
buerit, vel aliquod aliud fecerit, ꝓpter quod terra Ciuis Romani, vel aliæ res quę
libet, quas habeat in tenimento dictæ Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ, non laboraren
tur; vel ipſi Ciui præſtaretùr impedimentum in eundo, & veniendo ad dicta loca,
vel morando in eis; vel fecerit impedimentum illis qui laborauerint, vel labora
re vellent dictas terras, vel illis qui vellent morari in aliquibus domibus ſuis, ſeu
alterius; ſeu prohibitionem faceret, ne aliquis forenſis dictorum locorum, vende
ret aliquid dicto Ciui Romano, vel eius laborantibus; aut aliquod Statutum, or
dinamentum, ſeu aliquod aliud fecerit in præiudicium ciuis Romani, aut rerum
ſuarum, Teneatur emendare damnum, ſacramento patientis, et puniatur quali
bet vice, Ciuitas in ducentis libris prouiſinorum, Caſtrum vel Villa, in centum li
bris prouiſinorum. Et Senator teneatur de hiis inquirere, ad petitionem cuiusli
bet petentis, ad pœnam c. flor. auri.

¶ *De eodem.* Cap. 134.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis habeat Caſtrum, Villam, caſale, domū
vineam, hortum, ſeu quamcunq; aliam poſſeſſionem, ſeu tenutam, in Vrbe vel
extrà; & aliquis nobilis prohibuerit ipſam laborari, ſeu inquilinis & penſionariis
vt non laborent res ipſas; & propter hoc dominus dictarum rerum, damnificatus
fuerit, aut impeditus percipere fructus, & penſionem de rebus prædictis, aut per mi
nas, ſeu quocunq; modo, fecerit vacare dictas poſſeſſiones & domos; nec permiſe
rit ipſum dominum gaudere fructibus ipſarum rerum; in quingentis lib. prouiſi.
puniatur. Et nihilominus damnum emendet patienti, ſacramento ipſius, taxatio
ne Iudicis præcedente. Et prædicta ſufficiant probari per publicam famā, per tres
vel quatuor teſtes idoneos & fidedignos.

¶ *De eodem.* Cap. 135.

ITem, adhærentes antiquæ conſuetudini, & priuilegio D. Mathei Rubei, dudū
Senatoris; ſtatuimus ꝙ ſi quis quocunq; tempore, abſtulerit alicui Turrim, Ca
ſtrum, vel arcem, munitionem, ſeu domum vltra quinq; palarias altam, vel etiā
diruerit; Senator illicò, & ſine mora, & ſine aliquo quocunq; iudicio, res prædi
ctas reſtitui & liberari faciat, in ea qualitate & quantitate, in qua fuerint tempore
maleficii perpetrati. Inſuper malefactor ſoluere teneatur C. lib. prouiſi. ſi fuit Pe
des; Si verò Miles vel de genere Militum, vel Cauallarottus, aut eius bona valeāt
duobus millibus libris prouiſi. ſoluat ducentas libras prouiſinorum. Et ſi fuerit
de Magnatibus, vel eorum baſtardus; ſoluat quingentas libras prouiſinorū. Qua
rum pœnarum, medietas ſtatim præſtetur læſo, & alia medietas Cameræ. Si verò
domus ablata fuerit quinq; palariarum, vel minor; illico ſimiliter damnū reſtituat



& inſuper ſoluat xxx. libras prouiſi. ſi fuerit Pedes. Si autem Miles, vel de genere
Militum, aut Cauallarottus, vel eius bona valerent duobus millibus libris pro
uiſinorum; quinquaginta. Si veró fuerit de Magnatibus, vel eorum baſtardus;
ſoluat & ſoluere teneatur pro pœna, trecentas libras prouiſinorum. Quarum me
dietas, in pecunia damnum paſſo præſtetur, & alia ſit Cameræ. Et res ablatæ reſti
tuantur in omnibus caſibus prædictis. Si verò non extarent; præſtetur earum æſti
matio, delato iuramento Parti læſæ, & Senatoris præcedente taxatione. Et ſi in
prædictis Senator eſſet negligens; in ducentis libris prouiſinorum, de ſuo ſalario,
ſindicatus tempore, condemnetur.

¶ *De pœnis & maleficijs, de quibus non ſit mentio in præſenti Statuto.* Cap. 136.

SI quis commiſerit aliquod maleficium, de quo non haberetur mentio in præſen Lib. 4. c. 35.
ti Statuto; Senator & iudices Palatini, illum puniant ad ſimilitudinem alterius
maleficii, quod in hoc Statuto continetur; & ſi ſimile non inueniretur in præſenti
Statuto, ſecundum dictum iudicium, prout iuris fuerit.

¶ *Si quis accuſauerit aliquem de crimine capitali, & non probauerit.* Cap. 137.

ITem, ſtatuimus & ordinàmus, ꝙ ſi quis accuſauerit aliquem, de exceſſibus, ex
quibus merè capitalem mereretur ſubire ſententiam, accuſatus; Accuſans, non
audiatur, niſi datis fideiuſſoribus in Camera (ſi de crimine capitali) de ſoluendo cē
tum ducatos in caſu ſuccumbentiæ (in quibus condemnari debeat in ſententia ab
ſolutionis) necnon de ſtando in Cancellaria, tanto tempore, quanto fuerit accuſa
tus; in quibus, intelligatur diffidatus, vt capi poſſit, nec relaxari debeat, niſi dictis
pœnis ſatisfactis. Si verò quis accuſauerit de exceſſibus, ex quibus pœna pecunia-
ria fuerit; non audiatur, niſi primò dederit idoneos fideiuſſores, de ſoluendo me
dietatem pœnæ, in qua accuſatus fuerat condemnandus, abſq; aliquo beneficio
pacis aut confeſſionis; in quam pœna cenſeatur condemnatus, & executio fieri
poſſit vt ſupra; necnon Parti taliter abſolutæ, per ipſum iudicem, accuſator con
demnetur in expenſis. Si verò delictum, de quo accuſatio facta eſt, tale eſt, quod
mereretur abſciſſionis pęnam, vel capitalem, in defectū ſolutionis pecuniarię, tūc
accuſator prædictus in medietate dictæ pœnæ condemnetur, datis (vt in aliis dictū
eſt) idoneis fideiuſſoribus; aliàs non audiatur.

¶ *Si quis accuſauerit aliquē de facie deturpata, ſeu de mēbri abſciſſione, et nō probauerit.* C. 138.

ITem, ſi quis aliquem accuſauerit de facie deturpata, ſeu membro debilitato,
aut membri abſciſſione, vel mutilatione; & faciem deturpatam, aut membrum
debilitatum, aut abſciſſum, vel mutilatum, non probauerit; pro medietate pœnę
qua accuſatus, fuiſſet condemnandus, danda Camerario Cameræ; & accuſato in
expenſis condemnetur.

¶ *Si quis accuſauerit aliquem de effuſione ſanguinis.* Cap. 139.

ITem, ſi quis accuſatus fuerit de parua percuſſione, cum ſanguinis effuſione,
abſq; debilitatione membri, vel deturpatione faciei, ſine membri mutilatione;
& ipſe accuſator accuſationem huiuſmodi nō probauerit; & accuſatus mereretur
abſolutionis beneficium; ꝙ accuſator huiuſmodi, in medietate pœnę, qua accuſa
tus, fuiſſet condémnandus, Cameræ condemnetur, & expenſas reſtituat accuſato.
Si verò de vnica percuſſione ſine ſanguine, xx. ſolidos prouiſinorum. Si verò de
percuſſionibus pluribus, cum ſanguine, extiterit accuſatus; & non fuerit legitimè
teſtibus ſuperatus; & abſolutus fuerit ab eis; tunc ipſe accuſator, in medietate pę
nę, qua accuſatus, veniſſet condemnandus, danda & ſoluenda Cameræ, condemne



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

tur; & Parti,etiam in expenſis. Si verò de pluribus ſine ſanguine, extiterit accuſatus abſolutus, vt ſupra; in ſolidis xx. prouiſinorum, Cameræ; & in expenſis, Parti, condemnetur.

*Si quis accuſauerit aliquem,de inſultu, & ipſam accuſam non probauerit.* Cap. 140.

ITem, ſi quis accuſauerit aliquem de inſultu, minatione, vel infugatione, vel dãno dato, aut contemptu mandati; & ipſam accuſam non probauerit; medietatem pœnæ, in qua accuſatus fuiſſet condemnandus, Cameræ ſoluere teneatur; in quibus per iudicem condemnetur, & accuſato etiam in expenſis.

*Si quis accuſauerit aliquem de aliquo exceſſu, & non probauerit.* Cap. 141.

ITem, ſi quis accuſauerit aliquem de aliquo exceſſu, propter quem accuſatus ſtare debeat ac ſtaret in Cancellaria palatii Capitolii; & dictam accuſam non probauerit, ſed accuſatus, abſolutus fuerit; ꝙ accuſans ſtare debeat in dicta Cancellaria, tot diebus, quot accuſatus prædictus in ipſa Cancellaria ſtetit, propter accuſationem prædictam; & ſoluat accuſans, v. ſolidos prouiſinorum, accuſato, pro quolibet die, quo ipſe accuſatus, in Cancellaria ſteterit, occaſione accuſationis prædictæ. Et nihilominus in expenſis factis, per iudicem condemnetur. Et prædicta Senator ſeruare faciat, in omnibus caſibus, in quibus pœna imponitur accuſatori, propter accuſam non probatam; aliàs, incidat in dictam pœnam; dummodo accuſatus, abſolutus fuerit propter delictum non probatum; non autem, ſi abſolutus eſſet, quia teſtes diffidati vel excommunicati eſſent; vel accuſans, alia ſimili cauſa repelleretur.

*De accuſantibus de pluribus exceſſibus, & aliquos probantibus, & aliquos non.* Cap. 142.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis accuſauerit aliquem de pluribus exceſſibus, in vno & eodem libello; de quibus exceſſibus, ſi probarentur, veniret accuſatus, merè pecuniaria pœna condemnandus; & certos ex ipſis exceſſibus probaret accuſator, & certos non probaret; pro non probatis, ſoluat accuſator in Camera Vrbis, medietatem pœnæ, quæ per ſuperiora Capitula, imponitur accuſantibus & non probantibus.

*De accuſantibus de furto & robbaria, & non probantibus accuſationem.* Cap. 143.

ITem, ſi quis accuſauerit aliquem de furto vel robbaria, in caſu in quo veniret merè pecuniaria pœna imponenda; & accuſationem non probauerit; puniatur in medietate pœnæ, qua accuſatus, veniſſet ea accuſatione condemnandus.

*De incidentibus membrum.* Cap. 144.

ITem, ſi quis inciſerit ſtudioſè, ex propoſito, & deliberatè, alicui aliquod membrum; videlicet, manum, pedem, linguam, naſum, auriculam, aut occæcauerit ſtudioſè oculum, vel oculos; ſimile membrum ei amputetur; Niſi infra x. dies, à die latę ſẽtẽtiæ, vel poſtq̃ in fortiã Cõmunis peruenerit (ſi diffidatus propter hoc fuerit) ſoluat pro pede, manu, lingua, naſo, vel oculo, trecentas libras prouiſinorum, ſi fuerit Pedes. Si verò Miles, vel de genere Militũ, vel Cauallarottus; ſexcentas libras prouiſinorum. Si verò Baro, vel eius baſtardus; florenos mille. Pro auricula verò; Pedes ſoluat ducentas libras; Miles verò, vel de genere Militum, vel Cauallarottus; libras prouiſinorum quadringentas; Baro verò, Magnas, vel eius baſtardus; florenos auri ſexingentos. Quarum pœnarum, medietas ſit Partis, & alia Cameræ Vrbis.



*De portantibus plumbatam.* Cap. 145.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi quis portauerit plumbatam, & ſibi inuenta fuerit; ſoluat Cameræ Vrbis, pro qualibet plumbata ſibi inuenta, & pro quali- Lib. 4. c. 12.
bet vice, quingentas libras prouiſinorum. Et ſi cum ea vulnerauerit aliquem; amputetur ſibi manus. Si verò occiderit; puniatur de homicidio. Si verò cum ea admenauerit, & non percuſſerit; puniatur in ducentis libris Cameræ Vrbis. Poſſit tamen redimere manum, ſi infra xv. dies, poſtq̃ in fortiam Communis peruenerit & diffidatus fuerit, ſoluerit Camerario Cameræ Vrbis, Si Pedes, quingentas libras; Si Cauallarottus, octingentas; Si Baro, aut eius baſtardus; mille & ducentas. Et hoc Statutum, locum habeat, etiam ſi dicta plumbata non eſſet de plumbo ſed de quocunq; metallo.

*De portantibus bordoncellum quadratum.* Cap. 146.

ITem, ꝙ nullus, cum licentia vel ſine, poſſit portare bordoncellum quadratum, vel alia arma ſimilia bordoncello, vel quatrelletto; ad pœnam xxv. librarum prouiſinorum. Et portans arma prædicta, omnino per Mareſcallos ducatur ad Capitolium, & Senatori præſentetur; ad pœnam xxv. librarum prouiſinorũ. Et quicunq; officialis dederit ſeu conceſſerit alicui, licentiam arma prædicta portandi; cadat in pœnam xxv. librarum prouiſinorum Senatus, Vrbis Cameræ applicandarum, auferendarum eiſdem, tam per Sindicum qui talem officialem ſindicauerit, q̃per Senatorem Vrbis.

*De bannimentis in confiſcatione bonorum.* Cap. 147.

IN cauſis Cameræ Vrbis, in quibus tractatur de confiſcatione rerum ad Camerã delatarum, fiat ex parte & mandato Iudicis Cameræ, vnum bannimentum generale, in ſcalis Capitolii; & poſtea per Vrbem & per loca conſueta, ꝙ quicunq; in illis rebus prætendit aliquod ius habere, compareat coram dicto iudice, & de ſuo iure probet, infra octo dies cõtinuos, à die bannimẽti inantea, numerandos; & nemine comparente; vel comparente, & de ſuo iure legitimè non probante; fiat rerum confiſcatio, contra quam nullus decętero audiatur; dum tamen, ſi aliquis infra terminum prædictum comparuerit, ad dictam confiſcationem citetur.

*De pœnis conuentionalibus.* Cap. 148.

ITem, ſtatuimus ꝙ pœnæ conuentionales non exigantur, niſi eſſent in compro In Leon. c. 26.
miſſis appoſitę, vel pace, ſecuritate, vel tregua.

*Quòd Iudices procedant per acta pendentia, ad ſententias.* Cap. 149.

ITem, ꝙ Senator & eius iudices, poſſint & debeant, ex actis maleficiorum præte Idem ſupra c. 29.
ritis & pendentibus, ad condemnationes & pœnas inferendas procedere, ſecundum formam præſentium Statutorũ, de omnibus maleficiis præteritis, de quibus pendet proceſſus, & etiam de quibus non cognitum, neq; cæptum; ad penam quinquaginta lib. prouiſinorum.

Explicit Secundus liber Statutorum Vrbis
Romæ, in quo de Criminalibus tractatur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# Tabula rubricarum ſecundi libri Statutorum criminalium almæ Vrbis Romæ.


De hiis qui ad accuſandum admittuntur cap. 1.
De modo & ordine accuſandi cap. 2.
De citandis Reis, & modo procedendi in criminalibus cap. 3.
Qualiter procedatur ſuper accuſationibus & inquiſitionibus cap. 4.
De inquiſitionibus, & in quibus caſibus formari poſſint cap. 5.
De retinendis Reis per Curiam Capitolii cap. 6.
De reſponſione & defenſione Reorum cap. 7.
Qualiter procedatur contra mulierem accuſatam vel inquiſitam cap. 8.
Quòd filiusfamilias poſſit ſtare in iudicio, ſine patris conſenſu cap. 9.
De poſitionibus in criminalibus non faciendis cap. 10.
De teſtibus cogendis ad teſtificandum cap. 11.
De mulieribus ad teſtificandum cogendis cap. 12.
De quæſtionibus & tormentis cap. 13.
De homicidio cap. 14.
De aſſaſſinis cap. 15.
Qui de homicidio teneantur, & de præſtantibus auxilium homicidæ cap. 16.
De pœna imponenda Communitati, committenti homicidium cap. 17.
Quòd diffidata Communitate, ſinguli cenſeantur diffidati cap. 18.
Quòd diffidati agentes contra diffidatos, in cauſa ciuili non repellantur cap. 19.
Quòd nullus diffidetur pro debito centum ſoli. & ab inde infra cap. 20.
Quód diffidati, non poſſint eligi ad aliquod officium cap. 21.
De beneficio pacis hæredum occiſi cap. 22.
In quibus caſibus non habeat locum beneficium pacis cap. 23.
De executione contra homicidam, & bona ſua cap. 24.
De diuiſione bonorum homicidarum fienda cap. 25.
De domibus homicidarum non diruendis, & adiudicatione earum cap. 26.
De homicida non reaffidando, niſi prius concordauerit ſe cum Parte cap. 27.
Quòd diffidati de homicidio vel pace fracta, non poſſint petere pacem cap. 28.
De pace & ſecuritate fracta cap. 29.
Quibus modis pax frangitur cap. 30.
De frangentibus ſecuritatem vel treguam cap. 31.
De eodem cap. 32.
De frangentibus reconciliationes cum oſculo oris cap. 33.
De diffidato pro pace vel ſecuritate cap. 34.
De termino dando diffidato, vel condemnato ad mortem cap. 35.
De diffidato offendendo cap. 36.
De beneficio pacis, indulto paciſcentibus cap. 37.
De beneficio confeſſionis cap. 38.
Quód iudices procedant per acta pendentia, ad ſententias cap. 39.
De pace, & in quibus caſibus peti poſſit cap. 40.
Qui poſſint petere pacem cap. 41.
Quòd quilibet poſſit petere pacem vel ſecuritatem cap. 42.
De petentibus pacem à forenſibus cap. 43.
Quód domus non diruatur pro pace fracta cap. 44.





De aſſallimento de nocte cap. 45.
De ſumptione vindictę cap. 46.
De incendiariis cap. 47.
De diſrobatoribus & furibus cap. 48.
De eodem cap. 49.
De furtis iugorum, & aratrorum, & inciſoribus eorum cap. 50.
De beſtiis furatis, inuentis in tenimento alicuius Ciuitatis vel Caſtri cap. 51.
De proditoribus cap. 52.
De priuato carcere cap. 53.
De rapientibus puerum vel puellam cap. 54.
Qui poſſint de adulterio & exfortiamento, & infra quantũ tẽpus accuſare cap. 55.
De adulterio & inceſtu cap. 56.
De raptu cap. 57.
De committentibus adulterium, & pacem habentibus cap. 58.
De vendente mulierem cauſa libidinis cap. 59.
De deſerentibus vxorem ſuam, & tenentibus concubinam cap. 60.
De ſodomitis cap. 61.
De falſa moneta cap. 62.
De incidentibus monetam cap. 63.
De tenentibus ſeu cambiantibus falſam monetam cap. 64.
De teſtimonio falſo cap. 65.
De notario faciente falſam chartam, & de faciente eam fieri cap. 66.
De receptatoribus homicidarum & latronum cap. 67.
De receptantibus diffidatum de pace vel ſecuritate cap. 68.
De eodem cap. 69.
Infra quantum tempus liceat accuſare cap. 70.
De aſſallimento cap. 71.
De percuſſionibus, cum ſanguine, vel ſine cap. 72.
De percutientibus aliquem, & ſignum facientibus cap. 73.
De percutientibus manu vacua cap. 74.
De immittentibus lutum in os alicuius cap. 75.
De fugantibus aliquem cap. 76.
De ponentibus manum ad arma cap. 77.
De facientibus ſe teneri cap. 78.
De facientibus aliquem cadere in terrã cap. 79.
De facientibus aliquem cadere de aliquo animali cap. 80.
De facientibus aliquem cadere in ignem cap. 81.
De proicientibus aliquem in puteo cap. 82.
De minantibus contra aliquem cap. 83.
De traſcinantibus aliquem cap. 84.
De euaginantibus cultellum cap. 85.
De frangentibus alicui dentem cap. 86.
De filiis delinquentibus in patrem cap. 87.
De facientibus ficum cap. 88.
De incidentibus treccias cap. 89.
De incidentibus pannos de dorſo mulieri cap. 90.
De ſcindentibus & laniantibus alicui pannos cap. 91.
De trahentibus ad battalliam cap. 92.
De lapidantibus in battallia cap. 93.
De facientibus battalliam cap. 94.


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

De facientibus rixam cap. 95.
De ſbarris & incaſtellationibus cap. 96.
De lapidantibus de aliqua domo cap. 97.
De inciſoribus vinearum cap. 98.
De offendentibus in locis vetitis cap. 99.
De duplicatione pœnarum in Milite & Cauallarotto cap. 100.
Quòd Pars habeat medietatem pœnarum, à centum ſolidis ſupra cap. 101.
De blaſphematoribus cap. 102.
De minoribus, qualiter procedatur contra eos cap. 103.
De defendentibus ſe cum moderamine cap. 104.
De corrigentibus & verberantibus familiam ſuam cap. 105.
De delicto inquilini cap. 106.
De pœna armorum cap. 107.
De eodem cap. 108.
De eodem cap. 109.
De his qui non poſſunt ſoluere condemnationem cap. 110.
De patre non grauando pro filio emancipato cap. 111.
De duplicatione pœnarum, ratione temporis, perſonarum, & loci cap. 112.
De offendentibus officiales & procuratores cap. 113.
De recipientibus ſtipendium, vel venientibus contra Rempublicam cap. 114.
De eodem cap. 115.
De his qui non permiſerint ſe pignorari cap. 116.
De expellentibus Foſſores & Mandatarios cap. 117.
De eodem cap. 118.
Quòd ſtetur relationi Mandatarii cap. 119.
Quòd Mandatarii non renuncient citationes cap. 120.
De coniuratione contra bonum ſtatum Vrbis cap. 121.
De ſimonia cap. 122.
De Tiburtinis offendentibus Comitem Tiburis cap. 123.
De ſcauantibus affines & terminos cap. 124.
De impedientibus executionem iuſtitiæ cap. 125.
De iudicibus & notariis maleficiorũ, nõ formãtibus debitè inquiſitiones cap. 126.
De violentiis
De eodem cap. 127.
De eodem cap. 128.
De eodem cap. 129.
De eodem cap. 130.
De eodem cap. 131.
De eodem cap. 132.
De eodem cap. 133.
De eodem cap. 134.
De pœnis & maleficiis, de quibus non fit mentio in præſenti Statuto cap. 135.
Si quis accuſauerit aliquem de crimine capitali, & non probauerit cap. 136.
Si quis accuſauerit aliquem de facie deturpata, ſeu membri abſciſſione, & non probauerit. cap. 137.
Si quis accuſauerit aliquem de effuſione ſanguinis cap. 138.
Si quis accuſauerit aliquẽ de inſultu, & ipſam accuſam non probauerit cap. 139.
Si quis accuſauerit aliquem de aliquo exceſſu, & non probauerit cap. 140.
De accuſantib⁹ de pluribus exceſſib⁹, & aliquos ꝓbãtibus, & aliquos non cap. 141.
De accuſantibus de furto, & robbaria, & non probantibus accuſationem cap. 142.



De incidentibus membrum cap. 143.
De portantibus plumbatam cap. 144.
De portantibus bordoncellum quadratum cap. 145.
De bannimentis in confiſcatione bonorum cap. 146.
De pœnis conuentionalibus cap. 147.
Quòd iudices procedant per acta pendentia, ad ſententias cap. 148.

F I N I S.

# INCIPIT LIBER TERTIVS

## STATVTORVM, DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS REBVS VRBIS ROMAE.

¶ *De Studijs generalibus Vrbis Romæ.* Cap. 1.

AD gloriam omnipotentis Dei, & vt Reſpublica viris doctis reſplendeat, quorum ſcientia gubernatur; antiquum Vrbis Romæ Studium, Imperatorum legibus fundatum; & per fælicis recordationis Bonifacium octauum, apoſtolicis priuilegiis roboratum; & demũ propter temporum calamitates & ſchiſmata, pœnitus extinctum; per ſanctæ memoriæ Eugenium Papam quartum, Vrbi reſtitutũ; ipſius Eugenii ordinationem ſequentes, & de aſſenſu S. D. N. D. Pauli Papæ Secũdi, renouantes; Statuimus ꝙ in Vrbe Roma, Studiũ generale ſeruetur; cuius ſcholæ celebrentur in Regione S. Euſtachii, in domibus, ex pecuniis dicti Studii, tempore eiuſdem Eugenii emptis; in quibus actu hodie ſcholæ celebrantur. Pro cuius Studii & domus conſeruatione, ſtatuimus ordinem eſſe ſeruandum, qui in literis apoſtolicis prȩfati Eugenii, continetur.

¶ *Quòd Conſiliarii non dicant niſi ſuper eo quod proponitur in generali Conſilio.* Cap. 2.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus Conſiliarius vel alia perſona, in Conſilio generali, fiendo in Palatio Capitolii, aut alio, tempore cuiuslibet Præſidentis; audeat vel præſumat aliquid dicere, aut proponere, vel exponere (abſq; ſpeciali licentia & mandato D. Senatoris, aut DD. Conſeruatorum, qui erunt per tempora) niſi tantùm ſuper propoſita, quæ fieret à quolibet proponente in dicto Conſilio; ſub pœna, ſi fuerit de Magnatibus, C. lib. & dimidiæ, Cameræ perſoluendarum. Et Senator, ſeu quiuis Vrbis Rector, ipſam propoſitam faciens in Conſilio memorato, vel fieri mandans; ſtatim facta propoſita, mandet, ſiue præconizari faciat in ipſo Conſilio, ꝙ ad prædictas pœnas, nullus niſi ſuper propoſita facta prædicta, aliquid dicere audeat vel præſumat. Et ſi Senator, vel Rector quicunq;, talia neglexerit imperare, & aliquis contrafecerit vel contrauenerit; ꝙ Senator & Rector, pœnam L. librarum prouiſinorum, incurrant.

¶ *De officio Magiſtrorum, et Submagiſtrorum* Cap. 3.

ITem, Statuimus & ordinamus, ꝙ Officium Magiſtrorum, & eorum notarii, & Submagiſtrorum eorum; imbuſſuletur, ſecundum modum & formam aliorum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

officialium Vrbis, & Curiæ Capitolii, fiendorum. Et ꝙ ipſum Officium, duret & durare debeat tantummodo per ſex menſes, ad plus; & ꝙ ipſi Magiſtri & eorum notarii, & Submagiſtri, ſtent ad ſindicatum, finito eorum officio, prout alii officiales Curiæ Capitolii. Et ipſum Officium teneantur facere & exercere, ſecundum modum & formam infraſcriptorum Capitulorum, eiſdem aſſignandorũ per DD. Conſeruatores Cameræ Vrbis, Non obſtante aliquo priuilegio vel Statuto Vrbis, proceſſibus ſeu ſententiis quibuſcunq;, quocunq; tempore factis & latis, vel fiendis ſeu ferendis in futurum, in contrarium loquentibus; quæ per præſens Statutũ, ex certa ſcientia, caſſari & annullari, & pro caſſis, irritis, & annullatis, & euacuatis haberi volumus; & iubemus nullius eſſe valoris, roboris, firmitatis, vel momenti. Et dicti Magiſtri debeãt ſindicari, ſi tabulam & modum in Capitulis ſingulis, in dicto Officio deputandis, dandum, ſeruauerint.

*Quòd Senator non poſſit facere Graſcerios, & alios Officiales.* Cap. 4.

ITem, ꝙ Senator non poſſit neq; debeat ordinare ſeu deputare aliquem Graſcerium, ſeu numeratorem pecudum, Caſtellanum, notarium, vel cuſtodem ſalinæ, aut cuſtodes, nec ſupracuſtodes pontium vel portarum Vrbis; ad pœnam cẽtum florenorum prouiſinorum, auferendorum & retinendorum tempore ſui ſindicatus, per Camerarium Cameræ Vrbis, & ipſi Cameræ applicandorum.

*Quod Conſeruatores dent ſupra proximè dicta officia.* Cap. 5.

ITem, ꝙ omnia ſupradicta officia concedantur, deputentur, & ordinentur per DD. Conſeruatores Cameræ Vrbis, tantùm.

*Quòd Officiales deponant officia, eodẽ tempore, quo Cõſeruatores deſinunt eſſe.* Cap. 6.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnes officiales Romani populi, & Cameræ Vrbis; videlicet, Conſeruatores, Camerarius, Notarius maior Cameræ prædictæ, Dohanerii, & Scriptores dictæ Cameræ, & Mareſcalli Romani populi, Ciues, & eorum Notarii, ac Notarius DD. Conſeruatorum, Prothonotarius, & Notarius actorum pendentium, & cæteri alii officiales dicti Romani populi, extrahendi de buſſulis, ex nunc inantea, finiant & finire debeant eorum & cuiuslibet ipſorum officium, ad quod fuerint deputati, eo die quo DD. Cõſeruatores Camerę Vrbis, finiunt officium eorundem. Et ſi vltra ſteterint, non obſtante ꝙ inchoauerint eorum officium, eo die, quo incæpit officium dictorum Conſeruatorum; nihil recipere debeant vel habere à dicta Camera, pro ſalario & expenſis; & geſta per eos, vel eorum aliquem, non valeant ipſo iure; & pro tempore ſeruito tantùm, vſq; ad diem finiti officii DD. Conſeruatorum, pro rata, ſalarium ſeruetur eiſdem; & nihil vltrà ſoluatur eis, per apodiſſam DD. Conſeruatorum.

*De deliberatione facta per Conſeruatores.* Cap. 7.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi per DD. Conſeruatores, qui nunc ſunt & ꝑ tempora erunt, in eorum Conſilio conſiliatorum Vrbis, cuiuſcunq; nominis, aliquid deliberatum extiterit; ꝙ per aliud Cõſilium, fiendum per D. Senatorem, qui nunc eſt & per tempora erit, vel alium Rectorem ad Vrbis regimen deputatum, non poſſit aliud, contrarium dictæ primæ deliberationi, deliberari; & ſi fieret, aut deliberaretur; ipſa deliberatio ſit nulla, & Senator, & quicunq; alius contrafaciens, in quingentis libris prouiſinorum, puniatur.

*De Maſſario deputando per DD. Conſeruatores, ad cuſtodiam rerum Capitolii.* Cap. 8.

ITem, per DD. Conſeruatores deputetur vnus Maſſarius, qui curam & cuſtodiã



habeat omnium rerum exiſtentium in Palatio Capitolii, & in cameris Palatii; de quibus aſſignationem faciat & recipiat, in introitu & exitu cuiuslibet Senatoris, ſeu regentis & exercentis officium Senatus. Et ꝙ procurator Cameræ Vrbis, qui nunc eſt, & per tempora fuerit, teneatur facere inuentarium de dictis rebus.

*Quòd Conſeruatores, loco Officialium impeditorum, alios de eadẽ Regione ſufficiant.* Cap. 9.

ITem, ſi quis officialis, deputatus ad aliquod officium vel dignitatem, fuerit grauiter infirmatus, vel in ſeruitium Reipublicæ, ſe quomodolibet abſentaret, vel diffidatus, vel mortuus, vel aliter impeditus fuerit; ita ꝙ officium exercere nõ poſſit, & neceſſe eſſet alium loco ſui ponere vel ſurrogare; ꝙ tunc, infra decem dies, DD. Conſeruatores, cum conſilio xxvi. bonorum virorum; loco infirmi, vel, vt ꝑ dicitur, impediti, vel abſentis, de ipſo officio poſſint perſonæ idoneæ prouidere in eadem Regione.

*De officialibus ad uitam, habentibus brigam.* Cap. 10.

ITem, ſi quis officialis ad vitam, incurreret brigam ſeu inimicitiam cum aliquo, ſeu arrogantia ſeu culpa præcedente; ꝙ non poſſit officium exercere, nec petere nec habere gaia quæ conſueuit per tempora habere, ratione officii ſupradicti, durante inimicitia ſupradicta.

*De officiis non exercendis per ſubſtitutos.* Cap. 11.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnia officia & omnes dignitates Curiæ Capitolii, & Romani populi, quę in Vrbe adminiſtrantur, quocunq; nomine nuncupentur; adminiſtrari & exerceri debeant per illas perſonas, quibus collatio & prouiſio officiorum & dignitatum, quomodolibet facta fuerit, & non per aliquem ſubſtitutum. Et ſi quis officialis ad vitam, per ſubſtitutum aliquem, fecerit dictum officium exerceri; ſalario ipſius, & gais, prælibato officio attributis, pro vno anno, totaliter ſuſpendatur. Si verò fuerit officialis ad tempus; & per ſubſtitutum faceret ipſum officium adminiſtrari; priuetur officio, expenſis, & ſalario, ipſo iure, Nõ obſtante aliquo Statuto, cõſuetudine, vel priuilegio Vrbis, in cõtrariũ loquẽtib⁹.

*De eodem.* Ca. 12.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis ſubſtitutus, aliquod ipſorum officiorũ adminiſtrauerit quoquomodo; pœnam centum librarum prouiſinorũ incurrat, ipſo facto, Vrbis Cameræ applicandarum. Quam pœnam, Senator & quiuis alius Rector, ab eodem taliter ſubſtituto & tale officium adminiſtrante, irremiſſibiliter exigere teneatur; ad pœnam dupli pœnę dictæ; quæ tempore ſui ſindicatus, ſi fuerit negligens in exigendo, de eius ſalario debito, debeat defalcari. Et officium huiuſmodi, quod adminiſtrauerit ſubſtitutus, ipſo iure nullum ſit, & nullius roboris obtineat firmitatẽ. Et ſi fuerit notarius, ꝙ eius ſcripturæ in dicto officio, fides nullatenus debeat adhiberi; non obſtante quacunq; diſpoſitione, ſeu conſuetudine, in contrarium loquente.

*De eodem.* Cap. 13.

NVllus forenſis, cui aliquod certum ſalarium ſeu certa prouiſio fuerit deputata poſſit prouiſionem petere à Camera, ſeu ſalarium ſupradictum; niſi actualiter exerceat officium, ad quod fuit deputatus; niſi habeat iuſtam cauſam, propter infirmitatem dumtaxat.

*Quòd oẽs Poteſtariæ, et dominia, cõcedantur ciuibus Romanis, ſine aliqua ſolutione.* Cap. 14.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені МЕЧНИКОВА

Item, ſtatuimus ꝙ omnes & ſingulæ Poteſtariæ, Officia, Dominia, Comitatus, Iudicatus, ſeu quocunq; vocabulo nuncupentur, Ciuitatum, Caſtrorum comitatus, iuriſdictionis, & diſtrictus Vrbis; concedantur & diſtribuantur ſine aliqua ſolutione vel extorſione pecuniæ, Ciuibus Romanis.

*Quòd Poteſtates, et alii Officiales, deputandi ad regimen alicuius Terræ, debeant ſatiſdare* de ſtando ad ſindicatum, antequam vadant. Cap. 15.

Item, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis Romanus, fuerit ad aliquod officium Poteſtariæ, Capitanei, ſeu quocunq; alio nomine cenſeatur, per Romanum Populum, quomodolibet deputatus; ꝙ anteq̃ accedat ad ipſum officium exercendũ, teneatur & debeat in Camera Vrbis, cauere & idoneè ſatiſdare de ſtando ad ſindicatum, in Terra ad cuius regimen extiterit deputatus, & de ſoluendo omnem debitam quantitatem, in qua contra eum, per ſuos officiales in dicto officio, ſententia proferretur. Et ꝙ ipſa cautela & fideiuſſio, in ipſa Camera prę́ſtetur, ſecundũ qualitatẽ officii, & quãtitatẽ ſalarii ꝑcipiendi ex officio quocunq;, ad quod extiterit deputatus. Et ſi aliquis ex dictis Officialibus, cõpleto officio, ad Vrbẽ rediens, nõ reportauerit literas à Communitate, vbi rexit, de ſua bona adminiſtratione, & fidẽ non fecerit de ſua quietatione & liberatione; ſoluat Cameræ Vrbis tãtam pecuniæ quantitatem, quanta fuit quantitas ſalarii Officii adminiſtrati per eum. Et de prædictis, DD. Conſeruatores inquirere debeant, & quos in hoc delinquentes inuenerint, nunciare Senatori, vt eos puniat pœna condigna. Et ſi in hoc fuerit negligens, in quinquaginta lib. proui. tempore ſindicatus, Cameræ condemnetur.

*De non acceptantibus Officia.* Cap. 16.

QVilibet prædictorum Officialium, qui fuerit approbatus, & ad aliquod dictorum officiorũ deputatus & electus; teneatur & debeat illud Officiũ, ad quod fuerit electus & taliter deputatus, cum ſacramento, voluntariè acceptare; & cum fide & legalitate, fideliter exercere, pro eo tempore, quo extiterit deputatus. Et ſi ipſorum aliquis contrafecerit; quilibet Mareſchallus, pœnam quinquaginta lib. incurrat; quilibet Notarius, pœnam xxv. lib. Cameræ ſoluere teneatur; & Camerarius, pœnam quinquaginta lib. incurrat; niſi fuerit iuſta de cauſa impeditus; de cuius vel quorum impedimento, diſcretioni DD. Conſeruatorum debeat ſubiacere. Conſeruator autem, qui Conſeruatoratus officium recuſauerit; pœnam L. lib. prouiſi. incurrat, & nihilominus dictum officium debeat acceptare & exercere.

*De baſtardis, non eligendis ad aliquod officium.* Cap. 17.

NVllus baſtardus, naturalis, vel ſpurius alicuius Baronis, ſeu alicuius de Magnatibus Vrbis; poſſit de cætero eligi vel aſſumi ad aliquod Officium, ſeu dignitatem Romani Populi, in Curia Capitolii, vel in Vrbe, vel extrà Vrbẽ. Et ſi electus fuerit, vel aſſumptus, vel prouiſus contra ordinationem præſentis Statuti; eius electio, aſſumptio, & prouiſio non valeat ipſo iure.

*De officio Mareſcallorum.* Cap. 18.

Supra lib. 1. c. 16 MAreſcalli Curiæ Capitolii, faciant ſollicitè & diligenter executiones, & alia, per Senatorem & eius iudices committenda, & per Vrbem & extra Vrbem diſcurrant viciſſim, die noctuq; pro armis rimari faciant; latrones, diffidatos, & homicidas, & alias perſonas infamatas conquirant, perſequantur, & apprehendant. Item, ſemper dum Ius redditur in Palatio, & ſemper dum equitant, de die & nocte teneantur portare correttum, bacilettum, & chirothecas de ferro; ad pœnam x. lib. prouiſi. retinendarum de eorum ſalario, pro qualibet vice qua contrafecerint.

Item,



Item, inhibemus dictis Mareſcallis, ꝙ tempore Quadrageſimæ, ab illis qui ſunt vltra Pontem Sancti Petri, in Ciuitate Leonina, & in aliis locis conſuetis, nihil exigant; ad pœnam xxv. lib. prouiſi. pro qualibet vice qua contrafecerint. Volumus tamen, ꝙ prędicti Mareſcalli, tempore Indulgentiarum, & Quadrageſimę, Peregrinis & vltramontanis arma non auferant nec tollant. Et ſi Mareſcalli contra prædicta commiſerint; incurrant pœnam x. lib. vice qualibet. Et Sindicus teneatur de prędictis ſindicare eoſdem.

*De eodem.* Cap. 19.

ITem, ꝙ Mareſcalli Curiæ Capitolii, ex eorum officio, nullum grauare debeant ſine apodiſſa ſigillata per D. Senatorem, aut aliquem ex iudicibus de Aſſettamẽto, aut Cameræ Vrbis, aut DD. Conſeruatorum, aut alicuius alterius tunc temporis in Capitolio præſidentis, Iudicis appellationum & nullitatum, & Sindici Romani Populi ad ſindicandum deputati; & pro ipſa foſſura, tantum recipiant, quantũ apodiſſa grauaminis eis data, effectualiter indicaret. Et ſi quis contrafecerit; Parti læſæ & grauatę duplum ſoluere teneatur & debeat, & quadruplum Cameræ Vrbis ſoluat. Excepto, ꝙ ad petitionem creditorum, poſſint debitores grauare, de quibus forent ipſis Mareſcallis aut eorum notario, diffidationes, apodiſſæ, condemnationes, aut exbannimenta aſſignata.

*De eodem.* Cap. 20.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ipſis Mareſcallis euntibus rimando, pro exercitio eorum officii memorati; ſi committeretur homicidium; tunc in dicto caſu, liceat eis capere & grauare homicidam, vnum vel plures, & etiam bona eorum annotare; non obſtante ꝙ de ipſis apodiſſam ſigillatam non haberent. Eodem modo intelligatur de battallia generali, contra Caporales battalliam inchoantes. Poſſint etiam bona delinquentium annotare, etiam vbi percuſſiones vna vel plures cũ ſanguine, commiſſę fuiſſent, ipſis temporibus, per Vrbem pro exercitio officii ſupradicti euntes.

*De eodem.* Cap. 21.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ Mareſcalli teneantur & debeant, ad petitionẽ creditoris cuiuſcunq;, capere diffidatum debitorem vel apodiſſatum, vel exbannitum, excommanicatum, aut de pace vel ſecuritate præſtanda, ad Curiam condẽnatum, de mandato cuiuslibet præſidentis, in quocunq; loco valerent ipſum facilius capere; ad pœnam x. lib. prouiſinorum. Et pro tali captione (quãcunq; quantitatem pecuniæ dicta apodiſſa, excommunicatio, diffidatio, vel exbannimentum contineret) recipiat à creditore xii. ſolidos proui. pro quolibet diffidato, apodiſſato, excommuunicato, vel exbannito; quorum, decem ſint Mareſcalli; reliqui verò duo, ſint notarii Mareſcallorum, tantùm, & non plures. Et ſi plus recipiant; x. libras Cameræ ſoluant, & duplum eius quod receperint, Parti reſtituant; & ꝙ deinde ad decem annos completos, officium Mareſcallorum obtinere non poſſint. Pro grauamine, recipiant xii. ſolidos, pro qualibet apodiſſa (quoſcunq; detentores apodiſſa contineat) diuidendos vt ſupra; ad pœnam ſupraſcriptam.

*De eodem.* Cap. 22.

ITem, ꝙ Mareſcalli, ſi caperent diffidatos & exbannitos vſq; ad quantitatem L. florenorum auri, vel infra; xii. ſolidos prouiſi. tantùm, pro captione recipere teneantur. A' quinquaginta verò flor. ſuprà, vſq; ad centum florenos auri; mediũ florenum auri recipiant, & non vltra. A' centum verò florenis & vltrà, vſq; ad quin

I

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

gentos florenos, & de pace & ſecuritate pręſtanda, pro captione ipſius; vnum florenum auri percipere debeant & habere. Si veró à quingentis florenis ſupra, vel diffidatum capitaliter caperent; duos florenos auri pro ipſa captione recipiant, & non plus; ad pœnam xxv. librarum prouiſinorum; & quod vltra receperint, reſtituant in duplum Parti. Et nihilominus, hinc ad decem annos, officium Mareſcallatus obtinere non poſſint. Et hęc, locum habeant quando ad inſtantiam alicuius, caperent diffidatum aliquem. Si autem proprio motu, ex eorum induſtria caperét aliquem diffidatum; tunc ſecundum antiquam conſuetudinem, habere debeant quartam partem eius quod ad Cameram ex dicta captura perueniret.

*De eodem.* Cap. 23.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, q̃ ſi Mareſcalli, qui fuerint per tempora in Curia Capitolii, ad petitionem alicuius creditoris, vel alterius cuiuſcunq; perſonę, pro capiendo aliquem, circa Vrbem pecunialiter diffidatum, ſeu apodiſſatum, vel exbãnitum; acceſſerint ad locum aliquem diſtantem ab Vrbe per quatuor milliaria, & ipſum caperent; q̃ ipſi Mareſcalli, pro ipſa captione, vnum florenum auri percipere debeant & habere. Si verò ille, quem caperent, eſſet perſonaliter diffidatus, ſeu ad pœnam perſonaliter condemnatus; pro ipſa captione, duos florenos auri habeat Mareſcallus capiens ſupradictum. Si verò pro ipſa captione, Mareſcalli pernoctauerint; per eius ſalario diei & noctis, ab ipſo creditore vnum florenum auri tantùm percipere poſſunt. Si veró illlum pro quo iuerit ad capiendum, capere non valuerint; tunc mediam partem dictarum quantitatũ, ipſe Mareſcallus percipere debeat & habere; Non obſtante priuilegio, Statuto, ſeu conſuetudine, in contrariũ loquétibus. Et ſi vltra vel plus receperit; pœnam decem librarum incurrat, & duplum eius quod receperit; Parti reddat.

*De antiquis ædificiis non diruendis.* Cap. 24.

NE ruinis Ciuitas deformetur, & vt antiqua ædificia decorem Vrbis publicè repræſentent; ſtatuimus q̃ nullus ſit auſus aliquod antiquum ędificium Vrbis diruere, vel dirui facere infra Vrbem; ad pœnam c. libr. prouiſinorum; cuius pœnę, medietas ſit Cameræ, & alia medietas accuſantis. Et Senator teneatur de hoc inquirere, nec D. Senator, nec aliquis alius poſſit dare licentiam contra prædicta. Et ſi dederit; incidat in pęnam c. florenorum auri, Cameræ applicandornm. Et nihilominus licentia data non valeat.

*De aqua Circuli, et aliis aquis.* Cap. 25.

AQua de Circulo, vadat per curſum ſuum, & nullus deriuet nec deriuari faciat ipſam aquam ab antiquo curſu, in aliqua parte ſui. Et qui cõtrafecerit; ſoluat pro pœna, quinquaginta lib. prouiſi. de qua pœna, medietas ſit Cameræ, & alia medietas ſit accuſatoris. Et idem fiat in omnibus curſibus aquarum. Et de hoc, quilibet accuſare & denunciare poſſit. Et nihilominus teneatur talis dominus, aquam reducere in priſtino curſu, ſuis expeuſis.

*De aqua Maranæ.* Cap. 16.

ITem, dicimus & ordinamus, q̃ ſi aqua Maranæ, quæ vadit ad aquam Bullicantẽ vſq; ad portam ruptam, quæ vadit ad pedẽ turris S. Iohannis, & ad turrim Quatraris; in aliqua parte deuaſtaretur; q̃ per adiacentes debeat reaptari, per vnum paſſum per largum, & medium paſſum in profundum. Et fracta, quæ eſt iuxtà eam tota eleuetur. Et idem fiat in aqua Maranæ, quæ venit ad turrim Sanctorum Quatuor, ſecundum curſum. Prouiſo, q̃ per aptationem dictæ aquæ, nulla poſſit niſi



adiacentibus imponi collecta, per aliquam perſonam; ad pęnam centum librarum prouiſinorum, imponendorum imponenti. Et q̃ ſint ſalua priuilegia omnibus aliquod ius habentibus in aqua præfata. Et q̃ Senator & Conſeruatores Vrbis, qui per tempora erunt, primo menſe eorum regiminis, teneantur mittere ad videndũ dictas aquas, & earum curſus, pro obſeruatione prædictorum; ſub pœna vigintiquinque librarum prouiſinorum.

*De aqua Triuij, & de giottellis.* Cap. 27.

ITem, dicimus & ordinamus, q̃ Mareſcalli Curiæ Capitolii, qui nunc ſunt & per tempora fuerint, ſint & eſſe debeant Paterentes fontis & aquæ Triuii. Et q̃ dicti Mareſcalli teneantur proprio iuramento, tempore eorum officii, requirere & requiri facere formam dicti fontis & aquæ Triuii, à Cannellis vſq; ad hortum eccleſiæ S. Leonardi, ab vno latere & ab alio dictæ formæ. Et q̃ in dicta forma nullus audeat facere nec habere giottellum, caulam, ſiue pertuſum, vnde ex dicta forma poſſit extrahere aquam, niſi per caulas fontis Triuii.

*De eodem.* Cap. 28.

ITem, q̃ nulla perſona teneat nec tenere debeat in dicta forma Triuii, giottellũ, ſiue caulam, ſiue formam, vnde poſſit extrahere aquam de dicta forma; ad pęnã xxv. librarum prouiſinorum Senatus; pro medietate, dictis Mareſcallis; & pro alia medietate, inter Cameram Vrbis, & accuſatorem ſiue denunciatorem; & teneatur ſecretus. Et q̃ nullus morans iuxtà dictam formam Triuii, debeat ſe appropinquare cum fracta nec cum arboribus ad dictam formã, ſpacio vnius paſſius Senatus; ad pęnam x. librarum prouiſinorum. Et nulla perſona proiiciat nec proiici faciat immunditias nec putredinem, in carbonariis iuxtà dictam formam Triuii; ad pœnã centum ſol. prouiſinorum.

*De eodem.* Cap. 29.

ITem, q̃ nulla perſona lauet nec lauare debeat in Abbeueratorio beſtiarum, & ad caulas poſitas in forma Triuii, videlicet pannos, filatum, & aliam putredinẽ ad pęnam centum ſolidorum prouiſinorum, vice qualibet.

*De eodem.* Cap. 30.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, q̃ illæ vel illi, qui eſſent poſiti ad aptandum vel reparandum dictum fontem Triuii; debeant reddere rationẽ de introitu & exitu dictæ actionis, quatuor hominibus idoneis & diſcretis; quorum, duo ſint de regione Triuii, & alii de regione Columnæ. Et dictam rationem teneantur & debeant reddere per totum menſem Octobris tunc currentis; ad pœnam centum libr. prouiſinorum Senatus.

*De eodem.* Cap. 31.

ITem, dicimus & ordinamus, q̃ omnes homines, in vineis eorum, ſpiraglia aquę fontis Triuii, debeant remundare vſq; ad refectum; ita q̃ pro aliqua pluuia, aqua non poſſit intrare in dicta forma, expeñ. eorum; ad pœnam x. lib. prouiſi.

*De eodem.* Cap. 32.

ITem, dicimus & ordinamus, q̃ omnium ſupradictarum pœnarum, medietas ſit dictorum Mareſcallorum qui nunc ſunt & per tempora erunt, & alia medietas ſit inter Cameram Vrbis, & accuſatorem vel denunciatorem; & denunciator ſiue accuſator teneatur ſecretus.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*De eodem.* Cap. 33.

QVia ob regionis Triuii depopulationem, in pluribus cõtrauentũ eſt contẽtis in ſupradictis Statutis; ne coniuentibus oculis tranſeat ſine pęna trãſgreſſio Statuimus & ordinamus, vt in quolibet officio Cõſeruatorum, debeant per eos deputari quatuor viri graues; duo de regione Triuii,& alii de regione Columnæ; qui habeant curam dicti aquæductus; & circa clauſurã caularum aut giottellorum, & aliorũ ordinatorũ in pmiſſis Statutis, omni poſſibili ſtudio intendere, conſiderata temporis qualitate; ac ſolita opera imponere poſſint, ad eius mundiciam intus & extrà; qui poſtea debeant per Conſeruatores ſindicari.

*Quòd Conſeruatores ſemel in menſe inquirant fontem Triuii, ne aliquis in eo teneat giottellum.* Cap. 34.

ITem, dicimus & ordinamus, ꝙ Conſeruatores Cameræ Vrbis, aut vnus ipſorum, ſimul vel ſemotim, teneatur proprio iuramento, ſemel, eorum officio durãte, ire, requirere, & rimari fontem Triuii, ne aliquis in eo retineat giottellum, vel habeat feneſtram in eo, à turri Triuii, vſq; ad vineas Ioannis Boui. Qui, ſi inuenerint aliquem contrafacienrem, puniant eum pœna ſuperius declarata, vt dictum eſt ſupra; ad pœnam xxv. librarum, Vrbis Camerę applicandarum: Et ſingulis ſex mẽſibus prędicta capitula banniantur per Vrbem, mandato D. Senatoris.

*De arte Bobatteriorum.* Cap. 35.

NObilis ars Bobattteriorum, ſemper ſit in ſuo robore & firmitate, pro pace & vtilitate Vrbis. Et ꝙ liceat hominibus de dicta arte, facere & habere Conſules & Conſiliarios de ſe ipſis, & corpore ſuæ artis. Et ordinamenta, quæ ipſa ars fecerit (quæ tamen ad ſcholam ſiue monopolium non pertineant, & quæ per Senatorem approbata fuerint) teneantur inter homines dictæ artis. Et ꝙ poſſint Conſules ipſius artis, cogere & conſtringere omnes qui iurauerint ad dictam artem, nec non bubularios, & eorum familiares, ſecundum ordinamenta dictæ artis, quæ fuerin approbata per D. Senatorem. Et in his præſtet auxilium & fauorem. Et ꝙ ſententiæ & exbannimenta latæ & facta per eos, per ipſum D. Senatorem & eius officiales executioni mandentur. Hoc addito, ꝙ non cogant aliquem ad iurandum dictam artem, & non iuratum nullo modo cogant, nec alios quoſcunq;, qui pro eorum cauſis ad Senatoris Curíam vellent habere recurſum, Et omnes Officiales dictæ artis, durent tantùm per medium annum. Et nullus qui fuerit Conſul, Camerarius, vel Notarius, vel quodcunq; aliud officium habuerit; poſſit habere aliquod officium in dicta arte, abinde vſq; ad duos annos; non obſtante aliquo Capitulo, Statuto, priuilegio, conſuetudine, ſeu deliberatione, in contrarium loquentibus.

Infra c. 244.

*Quæ Artes habeant Conſules.* Cap. 36.

Infra c. 244.

OMnes artes ſeu artifices, habere debeant in ſingulis eorum artibus, duos Cõſules, vnum Camerarium, & vnum Notarium. Qui Conſules & Camerarii ſint de ipſis artibus. Qui Conſules plenam habeant poteſtatem cognoſcẽdi & terminandi omnes quęſtiones cauſarum ciuilium, vertentium inter ipſos de artibus eorundem, & de rebus ſpectantibus ad ipſam artem, ſuper quibus fuerit recurſum ad eos. Et prædictæ artes, intelligantur illæ quæ fuerint capita artium. Et Senator proprio iuramento, ipſos Conſules confirmare debeat.

*De collegio Notariorum.* Cap. 37.

ET idem per omnia poſſint facere Collegiũ Notariorũ Vrbis, & eorum Rectores & officiales eligendi per eos, per ſe ipſos, inter Notarios habeant ſimilem poteſtatem; Non obſtante ꝙ eorum Ars commemorari non ſoleat inter alia capita Artium dictæ Vrbis.



*De Artibus, quæ aſſignare debent Statuta Senatori.* Cap. 38.

COnſules Mercatorum, & aliarum Artium, teneantur eorum Statuta quæ fecerint, Senatori præſentare ad approbandum. Et approbata per eum, habeãt pro approbatis; et reprobata, pro reprobatis. Dum tamen non ſint in detrimentũ Reipublicæ, ſeu contra præſentia Statuta, in hoc volumine contenta; quibus caſibus, ſi per Senatorem approbata eſſent, nolumus ipſa aliquo modo valere, nec eis vti poſſe.

Infra eodem lib. c. 277. & ſupra in proem. 1. lib. in fi.

*Quòd nullus excedat annum in officiis Artium.* Cap. 39.

NVllus poſſit eſſe Conſul vel Camerarius alicuius Artis, niſi per annum, illam Artem ad quam eligitur, publicè exercuerit. Et qui fuerit vno anno, alio refirmari, vel creari de nouo non poſſit; nec Senator aliter eum eligat, niſi prout ſuperiùs eſt expreſſum; Non obſtante priuilegio, & conſuetudine, in contrarium loquentibus.

*Quòd Conſules Artium, reddant ius à Turre mercati, uerſus Capitolium.* Cap. 40.

QVia Deo, iuri, & hominibus abhominabile eſt, ꝙ homo, contra aliquem, aliquod ius petendo, in cognoſcendo ſit ſibi ipſi iudex; Statuimus & ordinamus, ꝙ nullus Conſul vel quiuis alius, audeat nec præſumat quoquomodo tenere Curiam eius, & reddere rationem, inter illos, quibus de iure & ex forma Statutorum Vrbis, permiſſum eſt & conſuetum, in aliqua parte Vrbis; niſi tantùm dũtaxat à Turre Mercati ſuprà, verſus Capitolium; & abinde infra forum Capitolii, & in toto ipſo foro. Et qui contrafecerit, incidat in pœnam Cameræ Vrbis, centum lib. prouiſinorum, vice qualibet qua contrafecerit, exigendam per Senatorem ipſo facto. Et nihilominus, geſta per ipſum talem Conſulem, vel quemcunq; alium officialem, extra loca prædicta, ſint nulla ipſo iure; & nullus de officialibus Curiæ Capitolii, debeat ipſos proceſſus vel ſententias ſic extra dicta loca factos, executioni mandare; ad pœnam prædictam; Exceptis Capitibus regionum, quibus conceſſum eſt, officium Antepoſitorum, vſq; ad certã ſummam, exercere in eorum domibus; in quorum geſtis, hoc Statutum, locum non habet.

*De Baronibus non intrantibus Capitolium.* Cap. 41.

BAro ſeu Baroniſſa de Magnatibus, qui ad ſequimenta præſtanda tenetur, habens cauſam ciuilem, vel criminalem cum aliquo de inferioribus; non poſſint durante cauſa, intrare Palatium Capitolii; niſi tunc tantùm quando reſponderet accuſationi criminali, vel quando ſe repræſentaret ad mandatum Senatoris, vel poneret ſe intus. Et idem per omnia intelligatur de baſtardis eorum, ſiue cum dictis baſtardis ſuis, ſiue cum dictis Baronibus litigarent. Satis eſt enim, ꝙ per aduocatus & procuratores eorum, poſſint defendere & proſequi cauſas ſuas. Et ſi inferior voluerit dictam cauſam ciuilem in duos populares compromitti; cogantur dicti maiores ad compromittendos. Et ſi dicti duo, infra menſem cauſam non deciſerint, nullo ſeruato iuris ordine, ſed ſola rei veritate perquiſita; Senator eligat certum popularem, cuius conſilio cauſam decidi faciat, infra decem dies, poſt dictum menſem computandum. Et ſi in prædictis, Senator vel aliquis prædictorum, cõtra fecerit, ſeu negligens fuerit; puniatur in c. lib. prouiſinorum, et damnum Parti læſæ reſarciat. Baro etiam, & quilibet de maioribus prædictis, vel baſtardus eorũ,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

contrafaciens; puniatur in quingentis lib. prouiſi. Additum eſt, quòd iudex dictæ cauſæ Baronis ſeu Baroniſſæ, non poſſit loqui cum tali Barone ſeu Baroniſſa, durãte dicto litigio; ad penã L. librarum proui. Additum eſt, ꝙ dicti Barones, & baſtardi eorum, nunq̃ poſſint venire ad Capitolium, ſine licentia D. Senatoris, vel Senatum regentium; ad pœnam c. flor. auri, Cameræ Vrbis applicandam, pro quolibet, & vice qualibet.

¶ *De dubitantibus ad ſuas poſſeſſiones accedere.* Cap. 52.

SI quis dubitauerit ire ad poſſeſſionem ſuam, alicuius rei quam poſſideret; teneantur Senator & eius officiales, dare eidem Mandatarium & Mareſcallos; ad petitionem petentis; niſi aliud de iure obſtaret.

¶ *De equis mortuis in ſeruitium Romani Populi.* Cap. 43.

OMnes equi, mortui in ſeruitium Romani Populi, in aliqua battallia, caualcata vel tracta, quæ fieret contra inobedientes aliquos, vel rebelles; emẽdentur illis quorum equi fuerunt, de pecunia Cameræ Vrbis. Et hoc, locum habeat in præteritis & futuris, à tempore rebellionis Velletranorum proximè præteritæ, citrà.

*De tranſgreſſoribus banni Senatoris.* Cap. 44.

BAnni Senatoris tranſgreſſor, de rebus ad Cameram pertinentibus; ne illuſoriũ videatur; ſoluat vigeſimam partem quantitatis pecuniariæ in banno contentę plus vel minus, prout Senator, cum conſilio & aſſenſu DD. Conſeruatorum, executorũ iuſticiæ, & quatuor eorũ Conſiliariorũ, duxerit arbitrandũ; conditione pſonæ inobediẽtis, delicti, & aliis circũſtantiis & negociis, in cõſideratione deductis.

¶ *De naufragio.* Cap. 45.

SI aliquod Lignum, in Mari frangeretur, vel in riueriis, portubus, vel ſplagiis; vel naufragium pateretur; homines & bona quæ in eo fuerint, nõ offendantur ab aliquo. Et qui contrafecerint, puniantur in centum libris Cameræ; & de exceſſibus aliis, vltra dictam pœnam, ſecundum formam Statutorum Vrbis puniantur, & damnum lęſo reſtituant.

¶ *Quòd fabri non faciant ſpontonem.* Cap. 46.

NVllus faber ſiue ferrarius, audeat fabricare ſeu facere, nec fieri facere, in Vrbe vel eius diſtrictu, ſpontonem, bordancellum, ſeu picchacennerem, ſiue clauarinam. Et qui contrafecerit; ſoluat pro pœna, xxv. lib. proui. vice qualibet; de qua pœna, medietas ſit Cameræ, & alia medietas accuſantis; & quilibet poſſit accuſare de hiis. Et prædicta arma, nulla perſona audeat tenere ad vendendum, ſub pœna prædicta.

*De uiis non obturandis.* Cap. 47.

NVllus apponat ſeu apponi faciat aliquid in aliqua via communi, publica, vel vicinali, vel viculo; nec apparet nec apparare faciat in aliqua ipſarum viarũ. Et qui contrafecerit; viam ipſam liberare & diſparare teneatur. Et nihilominus ſoluat decem libras prouiſi. nomine pœnę, de qua pœna, medietas ſit Cameræ, & alia medietas accuſantis.

¶ *De eodem.* Cap. 48.

SEnator, & omnes & ſinguli officiales Curiæ Capitolii, & D. Senatoris; teneantur proprio iuramento, diſtrui & funditus dirui facere omnes portas, & omnia cancella, & apparatus, hactenus facta in viis publicis, intus Ciuitatem Romanam; & ipſas vias publicas facere aperiri, & liberas permanere; & non permittant de cętero, ipſas occupari, vel apparari, ſiue claudi per aliquam perſonam; & ſi Senator fuerit negligens in prædictis, & officiales prædicti; ſoluant de eorum ſalario, nomine pœnę, quatuor lib. prouiſinorum. Et quicunq; contradixerint prædicta fieri, ad mandatum prædictorum Senatoris & eius officialium, ac eiſdem non obediuerint; ſoluant nomine pœnæ, centum marchas argenti; pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate accuſanti. Et nihilominus prædicta ducere teneantur ad effectum. Et prędicta, locum habeant in Nobilibus & Magnatibus; Sí autem fuerit Miles, vel de genere Militum, vel Cauallarottus, vel habitus pro Cauallarotto; contradicens, ſoluat centum lib. prouiſinorum; Si verò Pedes; quinquaginta libras prouiſinorum ſoluat.

¶ *De eodem.* Cap. 49.

STatuimus & ordinamus, ꝙ viæ vicinales debeant eſſe amplæ per quatuor palmos, ad palmum & menſuram Senatus.

*Quod Communitates Terrarum, cuſtodiant ſtratas.* Cap. 50.

COmmunitates Ciuitatum, Caſtrorum, & aliorum locorum de diſtrictu Vrbis; ſtratas & tenimenta ipſorum, diligenter cuſtodiri faciant, vt itinerantibus ſit ſecurus acceſſus. Et in dictis Ciuitatibus, Caſtris, vel locis, non recipient diffidatos, latrones, & homines malæ famæ. Immó, ſi quos ibidem ſcienter inuenerint; comprehendant; ad pœnam ducentarum librarum, pro quolibet receptatore, & qualibet vice. Supra lib. 2. c. 49

*De graſcia non extrahenda, & animalibus paſcendis.* Cap. 51.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus audeat extrahere graſciam de Vrbe, ſcilicet bladum, farinam, hordeum, vel aliquod legumen, vel bladum, & alibi portare; exceptis illis Romanis, qui vellent ad eorum regimina vel Caſtra, portare ꝓ ſeminando; et idem intelligatur de vino portando ad caualcatas vel aſinatas. Et qui contrafecerint; perdant vinum, & aliam graſciam, & beſtias; de quibus, quarta pars ſit auferentis, & aliæ tres partes ſint Communis Vrbis. Liceat tamen portare & extrahere liberè de Vrbe, vinum ad caualcatas, vel aſinatas, pro ſuis famulis & laboratoribus, ſine fraude. Addentes, ꝙ Conſilium poſſit prouidere, cum ſibi videbitur; & plus vel aliter Romani poſſint extrahere de Vrbe, de vino, ſi Deus vini copiam præſtaret in Vrbe, ſoluendo exinde Dohanam Communi. Et quod Cõſilium ordinauerit, roboris habeat firmitatem. Liceat tamen cuilibet, beſtias ſuas mittere per Vrbis diſtrictum, pro paſcendis beſtiis, ſine fraude, abſq; Dohana, & apodiſſa Dohanæ. Et ꝙ poſſint beſtias quas emerint Romani in Vrbe, extrahere de Vrbe, abſq; Dohana, & apodiſſa Dohanæ, & eas mittere ad paſcendum per paſcua Vrbis, per Vrbis diſtrictum, quò voluerint, ſine fraude. Et hoc, intelligatur de beſtias viuis, ſcilicet capris, pecudibus, & vaccis, & omnibus aliis animalibus viuis, præter caſtratos, & porcos; de quibus debeat fieri apodiſſa. Et ꝙ nemo extrahat graſciam, ſcilicet granum, hordeum, legumen, vel aliquod bladum, de loco ad locum; ſed liceat afferre ad locum proximiorem Vrbi, ſed ad locum magis remotũ ab Vrbe, non liceat; niſi cauſa ſeminandi, vel macinandi; vel à campo vbi ſementatum eſt, portandi. Nullo tamen modo, liceat portare vel conducere granum, vel aliquod bladum, ſeu aliquam aliam graſciam, ſeu alia animalia viua, contra hanc ſupraſcriptam ordinationem; ad pœnam ſupra contentã. Et nulla graſcia extrahatur de Vrbis diſtrictu, ad dictam pœnam. Et nihilominus, Ciuis vel forenſis extra Supra lib. 1. c. 47 & Infra lib. 4. c. 26.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

hens, ſeu extrahi faciens ſine Dohana, beſtias prędictas; in lib. quingentis proui. ꝓ quolibet trunco vaccarum, puniatur. Pro trunco verò porcorum, & caſtratorum, vel pecudum; in trecentis lib. prouiſinorum. Et xx. vaccę, intelligantur vnus trũcus; quadraginta pecudes, capræ, vel caſtrati, faciant vnum truncum; xxx. verò porci, faciant vnum truncum. Et ſi beſtię, quæ ducerentur extra diſtrictum Vrbis eſſent infra truncum; pro qualibet vacca, in x. lib. prouiſi. puniatur; pro quolibet verò caſtrato, porco, vel pecude, aut capra; in c. lib. prouiſi. vice qualibet puniatur. Porci verò & caſtrati cum Dohana, extrahi de dicto diſtrictu non poſſint, ad dictam pœnam. Saluo, ſi aliqua Communitas vel perſona de diſtrictu Vrbis, haberet neceſſitatem, ꝙ DD. Senator & Conſeruatores, poſſint ei dare licentiam extrahendi, ſeu portandi de loco propinquo ad remotum, de diſtrictu Vrbis, pro neceſſitatibus eorundem, quando eis videbitur ex aliqua iuſta cauſa. Et quilibet Senator in principio ſui regiminis, banniri facere teneatur per Vrbem, ꝙ omnes habentes caſtratos vel porcos, teneantur illos facere ſcribi in Camera Vrbis, infra certum terminum, & ad certam pœnam. Et ꝙ de omnibus contentis in præſenti Capitulo, poſſit per inquiſitionem procedi, per Curiam Senatoris. Et quilibet poſſit de prædictis accuſare; & accuſans habeat quartam partem dictarum pœnarum, tam de pecunia q̃ de beſtiis. Et prædicta, locum habeant in præteritis, præſentibus, & futuris; Non obſtante aliquo Capitulo, & Statuto, in contrarium loquentibus.

¶ De eodem. Cap. 52.

NVllus audeat mittere vel portare aliquam graſciam, de diſtrictu Vrbis, ad aliquam Terram, Caſtrum, vel turrim, exiſteñ iuxtà Mare; Exceptis laboratoribus dictorum locorum; quibus ſit licitum portare fructus laboreriorum ad domos
Lib. 4. c. 16. ſuas, ita ꝙ per Mare non mittãt aliquid de eiſdem. Qui contrafecerit; perdat graſciam, & beſtiam quam conducit. Et ipſa graſcia, intelligatur vinum, granum, farina, hordeũ, millium, legumen, & omne genus bladi; carnes, vntum, oleum. Et nullus ſpecialis Romanus, audeat tollere ſua auctoritate aliquod viagium ſeu pedagium, in aliqua parte Fuminis; Excepto iure Communis Vrbis, ſub pœna c. libr. proui. Vrbis Cameræ applicandarum.

¶ De eodem. Cap. 53.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nulla Communitas, Ciuitas, Caſtrum, Roccha vel Villa, vel ſingularis perſona, audeat vel præſumat, per ſe vel alium, carichũ grani vel cuiuſcunq; generis bladi, facere concedere vel afferri facere; nec pro dicto caricho fiendo, alicui vendere aliquod granum ſeu bladum, à Ciuitate Terracinæ, incluſiuè, vſq; ad montem Argentarium, excluſiuè; ſub pœna mille flor. auri; (& perdat graſciam) vice qualibet, pro qualibet Ciuitate, Caſtro, Roccha, vel Villa, vel ſingulari ꝑſona, in qua cõtrafaciens puniatur. Et de ꝑdictis, per Curiã Senatoris poſſit & debeat per inquiſitionem procedi. Et poſſit quilibet accuſare & denunciare de prædictis; in quibus probatio quinq; teſtium, de publica fama probantium, pro plena probatione habeatur.

¶ De eodem. Cap. 54

QVælibet Ciuitas, Caſtrum, vel Villa, territorii & diſtrictus Vrbis, & quilibet Baro vel dominus alicuius Ciuitatis, Terræ, Caſtri, vel Villæ, ſiue loci; permittat liberè & abſolutè venire & duci ſiue deferri graſciam ad Vrbem, ſine ꝓhibitione vel contradictione aliqua, dicto vel facto, vel ordinatione, directò vel per obliquum, vel aliquo quæſito colore, fienda, de Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & locis prædictis; ad pœnam quingentarum lib. prouiſi. qualibet vice, & pro quolibet contrafaciente. Et ꝙ de prædictis, poſſit & debeat per inquiſitionem procedere Senator. Et quilibet, de eis accuſare & denunciare poſſit. Et credatur iuramento denunciantis & accuſantis, cum probatione trium teſtium, de publica fama probantium.

¶ De eodem. Cap. 55.

NVlli liceat extrahere ſemen lini, vel canapę, nec ipſum linum vel canapam, extrà Vrbem, & eius diſtrictum. Et qui contrafecerit; c. ſoli. proui. ſoluat Cameræ, pro qualibet ſalma; & perdat ſemen prædictum, canapam, & linum; & quarta pars ſit accuſantis; & aliæ tres, ſint Cameræ Vrbis.

¶ De eodem. Cap. 56.

LIceat omnibus Romanis, bona habentibus, terras, & poſſeſſiones in Caſtris, Cõmunitatibus, & Ciuitatibus, & eorum tenimento; extrahere de blado, vino, & aliis fructibus, quæ in dictis locis habent vel habuerint, & ad Vrbem portare liberè, ſine Data aliqua; & poſſint & debeant in libertate manere. Et etiam licitum ſit cuilibet Romano, qui habet ſeu haberet laboreria in locis & Terris prædictis, ſine Data & moleſtia aliqua, extrahere, & ad Vrbem portare. Et ꝙ domini dictorũ locorum, ſeu quæcunq; aliæ ſpeciales Communitates, non impediant aliquo modo Ciues Romanos, quo minus prædicta liberè faciant. Et qui contra prædicta fecerit aliquo modo, vel ingenio; puniatur in quingentis lib. prouiſi. & pluri, arbitrio Senatoris, cum conſenſu DD. Conſeruatorum Cameræ Vrbis. Et de prædictis poſſit inquiri & condemnari; & in prædictis credatur accuſatori vel denuncianti, cum probatione vnius teſtis.

¶ De eodem. Cap. 57.

LIceat Monaſterio S. Pauli de Vrbe, Hoſpitali S. Spiritus, Monaſterio S. Auguſtini, Monaſterio S. Sixti, Monaſterio S. Laurentii foris muros, & aliis Monaſteriis & eccleſiis, caſtra & caſalia habentibus; extrahere & extrahi facere, per ipſos & eorum familiares, ſine aliqua ſolutione Dohanæ & pœna, panem coctum, & alia victualia eis neceſſaria. Et de hoc fiat eis apodiſſa dohanę dictę Camerę, gratis

De eodem. Cap. 58.

QVilibet forenſis, poſſit extrahere de Vrbe & eius diſtrictu, de vnto, & carnibus caſeo, & rebus Speciarię, Merciarię, & aliis commeſtibilibus, vſq; in quantitatem decem ſol. prouiſi. ſine apodiſſa; excepto ſale, quod non liceat extrahere ſine apodiſſa, in aliqua quantitate. Et qui contra prædicta faceret; puniatur vice qualibet, in xxv. lib. prouiſi. Cameræ Vrbis applicandis.

¶ De eodem. Cap. 59.

CVrſiatores, liberam habeant poteſtatem portandi vinum & graſciam ad Vrbẽ, ſine aliqua Data. Et vnicuiq; ad Vrbem liceat graſciam portare quandocunq; ſine aliqua Data, ſolutione, vel moleſtia.

¶ De eodem, contra ementes in Portis & Pontibus. Cap. 60.

NVllus ſit, qui vadat ad Portas neq; ad Pontes, ad incottimãdum granum, hordeum, ſpeltam, faſianos, perdices, gallinas, nec capriolos, nec alias carnes ſil- Infra c. 275.
ueſtres, & pullos, piſces, nec aliam graſciam. Et qui contrafecerit; puniatur in cẽtum libris prouiſinorum; cuius pœnæ, medietas ſit accuſantis, & alia medietas ſit Cameræ. Et de hiis liceat accuſare vnicuiq;, & etiã per inquiſitionẽ procedi poſſit.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *Quòd Portanarii uideant apodiſſas, ad Pontes, & extrà Portas.* Cap. 61.

ILli qui erunt poſiti ſupra Portas Vrbis, vel ad Pontes, intus & extrà Vrbem; debeant, apodiſſas, ad pontes, & extra portas, & non inter portas videre; ſub pœna priuationis officii, & centum lib. proui. pro qualibet vice qua contrafecerint; de quo poſſit quilibet accuſare; & accuſator habeat tertiam partem pœnæ prædictæ. Dicti autem poſiti ſupra dictos pontes & portas, & alii graſcerii, viſa apodiſſa Dohanæ, permittant liberè tranſire exportantes res de quibus haberent apodiſſam. Et non petant corteſiam, nec aliquid recipiant aliquo colore quæſito. Et ſi contrafecerint; puniatur quilibet in xxv. lib. prouiſi. vice qualibet; & de hiis credatur ſacramento accuſantis, cum vno teſte; & triplum Parti reſtituat.

¶ *Quòd omnes Romani ſint liberi in poſſeſſionibus quas habent in Caſtris, & in* eis cogi non poſſint. Cap. 62.

SI aliquis ciuis Romanus haberet poſſeſſionem Caſtri, Villæ, domus, vel alicuius rei immobilis, in aliqua Ciuitate, vel diſtrictu alicuius Ciuitatis de diſtrictu Vrbis, vel eius iuriſdictione; ꝙ non poſſit ibi cogi aliquo modo vel cauſa; ſed conquerens de eo, veniat vel mittat ad Vrbem, in Curia Senatoris. Et ibidem de dicto ciue Romano iuſtitiam ſibi recipiat. Et ſi aliquis contrafecerit; ſoluat pro pœna, mille lib. prouiſi. pro qualibet vice; & duplum ſoluere teneatur ciui Romano. Idem ſtatuimus, ſi ibidem dictus ciuis Romanus haberet poſſeſſionem rei mobilis, vel ſe mouentis.

¶ *De eodem.* Cap. 63.

CIues Romani, habentes poſſeſſiones, terras, domos, ſeu caſalia, in tenimentis aliquarum Ciuitatum, Caſtrorum, vel Villarum de diſtrictu Vrbis; & illi qui haberent tenimentum & poſſeſſiones in Ciuitate Tiburtina, & eius tenimēto; ſint liberi & immunes ab omni Data ſeu Collecta, quæ imponeretur per tēpora, ꝑ ipſas Ciuitates. Et ꝙ de hoc cogi non poſſint, per directum vel per obliquum. Et ſi aliqua Communitas faceret Statutum, ꝙ non laborarētur poſſeſſiones dictorum ciuium Romanorum; teneatur dicta Communitas reficere dicto ciui Romano omne damnum quod propterea ſuſtinuiſſet; de quo damno, ſtetur ſacramento damnum paſſi, taxatione iudicis præcedente. Et nihilominus, dicta Communitas puniatur in centum lib. proui. Cameræ Vrbis.

¶ *De eodem.* Cap. 64

ROmani Ciues, pro domibus & poſſeſſionibus quas habēt ſeu acquiſiuerint in ciuitate Tiburtina, & eius territorio; non teneantur contribuere cum Tiburtinis, in aliqua Data vel Collecta; niſi ſolummodo in Datiua mille flor. auri, qui ſoluuntur omni anno, Cameræ Vrbis.

¶ *De pedagio non exigendo.* Cap. 65.

NVlla perſona auferat ſeu auferre debeat pedagium, ſeu poſterolaticum, de lignis, ſeu de feno, ſeu de aliqua graſcia quæ veniret ad Vrbem. Et qui contrafecerit; pro qualibet vice, ſoluat quinquaginta lib. proui. nomine pœnę. Et de hiis ſtetur ſacramento duorum teſtium, qui dixerint fuiſſe ablatum dictum pedagium vel poſterolaticum; quod poſterolaticum, publicè preconizetur per Vrbem. Saluo iure hominum de Arenula, quod habent in puluino; de qua pœna prædicta, medietas ſit accuſantis, & alia medietas Cameræ Vrbis.



¶ *De eodem.* Cap. 66.

ROmani Ciues, in toto Vrbis diſtrictu, & Monte alto, vſq; ad Terracinam; liberè quaſcunq; mercantias extrahant; & propterea ab eis nullum pedagium exigatur. Contrafaciens verò; ſi ſingularis perſona fuerit, non de Magnatibus; in ducentis lib. proui. puniatur. Si verò de Magnatibus, vel fuerit Ciuitas, Caſtrum Terra, vel alia Communitas; in quingentis lib. pro. puniatur; & in quolibet caſu prædictorum, damnum læſo reſarciat. Et de prædictis, ſtetur ſacramento ipſius lęſi, cum probatione vnius idonei teſtis probantis.

¶ *De eodem.* Cap. 67.

HOc præſenti Statuto ordinamus, ꝙ nulla Ciuitas, Caſtrum, ſeu quiuis alius locus, perſona publica, vel priuata, vel dominus alicuius Ciuitatis, Caſtri, vel Villę, ſeu alterius loci de diſtrictu Vrbis, Auferant ſeu auferri faciant ciuibus Romanis, habentibus tranſitum cum mercimoniis, vel animalibus, vel beſtiis, vel graſcia, vel eorum aliquo, Aliquod paſſagium, ſeu pedagium, vel portaragium, vel aliquod exigant, vel exigi faciant aliquo modo ab eiſdem; Sed ipſos, & eorum nūcios, cum mercantiis, & animalibus, & beſtiis, & graſcia eorum, tranſire permittant liberè, & ſine aliquo impedimento, ſeu contrarietate. Et ſi contrafecerint; Senator teneatur proprio iuramento, ad petitionem conquærentis (nulla alia accuſatione præcedente illius ſeu illorum, quibus contra formam præſentis Capituli factum fuerit) procedere per inquiſitionem, contra illos qui contra præſens Statutū fecerint, vel venire præſumpſerint, ſummariè, ꝙ incidant in pęnam c. librarum ꝓuiſinorum, pro qualibet vice, qua contrafecerint. Et nihilominus, damnum læſo reſarciant, eius ſacramento, cum probatione vnius teſtis, declarandum. Additum eſt, ꝙ cuicunq; acceptum fuerit pedagium, teneatur denunciare illum qui ſibi accepit, infra octo dies, à die ſibi accepti pedagii, ad pœnam prædictam.

¶ *De eodem.* Cap. 68.

NVlla Ciuitas, Caſtrum, vel Communitas de Vrbis diſtrictu, pedagium accipiat alicui Romano ciui, qui ad Vrbem duceret vel duci faceret aliquam graſciam de beſtiis, nec impediat nec impediri faciat. Et qui contrafecerit; ſoluat ꝓ pœna, centum libras prouiſinorum, pro qualibet vice, & plus, arbitrio Senatoris, cum conſilio & aſſenſu DD. Conſeruatorum Cameræ Vrbis. Et nihilominus, ablata in duplum reſtituat.

¶ *De eodem.* Cap. 69

NVlla perſona, audeat per ſe vel alium, accipere vel auferre aliquod pedagiū, ſiue paſſagium, ab illis qui venerint cum mercantiis, ſiue per terram ſiue per Mare; ſed liberè venire permittantur per terram, per Mare, & per Flumen, ſecurè, nullo pedagio eis ablato. Et qui contrafecerit; puniatur in centum lib. prouiſinorum Cameræ, quotiens contrafacere præſumpſerit. Et nihilominus, reſtituat quod accepit, in duplum. Et de valore rei ablatæ, ſtetur ſacramento illius cui res fuerit ablata. Saluo iure de Centum quatuor, pro iure Dohanæ Vrbis; cum magnum damnum oriatur, ſi liberè graſcia non poteſt portari ad Vrbem. Et hæc teneatur obſeruare Senator proprio iuramento.

¶ *De eodem.* Cap. 70.

NVlli Ciui Romano, vel eius vaſallis, liceat ab aliquo exigere vel extorquere aliquod pedagium, ſeu paſſagium, extra Vrbem & eius diſtrictum; niſi quod

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dare debet pro Vrbis Dohana; ad pœnam c. lib. prouiſinorum. Per hęc tamen nolumus fieri pręiudicium Romanis ciuibus, qui ex antiqua conſuetudine, conſueuerint piſces & aues habere, de piſcibus & auibus quæ deferuntur ad Vrbem.

*De Barattaria non facienda, nec uendenda in Vrbe.* Cap. 71.

NVlla Barattaria fiat in Vrbe, nec vendatur Barattaria ipſa per aliquos officiales Curiæ Capitolii, nec ſuſtineant Senator, Mareſcalli, & Camerarius, ꝙ ipſa Barattaria fiat in Palatio maiori, in Ponte S. Petri, nec in aliqua parte Vrbis. Et ſi Senator, & Camerarius, vel alia quæcunq; perſona, ipſam Barattariam vendiderit, ſeu aliter ordinauerit, per directum vel per obliquum, ꝙ Barattaria ipſa concederetur vel fieret; ſoluant per quemlibet eorum, nomine pœnæ, c. libras prouiſinorum; Et quicunq; ipſam emeret, eandem pœnam ſoluere teneatur; & Barattariam nihilominus perdere debeat.

*De ludentibus ad taxillos.* Cap. 72.

NVllus audeat aliquo tempore, ludere ad taxillos, denarios aliquos, de die vel de nocte; & nullus aliquo tempore mutuet alicui ludēti denarios aliquos, vel pignora ad ipſum ludum; & ſi mutuauerit, perdat pecuniam mutuatam, & ſoluat pro pœna, x. ſol. prouiſinorum. Et quicunq; luſerit ad taxillos, contra formam pręſentium Statutorum, vel luſerit in Eccleſiis ſeu ante Eccleſiam, ſeu reclauſtrum Eccleſiæ, ad rigalettum, vel ad aliquem ludum vbi pecunia perditur; ſoluat pro pœna, viginti ſolidos prouiſinorum, vice qualibet; quam pecuniam, Senator pro Camera Vrbis auferri facere teneatur. Et qui eum accuſauerit, habeat medietatem pœnæ prædictæ. Repertus autem ludere in locis non prohibitis, à vigilia Natiuitatis Domini, vſq; ad Octauam incluſiuè; non puniatur. Ad ſchacos autem, & tabulas; quilibet poſſit ludere impunè.

*De frangentibus Cancellum.* Cap. 73.

FRangens Cancellum, vel deinde extrahens ſerraturam; ſoluat x. lib. prouiſinorum; pro medietate Parti, & pro alia medietate Cameræ Vrbis applicandas.

*Quod uineæ cuſtodiantur, & de colligentibus uuas.* Cap. 74.

VIneæ cuſtodiantur omni tempore, tam plenæ q̃ vindemiatę. Et ſi aliquis dederit damnum in aliqua; ſoluat decem libras proui. & damnum emendet patiēti, pro qualibet vice. Et ſi collegerit ex dictis vineis vuas; teneatur ſoluere xii. denarios, pro quolibet racemo vuarum. Saluis priuilegiis vinearum, & hortorum. Et nihilominus Patarens ſiue prior poſſit vti priuilegio ſuo.

*De tranſeuntibus per uineas alienas, ſine licentia domini.* Cap. 75.

ITem, ꝙ Cancelli vinearum debeant firmari; & nullus vadat per vineas alienas, ſine licentia & mandato eius cuius ſunt vineę; & qui contrafecerit; puniatur in xx. ſolidis prouiſinorum, vice qualibet; & maſſarius qui contra prædicta venire tēptauerit; ſoluat pœnam duplā, cum ipſe ſit iuratus in ipſa Contrada; & quicunq; ipſum vel illum ſic euntem accuſauerit; habeat medietatem pœnæ prædictæ, & teneatur in ſecreto.

*De occidentibus beſtias alienas.* Cap. 76.

SI quis occiderit aliquam beſtiam groſſam alicuius ſcilicet, bouem, vaccam, equū, iumentum, ſomarium, bubalum, vel hiis ſimilia, ſtudioſè; ſoluat Cameræ Vrbis, pro qualibet beſtia, nomine pœnę, centum ſolidos prouiſinorum. Si verò beſtiam,



ſtiam; minutam, ſoluat pro pœna, xl. ſolidos prouiſinorum, pro qualibet beſtia; & in omnibus ſupradictis caſibus, damnum emendet patienti, & credatur ſimplici eius ſacramento.

*De eodem.* Cap. 77.

SI in tenimento alicuius Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ, ſiue loci, de diſtrictu Vrbis, aliqua beſtia alicui ciui Romano fuerit interfecta, vel excoriata, per homines ipſius Ciuitatis, Caſtri, vel loci, ſeu villę; ſufficiat probari per publicam famam, & ꝑ ſacramentum domini, & paſtoris; & Commune ipſius loci, beſtias prædictas, vel ęſtimationem earum, emendet, per ſacramentum domini declarandam.

*Quòd liceat occidere porcum damnum dantē.* Cap. 78.

CIuibus Romanis, habentibus ſiluas, & palearia, & herbas, vel ſpicas, aut vineas, in Caſtris & Caſalibus; liceat defendere dictas ſpicas, ſiluas, herbas, & vineam, & palearia, à damnum facientibus, in illis, ſine pœna, vbi porcum damnū dantem, occidere & auferre liceat; & de damno, ſacramento domini ſtetur, taxatione iudicis præcedente.

*Quòd ementes iura Cameræ, non poſſint portare arma.* Cap. 79.

ITem, ꝙ ementes aliqua iura, ſpectantia ad Cameram Vrbis, vel eius Officiales, à dicta Camera, cuiuſcunq; rei, nominis, & conditionis exiſterent; nullo modo, prætextu emptionis prædictæ, poſſint armam portare, nec alteri, licentiam arma portandi, concedere, etiam ſi expreſſum & actum eſſet in venditione, ſeu contractu venditionis, ꝙ poſſent arma portare, vel licentiam alteri portandi, concedere. Et Officiales, qui conceſſerunt licentiam arma portandi, incurrant in pęnam xxv. librarum prouiſinorum, pro quolibet, & qualibet vice; & ipſa conceſſio non valeat ipſo iure.

*Quòd Mareſcalli non ualeant largiri licentiam tenendi tabernas apertas.* Cap. 80.

MAreſcalli Curiæ Capitolii, non poſſint alicui perſonæ licentiam concedere, tenendi tabernas apertas de nocte, poſt tertium ſonum campanę; nec alicui concedere licentiam arma portandi. De ipſis verò tebernis apertis, ipſis Mareſcallis tantúm, & non aliis, liceat accuſare, vel denunciare. Et de hoc, ſtetur relationi ipſorum, vel Notariorum eorum,

*De petentibus debitum iam ſolutum.* Cap. 81.

QVi ſcienter petierit debitum iam ſolutum; in quinquaginta lib. prouiſinorum Supra lib. 1. c. 64 puniatur; pro medietate, Parti accuſanti; & pro alia medietate, Cameræ applicandis. Et in totidem puniatur, qui reſpondendo poſitionibus, negauerit fuiſſe debitum ſatisfactum; applicandis vt ſupra, ſi probetur contrarium eius; niſi interceſſerit mutatio perſonarum.

*De licentia piſcandi.* Cap. 82.

QVilibet Ciuis Romanus, & de eius diſtrictu, poſſit liberè piſcari in curſu Fluminis, & in Mari, & in aliis quibuſcunq; locis Vrbis, & eius diſtrictu, & nullus impediat eos. Et qui aliquem impediret; reſtituat quod abſtulit, & damnum reſarciat, & condemnetur quotiens contrafecerit, in decem lib. prouiſinorum Cōmuni Vrbis; ſaluo iure cuiuslibet ſpecialis perſonæ, ius habentis in prædictis.

*De eodem.* Cap. 83.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

QVilibet poſſit piſcari in Flumine Tiburtino, liberè, quocunq; tempore, cum quocunq; artificio, ſine conditione aliqua. Et ſi aliquis nobilis moleſtaret aliquem ex ipſa cauſa; puniatur in ducentis lib. prouiſinorum.

*De piſcibus, & ſeluaginis, uendendis in qualibet parte Vrbis.* Cap. 84.

QVilibet poſſit vendere abſolutè in Vrbe, & qualibet eius parte, piſces, palumbos, & ſeluaginas, & omnes aues, & omnem mercantiam & graſciam. Et nullus ab eo recipiat aliquid comeſtibile, per menſem, vel ſeptimanam, nec aliqua alia occaſione; ſaluo tamen, ꝙ de lapide in quo vendit, penſionem ſoluere teneatur. Et qui contrafecerit; condemnetur in c. lib. prouiſinorum.

*De coctigio piſcium.* Cap. 85.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ coctigium piſcium, & emptio, de die & de nocte fieri poſſit vbicunq;; non obſtante quocunq; Statuto, in contrarium diſponente. In die autem Sabbati, non poſſit vendi, niſi in foro.

*De electis ad ludendum in Teſtacia, & Agone; non ludentibus.* Cap. 86.

ITem, quicunq; fuerit electus ad ludendum, in ludis Agonis & Teſtaciæ, & recuſauerit ludere, & non luſerit in ipſis ludis; ꝙ non poſſit habere officiũ in Vrbe, vel eius diſtrictu, per quinq; annos; niſi iuſtam cauſam habuerit, ſcilicet infirmitatis, brigæ, vel inimicitiæ capitalis, vel propter ſenectutem, à xl. anno ſupra.

*De corrigentibus & uerberantibus familiam ſuam.* Cap. 87.

Idem ſup. lib. 2. c.105. POſſit quilibet corrigere, & verberare familiam ſuam; ſcilicet pater filium, & nepotem ex filio, frater fratrem, patruus vel auunculus nepotem, & alios familiares, quos retinent ad ſtipendia. Et ſi de hoc fuerit propoſita quærela; non recipiatur per Senatorem, & eius Iudices.

*De inimicatis, non admittendis ad aliquod officium.* Cap. 88.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ Senator teneatur proprio iuramento, non admittere aliquem Romanum inimicatum, ad officium aliquod, propter quod poſſit arma portare.

*De diſſidatis de contemptu mandati.* Cap. 89.

DIffidatus vel condemnatus pœnaliter, de contemptu mandati; ſiue fuerit Cõmunitas, ſiue priuata perſona, Romana, vel forenſis; non reaffidetur nec liberetur, niſi prius ſoluat in Camera Vrbis, x. lib. prouiſinorum, pro centenario; ſi petatur reaffidari infra annum, à diffidationis tempore numerandum; vel poſt annũ; quinq; lib. prouiſinorum, pro quolibet centenario, & concordet ſe cum Parte, cui diffidationis ius eſt quæſitum. Et hoc, locum habeat, anteq̃ fuerit præuentus à Camera Vrbis, per caualcatam vel per capturam. Poſt præuentionem autem, non reaffidetur, niſi cum Parte ſe concordauerit, & x. lib. prouiſi. Cameræ ſoluerit, pro quolibet centenario. Diffidatus autẽ pro pace & ſecuritate præſtãda, ſoluat quinq; lib. pro quolibet centenario, ſiue infra annum, ſiue poſt annum, pace ſeu ſecuritate præſtita, reaffidetur. Per hoc tamen, non intelligatur in aliquo derogari Statuto & priuilegio hactenus conceſſo DD. Conſeruatoribus Cameræ Vrbis, de componendo cum Baronibus & forenſibus, vt videtur eiſdem, vt in dicto priuilegio plenius. Hoc addito, ꝙ habitantes in Vrbe, licet oriundi non fuerint de Vrbe, nõ poſſint componere de diffidationibus factis de eis, de exceſſibus per eos commiſſis.



*De pelliparijs.* Cap. 90.

PElliparii, teneantur proprio iuramento, & iurent, in mantellis, varis, & guarnacchis nouis, non ſuere varos veteres; nec in guarnacchis gularum, miſceantur vel ſuantur de coriis gattorum, & aliorum coriorum; ad pœnam decem lib. ꝓuiſiuorum, pro quolibet, vice qualibet qua contrafecerint.

*De eodem.* Cap. 91.

ITem, ꝙ in pellibus martorum nouis, nulla alia pellis, faginæ, canis, peſoli, & alterius canis corium ſuatur, nec immiſceatur in eis, nec tingi poſſit; ad eandẽ pęnã.

*De eodem.* Cap. 92.

IN pellibus & guarnacchis nouis vulpinis, nõ ſuatur nec miſceatur in eis, aliquod corium de gatto, vel de aliquo alio corio; ad eandem pœnam.

*De eodem.* Cap. 93.

ITem, ꝙ in pellibus nouis agninis, non ſuantur pelles nec de pellibus hędinis, nec in profilibus à pede, nec tingi poſſint. Et quilibet ipſorum pellipariorum, teneãtur artem ſuam facere, purè, & ſine fraude, & hoc Capitulum obſeruare. Et qui cõtrafecerit; puniatur qualibet vice, in decem lib. prouiſinorum. Et quilibet dictæ artis pellipariorum, teneatur proprio iuramento, accuſare Curiæ D. Senatoris, omnes & ſingulos qui venerint contra hoc Capitulum.

*De eodem.* Cap. 94.

NVllus mercator vel pelliparius Vrbis, det vel dare debeat ſutoribus, vel alicui perſonæ, pro venditura pannorum ſeu pellium, vltra quatuor denarios pro qualibet libra. Et qui contrafecerit; ſoluat pro pœna Cameræ Vrbis, quinquaginta lib. prouiſinorum.

*De macellariis.* Cap. 95.

NVllus macellarius vendat aliquàs carnes pro aliis, ſeu immiſceat carnes malas cum bonis. Et teneatur dicere fideliter, de qua beſtia ſint carnes, ſi fuerit interrogatus. Nec vendat carnes ſorſumerias, nec inflatas, vel iudaicas. Et qui cõtrafecerit; ſoluat pro qualibet vice, centum ſolidos prouiſinorum. Ad hoc ſtatuãtur duo boni homines, ſecretè, pro quolibet fundicò & macello, per Senatorem, qui prædicta denùncient. Ad quorum denunciationem, vel alicuius eorum, procedi poſſit & debeat. Et habeant denunciantes, medietatem pœnæ. Et ſi Senator in hoc fuerit negligens; puniatur in quinquaginta lib. prouiſinorum.

*De eodem.* Cap. 96.

NVllus macellarius audeat abbottare carnes aliquas, nec tales carnes vendere, quin dicat emptori cuiuſmodi carnes ſint, ſi quæſiuerit emptor. Et ſi contrafecerit; ſoluat xl. ſolidos prouiſinorum, quotiens contrafecerit, pro quolibet membro prædictorum. Et credatur cuilibet accuſatori fidedigno, cum ſacramento Stetur tamen interpretationi Curiæ, ſi accuſans fidedignus extiterit, vel non. Et intelligatur macellarium abbottaſſe, ſi ad macellum ſuum reperta fuerit beſtia inflata vel abbottata. Et ꝙ circa prædicta, ponantur accuſatores per D. Senatorem.

*De eodem.* Cap. 97.

NVllus macellarius teneat inſimul mixtas, carnes ſcrofinas, cum porcis & maiali



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

bus; pecudinas, cum caſtratinis; vel mortacinas, cum aliis carnibus. Et qui contra
fecerit; ſoluat vice qualibet, pro quolibet membro prædictorum, xl. ſolidos proui
ſinorũ. Et ſtetur ſacramẽto accuſatoris fidedigni, vt in proximo Capitulo cõtinet.

### De eodem. Cap. 98.

SEnator & eius iudices, teneantur modis omnibus, compellere macellarios, ſol-
uere venditoribus præcium beſtiarum, quas emerint ab eis, ſecundum conuen-
tiones factas, ſumariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, ſola rei veritate in
ſpecta. Et qui contra conuentiones fecerit, ſoluat pro pœna, c, ſolidos prouiſino-
rum. Et teneatur reſtituere venditoribus omnia damna, quæ propterea paſſi ſunt.

### De eodem. Cap. 99.

QVilibet macellarius, qui ſit ſolitus exercere artem macellariæ, teneatur & de
beat continuè macellare, & habere carnes; ſalua ſemper ſibi iuſta excuſatio
ne. Et qui contrafecerit; puniatur vice qualibet, in xx. ſolidis prouiſinorũ. Et cre
datur ſacramento illorum, ſeu vnius ex illis, qui poſiti ſunt ſuper macellis.

### De eodem. Cap. 100.

ALicui perſonæ mercatoris, non liceat vendere beſtiam aliquam in cãpo Tor-
recchiani, die Iouis; nec macellario vendere aliquam beſtiam in campo prę-
dicto, dicto die Iouis. Et qui contrafecerit; tam emptor q̃ venditor, ſoluat vice qua
libet, x. lib. proui. Cuius pœnæ, medietas ſit Cameræ, & alia ſit accuſantis. Et præ
dicta omnia in hoc Titulo poſita, banniantur publicè in introitu Senatorum, exce
pto die Iouis ſancti.

### De menſuris, & tabernis. Cap. 101.

IN qualibet parte Vrbis, fiat & currat vna menſura iuſta ſacri Senatus; ita ꝙ
de muſto, ſalma ſit xxvi. cognitellarum; de vino verò, currat per Vrbem, & ſit,
xxiiii. cognitellarum.

### De eodem. Cap. 102.

NVllus tabernarius, vendat ad aliam menſuram, niſi ad ſigillatam. Et qui con
trafecerit; ſoluat vice qualibet, xx. ſolidos prouiſinorum. Cuius pœnæ, me-
dietas ſit Cameræ; & aliæ medietas, accuſantis.

### Quod tiburtini teneant menſuram Romanam. Ca. 103.

QVòd Commune & homines de Ciuitate Tiburtina, habeant & habere debe-
ant, in vendendo granum, hordeum, vinum, & in emendo victualia quæcũq;
illam menſuram, quam Romani ciues habent; ſub pœna c. lib. proui. Cameræ Vr
bis applicandarum. Et nihilominus, ad eandem menſuram vendere & emere te-
neantur. Et pœna ipſa totiens committatur, quotiens fuerit contrafactum.

### Quòd Romani & forenſes utantur una rublitella. Cap. 104.

DIcimus & ordinamus, ꝙ ad rublitellam Senatus, cum ferro in medio, ferratã;
Romani, & forenſes de diſtrictu Vrbis, vendant; & ꝙ dictæ rublitellæ currant
per Vrbis diſtrictum. Et idem dicimus de cognitellis, & aliis menſuris. Et Caſtrũ
quod contrafecerit, l. lib. prouiſinorum ſoluat; Ciuitas autem, nomine pœnæ, c.
lib. prouiſinorum ſoluere teneatur; ſingularis verò perſona, in l. ſol. prouiſinorũ,
vice qualibet puniatur.



### De menſura calcarariorum. Cap. 105.

CAlcararii, qui calcem vendunt; ad rublitellam Senatus, vendere teneantur;
ad pœnam c. ſolidorum prouiſinorum, vice qualibet qua contrafecerint. Et
idem intelligatur de vendẽtibus pozzolanam. Ordinantes verò vel facientes con
iurationem vel monopolium, contra præſens Statutum; pœna c. lib. prouiſinorũ
puniatur quilibet, & qualibet vice; de quo quilibet denunciare & accuſare poſſit;
cuius ſacramento, cum probatione vnius teſtis, ſtetur.

### Quòd omnes menſuræ, ſigillentur ſigillo Senatus. Cap. 106.

OMnes menſurę, tam rublitellarum q̃ cognitellarum, vini, & olei, quartaro-
num, metretorum, & generaliter omnium menſurarum, cum quibus emitur
& venditur; ſignentur ſigillo conſueto Senatus. Pro qua ſignatura, accipiatur
quod conſuetum eſt; & plus vel minus, & quis modus in hoc ſeruetur, remaneat
arbitrio DD. Conſeruatorum Vrbis.

### De Mareſcallis inquirere debentibus per Vrbem. Cap. 107.

STatuimus, ꝙ Mareſcalli teneantur, ad pœnam x. lib. prouiſi. quolibet menſe, ad
minus ſemel, perquirere per Vrbem diligenter, pro ponderibus & mẽſuris, vtrũ
ſint iuſta vel non; & menſuras iniuſtas quas inuenerint, faciant portari ad Came-
ram Vrbis; & pœnam in hoc ſequenti Capitulo contentam, exigant à contrafacien
te, applicandam pro tertia parte dictis Mareſcallis; & pro reliquis partibus, Ca-
meræ Vrbis.

### De ponderibus campſorum adiuſtandis. Cap. 108.

SEnator teneatur omnes marchas campſorum, ponticariorum, & mercatorum
Vrbis, facere adiuſtari & reduci ad vnam menſuram æqualem. Et ſuper æquali
tate eorum, iuſticiam faciendo, ponantur per Senatorem & Conſilium, tres camp
ſores, meliores & vtiliores quos habere poterunt, & alios etiam, prout videbitur
Senatori & Conſeruatoribus; quorum vnus ſit de cambio S. Mariæ Rotundæ, vel
de cambio plateæ S. Petri, & alius de cambio pontis S. Petri, & S. Adriani, & S.
Angeli. Et ipſi campſores ſic electi, adiuſtent marchas, ad vtiliorem & meliorem
marchum quem inuenerint & videbunt, pro melioramento Vrbis. Ita tamen, ꝙ om
nes emant & vendant ad dictum pondus adiuſtatum; ſaluo vſu ſtateræ de centum
quatuor. Et eodem modo & forma, Senator & Conſeruatores, infra menſem, à
die publicationis præſentis Statuti, ad pœnam c. librarum prouiſinorum, faciant
adiuſtari omnes ſtateras Vrbis, cum quibus emitur & venditur, per quatuor homi
nes in arte poſitos, diuerſarum regionum Vrbis.

### De ſignantibus pondera. Cap. 109.

OMnes poſiti ad ſignandum pondera, ſtateras, bilancias, vel bilancettas; teneã
tur recipere pro ſignatura, duos denarios, & non plus. Et prædicta omnia, fie
ri debeant bis omni anno; ad pœnam xx. ſolidorum prouiſinorum. de qua pœna,
medietas ſit Cameræ, & alia accuſantis.

### De aurificibus. Cap. 110.

NVllus aurifex laboret nec laborari faciat aurum, quod eſſet deterius auro de
mitate; nec mittat ſeu mitti faciat aliquod cõtrafactum in anulo aureo. Qui
contrafecerit; puniatur in xl. ſol. prouiſinorum.

¶ *De eodem.* *Cap.* 111.

NVllus aurifex, vel alia quæcunq; perſona, audeat, debeat, vel præſumat deinceps, laborare vel laborari facere, per ſe vel alium, argentum deterius, ſiue minoris valoris, q̃ de argento Sterlini. Et ꝙ Senator & Conſeruatores Vrbis, eligant vnum expertum in arte & fidelem, qui in qualibet re de argento laborato, teneatur facere quoddam ſignum, in quo ſint impreſſæ, duæ litteræ S. P. Et cum ipſo ſignetur & ſignari debeat per ipſum ſic electum, totum argentum quod laborabitur de Sterlino. Et debeat habere pro ſignatura, pro quolibet ſcaiali ſeu corrigia argenti, & de quolibet nappo argenti de Sterlino, quatuor denarios tãtùm, & non plus. Et ſi argentum non eſſet de Sterlino, ſed melius q̃ de Sterlino; debeat ſignari cum quadam impronta, in qua ſint tres litteræ, ſcilicet S. P. R. Et pro ſignatura accipiat tantundem. Et qui contrafecerit; ſoluat vice qualibet, nomine pœnæ, x. lib. prouiſinorum, applicandas pro medietate, Cameræ Vrbis; & pro alia medietate, accuſatori. Et ſi aliter, vel aliud argentum ſignauerit q̃ vt dictum eſt, vel contrafecerit in prædictis; ſoluat vice qualibet, dictam pœnam x. lib. prouiſi. diuidendarum vt dictum eſt. Et de prædictis, quilibet poſſit accuſare; & poſſit per inquiſitionem procedi.

¶ *De campſoribus & mercatoribus.* *Cap.* 112.

NVllus campſor ſiue mercator, vendat aurum laboratum, quod ſit deterius auro de mitate. Et qui contrafecerit; puniatur in decem lib. prouiſinorum, vice qualibet.

¶ *De eodem.* *Cap.* 113.

OMnes mercatores Vrbis, & quilibet alii, teneantur recipere omnes illas monetas quæ communiter currunt & expenduntur per Vrbem, ad illum valorem, ſecundum quem illæ monetæ valent. Et qui contrafecerit; in c. ſolidis prouiſinorũ Cameræ Vrbis, vice qualibet, puniatur.

¶ *De eodem.* *Cap.* 114.

NVllus exfloret vel exflorari faciat aliquam monetam. Et qui contrafecerit; ſoluat Cameræ, l. lib. prouiſinorũ; & ſi ſcholaris fuerit, magiſter eius teneatur ad dictam pœnam. Et teneatur Senator, ſingulis menſibus fieri facere inquiſitioné per cambium de prædictis; & accuſator qui hoc probauerit, medietatem pœnæ à Camera habeat; non obſtante quocunq; Statuto in hoc contrario.

¶ *De eodem.* *Cap.* 115.

IN qualibet regione Vrbis, eſſe debeant duo boni & legales homines, de arte cãpſorum, mercatorum, vel aurificum, ſingulis ſex menſibus deputandi in Vrbe, per Senatores & Conſeruatores Vrbis; qui teneant pondus ſententiæ florenorũ, ducatorum, carlenorum, & torneſorum; quod pondus, infra xv. dies, à publicatione præſentium Statutorum, Senator & Conſeruatores prædicti, ad pœnam l. lib. prouiſinorum, faciant adæquari & adiuſtari, per quatuor mercatores campſores, per eos eligendos. Ad quod pondus ſic adiuſtatum & ſignatum, recurratur quotiens fuerit controuerſia de florenis, vtrum ſint iuſti ponderis, vel non. Et illi floreni, q̃ per eos vel eorum aliquem, approbabuntur pro bonis & bonę ligæ; habeantur ꝓ bonis, iuſti ponderis, & bone ligæ, & approbatis; ita ꝙ non poſſint ab aliquibus campſoribus, mercatoribus, & quibuſcunq; aliis, recuſari. Et quilibet campſor debeat talem florenum cambiare. qui contrafecerit; Cameræ Vrbis, vice qualibet,



ſoluat xl. ſolidos prouiſinorum. Et non poſſit aliquis campſor retinere niſi vnam bilantiam, adiuſtatam, & ſigillatam, cum tribus ponderibus tantum; vno de floreno; alio de ducato, ſiue de floreno Romano; & de ſigillato, ſiue de carleno, ſiue torneſo; ſub pœna prædicta, vice qualibet imponenda, quotiens quis repertus fuerit retinere vltra dictos peſones, vel facere contra prædicta. Et hoc Capitulum banniatur per Vrbem, poſt publicationem præſentium Statutorum. Cuius pœnæ, medietas ſit Cameræ, & alia medietas accuſantis.

¶ *De Paterentibus uinearum.* *Cap.* 116.

NVllus poſſit eligi in Paterentem poſſeſſionum & vinearum, niſi ꝑ omnes maſſarios quorum ſunt poſſeſſiones & loca, ſeu maiorem partem eorũ, & pro uno anno tantùm. quo caſu, eligere liceat. Debeatq; vineam & poſſeſſionem habere talis Paterens, in loco vbi eligitur. Aliás; ſua electio non valeat. Et ꝙ nullus clericus poſſit eſſe Paterens. Et hoc, locum habeat in præteritis, & futuris. Et qui fuerit in dicto officio; ipſo finito, non poſſit eligi in eodem vel aſſumi, per vnũ annũ.

¶ *De Caſtellanis Roccharum & Caſtrorum Romani Populi.* *Cap.* 117.

ITem, Cuſtodes & Caſtellani Caſtrorum & Roccharum Populi Romani, diligenter inquirant tenutas, fructus, & prouentus ipſarum Roccharum. Et ſi inuenerint defraudatum & ablatum de prædictis; per ſacramentum debeant recuperare, toto eorum poſſe. Et ſi non potuerint; debeant hoc denunciare & declarare DD. Senatori & Conſeruatoribus. Et ipſi DD. Conſeruatores teneantur proprio iuramento, deliberare & ordinare ſuper hoc, illud quod eis pro meliori ſtatu Reipublicæ, videbitur expedire.

¶ *De recipientibus accomanditiam, contra aliquem Romanum.* *Cap.* 118.

NVlla perſona Vrbis, vel de diſtrictu Vrbis, audeat recipere aliquam accomanditiam, vel defenſionem alicuius poſſeſſionis, contra aliquem Romanum, dominum ipſius poſſeſſionis; & ſi reciperet, ipſam teneatur dimittere & renunciare, infra x. dies, poſtq̃ ei denunciatum fuerit per Curiam Senatoris, vel per DD. Conſeruatores. Et qui contrafecerit; ſi fuerit de Magnatibus, vel de eorum baſtardis; puniatur in mille lib. prouiſi. Cameræ Vrbis. Si verò Cauallarottus; in c. lib. prouiſinorum. Si verò pedes; in l. lib. prouiſi. & teneatur reſtituere damnum conquęrenti. Et nihilominus, accomanditiam dimittere. Et hoc, intelligatur de præteritis, præſentibus, & futuris.

¶ *De interficientibus lupos.* *Cap.* 119.

CVm multa damna beſtiarum & hominum, committantur per lupos, & alias malignas feras; Statuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; per quamcunq; viam, aliquẽ lupum interfecerit; habere debeat à Camera Vrbis, pro quolibet, x. ſolidos prouiſinorum; & hoc, ſi in Vrbe fuerit. Si autem extra Vrbem; habeat à Camera Vrbis, quinq; ſolidos prouiſinorum.

*Quòd Mareſcalli non capiant aliquem, poſt tertium ſonum campanæ.* *Cap.* 120.

MAreſcalli, & Officiales D. Senatoris, non capiant, nec capi faciant aliquẽ, poſt tertium ſonum campanæ; niſi eſſet homicida, latro publicus, vel perſona infamis, diffidatus vel condemnatus. Repertum autem quemcunq; in flagranti crimine per Mareſcallum; liceat ipſi Mareſcallo, tunc talem capere, & captum ducere ad Capitolium, ſine pœna.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

❡ *De impedientibus argaſtarolos.* Cap. 121.

NVlla perſona, ſine iuſta cauſa, prȩſtet aliquod impedimentum alicui argaſtarolo, per ſe, vel per aliquam perſonam, publicè vel priuatè, incidendo vel deſtruendo ligna, ſiluas, pantanos, & ſtirpetes; nec in porta, inhibendo ſeu vetando homines inciſores, excoriatores, & quoslibet alios operarios, miſſos per ipſum argaſtarolum, ad ſiluas, pantanos, & ſtirpetes, per eos emptos. Et qui contrafecerit; niſi oſtēdat aliter ſibi de iure licere, pro qualibet vice, xxv. lib. prouiſi. nomine pœnæ, ſoluat. Et de hiis ſtetur ſacramento illius qui eſſet impeditus, cum ſacramento vnius inciſoris vel operarii, vel alterius teſtis. Prouiſo tamē, ꝙ ſi dent prȩdicti damnū in poſſeſſionibus alienis; teneantur pœnam prȩdictam ſoluere, & damnū emendare.

❡ *Quòd habitatoribus Vrbis, non liceat iurare uaſſallagium.* Cap. 122.

STatuimus & ordinamus, ꝙ non liceat alicui vaſſallo Vrbis, habitatori Roccharū vel Caſtrorum Vrbis, iurare vaſſallagium alicui Magnati Vrbis, nec arma alicuius Magnatis pingere ſeu pingi facere in domo ſua, poſita in quacunq; Roccha Vrbis. Et ſi aliquis dictorum vaſſallorum, fecerit alicui Magnati Vrbis, ſacramentū fidelitatis ſeu vaſſallagii, vel pingeret ſeu pingi faceret arma alicuius Magnatis in domo ſua, vt dictum eſt; ſtudeat ſtatim reuocare & renunciare dictum fidelitatis ſeu vaſſallagii iuramentum, & dicta arma diſpignere & eleuari facere de loco vbi apparent, infra xv. dies, à die iuramenti ſeu picturȩ prædictæ; ſub pœna omnium bonorum, eius qui contrafecerit, & prædicta non obſeruauerit.

❡ *De proiicientibus cum arcu, ad feneſtras uitreas.* Cap. 123.

STatuimus, ꝙ nullus homo debeat proiicere cum arcu, baliſta, vel lapide, vbi ſūt feneſtræ vitreȩ, in eccleſia S. Mariæ de Capitolio, & in omnibus eccleſiis. Et qui contrafecerit; ſoluat c. ſolidos prouiſinorum. Et hoc Capitulum banniatur.

❡ *De Iudæis exercentibus uſuras.* Cap. 124.

IVdæi quoq;, maſculi & fœminæ, qui fuerint probati exercere vſuras in Vrbe; ſoluant pro pœna, xxv. libr. prouiſinorum, pro quolibet, quotiens fuerit contrafactum. Et hoc banniatur.

❡ *De ronzinariis, & aſinariis.* Cap. 125.

NVllus ronzinarius, ſeu aſinarius, vel iumentarius, quando vadit pro ferendo fænum vel paleas, poſſit facere palearicium. Et ſi fecerit; dictum palearicium ſit domini cui portet vel emerit fȩnum ſiue paleam. quod poſſit ſua auctoritate auferre, ſine pœna.

❡ *De deuaſtantibus armaturas & picturas.* Cap. 126.

NVllus audeat, de die vel de nocte, picturas vel armaturas factas in domibus, Louiis, ſeu inclauſtris alienis, vituperare & extinguere, vel aliquo modo deuaſtare. Et qui contrafecerit, ſi de die; centum ſolidos prouiſinorum; ſi de nocte, x. libr. prouiſinorum ſoluat.

❡ *De mercatoribus & ferrariis, non debentibus tenere apothecas apertas.* Cap. 127.

NVllus mercator, teneat apothecam apertam, vel vendat ſuas merces, in diebus Dominicis, in feſtiuitatibus Apoſtolorū, & quatuor feſtiuitatibus Beatȩ Mariȩ Virginis; exceptis diebus infraſcriptis, in quibus poſſint eas retinerē apertas; ſcilicet in die Dominico palmarum, in feſto Aſſumptionis S. Mariæ de menſe Auguſti, in



feſto S. Spiritus; in Aſcenſione Domini; in feſto S. Petri ad vincula; & tempore generalium Indulgentiarum Vrbis; & ſaluo ꝙ apothecæ in quibus habitant continuè, poſſint tenere apertas. Et qui contrafecerit; ſoluat pro vno, xx. ſolidos prouiſinorum. Et qui accuſauerit delinquentem in prædictis; habeat medietatem pȩnȩ. Saluo, ꝙ quilibet pro infirmis, & meſſoribus, tempore meſſium, poſſit vendere omnia neceſſaria pro dictis infirmis & meſſoribus, & quæ ſint neceſſaria funeri defunctorum. Et idem intelligatur in mareſcallis & ferrariis, pro neceſſitatibus beſtiarū.

❡ *De mercatoribus pannorum ueterum.* Cap. 128.

NVllus mercator veterum pannorum de Vrbe portica, emat pannos, tunicas, & mantellos, cappellos, & tabarros ab aliqua perſona infame, ſine præſentia duorum hominum, qui non ſint de arte, & qui cognoſcant venditorem & emptorem. Et qui contrafecerit; reſtituat rem quam emit, & perdat pretium, & ſoluat duplum pretii, Cameræ Vrbis. Et grauiùs puniatur arbitrio Senatoris, ſecundum qualitatem delicti. Et idem intelligatur de ſcaialibus de argento, laboratis; & aliis rebus laboratis, de argento & auro.

❡ *De ioculatoribus, et uillariis.* Cap. 129.

NVllus det alicui hiſtrioni vel ioculatori, ſeu alicui Curiali venienti ad aliquam militiam cum literis; vltra x. ſolidos prouiſinorum. Si verò ad nuptias; non det vltra quinq; ſolidos prouiſinorum. Contrafaciens, puniatur in decem libris prouiſinorum.

❡ *De piſcatoribus.* Cap. 130.

NVllus piſcator audeat piſcari vel piſcari facere in ſplagiis regionis Arenulæ, videlicet S. Seueriæ & Pauli, ſine voluntate, licentia, & mandato Sindici rectorum dictæ Communitatis. Et qui contrafecerit; puniatur qualibet vice in xxv. lib. prouiſinorum; & hoc præconizetur per Vrbem, ad requiſitionem D. Sindici.

❡ *De molendinariis, et quibus diebus macinent.* Cap. 131.

MOlendinarii Vrbis, nō macinent diebus Sāctis, Dominicis, feſtiuitatibus Apoſtolorum, & quatuot feſtiuitatibus principalibus beatæ Mariæ Virginis. Et ſi quis contrafecerit; ſoluat decem ſolidos prouiſinorum, Cameræ. Et Curia, de hiis ſtet ſacramento cuiuslibet denunciantis; cuius, ſit tertia pars dictæ pœnæ. prouiſo, ꝙ poſſint facere de mandato D. Senatoris & DD. Conſeruatorum, & aliter non.

❡ *De ſutoribus.* Cap. 132.

SI aliquis ſutor, denunciatus vel accuſatus eſſet, ꝙ receperit pro venditura pannorum, vltra quatuor denarios, per libram quamlibet; ſoluat decem libras prouiſinorum, ſi fuerit per publicam famam.

❡ *De Banditoribus.* Cap. 133.

OMnes Banditores Vrbis, bandiant in quatriuiis Vrbis, ſecundum antiquam conſuetudinem; & nihil accipiant nec accipere debeant à Ciue Romano, vel forenſi, pro banditura alicuius rei, niſi tantummodo quatuor ſolidos, à Romano; & ſex ſolidos prouiſinorum, à forenſi, pro vectura equi. Et ſi darentur ſibi equi; nihil recipiant, cum ſint præbendati à Communi Vrbis; ad pœnam xx. ſolidorum prouiſinorum. Cuius pœnæ, medietas ſit accuſantis, ſaluo iure Cameræ. Et quilibet Bādito r, cui aliquod bandimentum fieri committeretur, poſſit dictum bandimentum facere, per ſe, vel per alium, ex ipſis banditoribus; & ꝙ ex hoc non intelligatur ꝑ ſub

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſtitutum ſeruire, ſed per ſe ipſum cui eſſet commiſſum ; & non intelligatur per ſubſtitutum, ꝙ loco legitimè impediti Banditoris,alius exerceret officium illius ſic impediti, quo ad dictum officium . Pro bandimento verò , quod fieret in Capitolio, vel ſcalis Capitolii , ad petitionem cuiuſcunq; ; nil recipiatur per eos , ad pœnam prædictam .

*De ſandalariis.* Cap. 134.

NVllus ſandalarius, incidat nec incidi faciat aliquod lignum iuxta Flumen ; exceptis illis lignis, quæ dederint impedimentum in viagio , & ad trahendum philorciariam ; quæ ligna impedientia, liceat incidere,& non portare. Et ſi contrafecerint ; puniantur qualibet vice,in xl. ſol. prouiſi. Communi Vrbis, & emendet damnum ſacramento patientis, taxatione iudicis præcedente. Cuius pœnæ,medietas ſit accuſantis, & alia pro Camera .

*De curribus et carrettis.* Cap. 135.

NVllus currus oneratus, carretta onerata, vel ſine onere,cum bubalis , vel bobus, vel equis; tranſeat per aliquem Pontem de Vrbe, & etiam ſupra flumen Tyburtinum,ſaluo ponte Mammulo . Et nulla petra molaria deferatur ſine trallione . Et qui contrafecerit ; puniatur in c. ſoli. prouiſinorum, pro prima vice ; pro ſecunda,perdat carrettam vel currum, vel petras molarias ; de quibus,quilibet denũciare & accuſare poſſit; cui, cum probatione vnus teſtis, ſtetur .

*De uendentibus incenſum falſum.* Cap. 136.

NEmo faciat,nec facere debeat incenſum falſum,ſiue contrafactum; nec vẽdat, nec vendi faciat ipſum in ſua apotheca,nec in eccleſiis , ſeu aliis locis Vrbis; ad pœnam x . lib . prouiſinorum . Cuius pœnæ , medietas Cameræ applicetur , & alia accuſanti, & Mareſcallo inquirenti, & inuenienti , & deferenti . Et Mareſcalli & alii officiales, teneantur prædicta inquirere , & culpabiles accuſare ſeu deferre , proprio iuramento .

*De Spetiariis.* Cap. 137.

NVllus Spetiarius , vel eius diſcipulus , ſeu aliquis alter qui laboraret de cera , vel faceret duplerios ceræ; mittat ſeu ponat,& mitti ſeu poni faciat, vltra vnã vnciam & dimidiam de papiro aſſumpto per libram cerę . Et in faculis,tantùm dimidiam vntiam per libram cerę . Et ſi facerent duplerios vel faculas de cera veteri; ꝙ ex parte ſuperiori,videlicet in capite duplerii,dimittatur per tres vntias,de cera veteri diſcoperta; & per duas,in facula ; ita ꝙ poſſit clarè diſcerni cera vetula quæ eſt intus ; ad pœnam xx. ſolidorum prouiſi . pro qualibet vice , qua contrafecerit, & quolibet prædictorum,& quolibet duplerio ſeu facula . Cuius pœnæ , medietas ſit Cameræ , & alia medietas accuſantis .

*De barbitonſoribus.* Cap. 138.

NVllus barbitonſor,ſeu minutor ſaguinis hominum; tenere debeat antè domũ ſiue alium locum publicum , ſanguinem quem minuerit . Et qui cõtrafecerit; ſoluat qualibet vice; xl. ſolidos prouiſinorum . Cuius pœnæ,medietas ſit Cameræ; & alia medietas Mareſcallorum, vt benè inquiratur de prædictis.

*De trahentibus ſal de Campis Salinæ.* Cap. 139.

NVllus forenſis vel Romanus,extrahat ſal de Campis Salinę,vel eorum aliquo, ſeu extrà cõfines Campi ſalinariorum,ſine ſpeciali apodiſſa vtriuſq; Camerę ,



Et qui contrafecerit; perdat ſal,& beſtiam . Et nihilominus ſoluat Cameræ Vrbis , nomine pœnæ,xxv. libras prouiſinorum. Et in his,habeatur pro plena probatione relatio Caſtellani, vel vnius de cuſtodibus ſalinæ,tãtùm.Et hoc,locum habeat in illis,qui recto tramite deferunt ſal ad ripas Fluminis,ſicut conſuetum eſt,cum curribus & animalibus.

*De retinentibus porcum ad manum.* Cap. 140.

QVicunq; Ciuis Romanus retinuerit aliquem porcum ad manum, ſiue nutrierit; retineat ipſum porcum,& retinere debeat recluſum , ſic ꝙ per Vrbem non vadat. Et qui contrafecerit; ſoluat nominæ pœnæ,pro quolibet porco, x. ſoli. prouiſinorum. Cuius pœnæ,medietas ſit accuſantis, & alia Cameræ . Et hoc publicè banniatur per Vrbem .

*De uenatoribus,& aucellatoribus.* Cap. 141.

NVllus venator ſeu aucellator ciuis Romanus,nec quilibet alter; audeat,nec ire debeat venatum ſiue aucellatum ,per vineas alienas,cum canibus,& ſine canibus. Et qui contrafecerit; puniatur in xl.ſolidis prouiſinorum. Et de prædictis, quilibet poſſit accuſare. Et de dicta pœna,medietas ſit accuſantis, & alia ſit Cameræ . Et banniatur per Vrbem .

*De Notariis maleficiorum, non debentibus cogere aliquem ad recolligendum abſolutionem.* Cap. 142.

NOtarius maleficiorum, non cogat nec cogere debeat aliquem, ad recolligendum aliquam ſcripturam actorum, vel abſolutionis,vel ſententiam aliam;niſi Pars eam voluntariè recolligeret. Et ſi contrafecerit; perdat officium .

*De uendentibus muſtum Iudæis.* Cap. 143.

NEmo vendat nec vendere debeat alicui Iudæo,muſtum,tempore vindemiarũ; niſi ipſi Iudęi vel ipſe Iudęus totam vaſcatam emerit,cum ammoſtatura & torcitura.Et ꝙ ipſi Iudęi teneantur emere totum ipſum muſtum,cum ammoſtatura & torcitura.Et qui contrafecerit,tam in emendo q̃ in vendendo;ſoluat nomine pœnę x. lib. prouiſi.pro qualibet vice. Cuius pœnæ,medietas ſit Cameræ, & alia medietas,ſit accuſantis ; dum tamen prædicta,probentur per duos teſtes idoneos.

*De lapidantibus de turribus et domibus Tiburtinis.* Cap. 144.

SI fuerit lapidatum,ſeu proiecti lapides,de aliqua domo vel turri Ciuitatis Tiburtinæ,in aliqua rixa vel battallia, contra aliquem conuicinum aut inimicum domui dictæ domus vel turris,aut contra quamcunq; aliam perſonam; ꝙ teneatur dominus domus vel turris, ad illam pęnam ad quam tenerentur Romani,ſi de eorum domibus vel turribus lapidaretur .

*De tenentibus canale & ſtillicidium.* Cap. 145.

NVllus in tecto,ſeu pariete,nec etiam in aliquo alio loco,habeat, nec debeat habere,nec teneat canale,ſtillicidium ſeu ſtillicidia,aliquod vel aliqua,per quod ſiue per quæ,aqua currat vel cadat ad hoſtium,in hoſtios ſiue prope hoſtiũ domus, ſiue in introitu domus alienæ. Et quicunq; habeat vel habet ad penſionẽ, illius vel illorum,in cuius vel in quorum hoſtio domus caderet,vel prope hoſtium;teneatur & debeat eleuare,ad pœnam x.lib.prouiſi. Cuius pœnæ,medietas ſit accuſantis, & alia ſit Cameræ. Et poſſit quilibet accuſare . Et nihilominus debeat dictum canale ſiue ſtillicidium eleuare. Et Senator teneatur vinculo ſacramenti,prædicta fieri facere.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

cere cum effectu, ad petitionem domini domus qui offenderetur in prædictis, ad pęnam xxv. lib. prouiſinorum. Et prædicta, locum habeant in præteritis, præſentibus, & futuris; non obſtante aliquo Capitulo, ſupra vel infra poſito.

¶ *De facientibus ligna in ſilua aliena.* Cap. 146.

QVicunq; inuenerit aliquem in ſilua ſua, ſeu pantano á ſe poſſeſſo (etiã ſi de poſſeſſione eſſet quæſtio) facientem ligna; poſſit ei auferre ſecurim, vel aliud ferramentum, cum quo fecerit ligna. Et ſimiliter, idem facere liceat colono ſeu conductori, etiam laboratori, vſurario vel vſu fructuario prædictarum rerum.

¶ *De molendinariis.* Cap. 147.

Supra codẽ lib. c.131. SEnator proprio iuramento, & iudices Palatini, teneantur ad petitionem cõquærentis, cogere molendinarios ad reddendum bonam menſuram, & bonam farinam, ſine malitia, de frumento. Et ꝙ macinare teneantur infra quatuor dies, à die grani eis aſſignati, ſub pœna xl. ſoli. prouiſi. Cameræ applicandorum. Et de damno, ſeu ſubtractione frumenti, ſtetur ſacramento conquærentis damnum paſſi, taxatione iudicis præcedente; hac conſideratione habita, ꝙ pro ſingulis ſex ſcorzis grani, molendinario vel eius famulo aſſignati, dominus farinæ teneatur & debeat recipere ſex ſcorzos farinæ, de flore, & vnũ ſcorzum de infraſeta, & duos ſcorzos de ſemula. Si verò dictus molendinarius, infra terminum ſibi datum per iudicem, non reſtituerit, & de damno ſatisfecerit domino vt dictum eſt; ſoluat duplum Cameræ Vrbis. Dum tamen de prędictis exponatur quęrela, infra tres menſes tantum, à die aſſignationis dicti grani computandos. Et ꝙ ad omnia prædicta teneatur molendinarius qui tenet molendinum, ſeu molendinarii famulus. Et ad petitionem cuiuſcunq; teneatur macinare. Quod facere ſi renunciauerit; ſoluat pro pœna, xl. ſol. prouiſi. vice qualibet. Et prædicta inuiolabiliter obſeruentur; nõ obſtantibus aliquibus conſuetudinibus vel priuilegiis, quæ in contrarium ſe haberent.

¶ *De coriis & beſtiis, non emendis à paſtoribus ſiue domino.* Cap. 148.

NVllus emat corium bubalinum, iumenti, vel aliud corium, vel beſtiam vnam, à vaccario, vel paſtore, vel ab aliqua perſona, ſine mandato domini cuius eſt. Qui contrafecerit; ſoluat C. ſol. prouiſi. & reddat corium illi cuius fuit; & reddat beſtiam, vel emendationem beſtiarum. Et nullus emat de dictis coriis, nec aliquã beſtiam, ab aliqua perſona malę famę, ſine pręſentia duorum hominum qui ſint de eorum arte, & qui cognoſcant venditorem. Et ſi contrafecerit; emptor reſtituat rem quam emit, & perdat precium, & ſoluat tantumdem Cameræ Vrbis.

¶ *De paſtoribus uendentibus corium.* Cap. 149.

SI quis paſtor Vrbis, inuentus fuerit cum aliquo corio bubali, iumenti, bouis, vel vaccæ; qui non oſtenderit cuius ſit dictum corium; puniatur in decem libris ꝓuiſinorum. Et ſi pœnam non ſoluerit infra quindecim dies, à die quo in fortiam ꝑuenerit; fuſtigetur per Vrbem, & retineatur per quindecim dies, ad petitionem videlicet cuius fuerit, ſi reperiri contigerit; quibus elapſis, & aliquo cuius fuerit nõ comparente; ad pœnam, dictæ Cameræ non teneatur.

¶ *De uaccinariis.* Cap. 150.

QVilibet vaccinarius, poſſit emere coria in omni loco, de die, vel de nocte, corã duobus vel tribus teſtibus. Et qui contrafecerit; ſoluat Communi Vrbis, xl. ſolidos prouiſinorum. Et non emat ab aliquo paſtore, ſine licentia domini cuius eſt, ſub pœna C. ſoli. prouiſinorum; nec ipſe vaccinarius poſſit vnum corium venderе,



dere, vel ſolum corii vel coraminis, pro alio corio vel ſolo alterius corii ſeu coraminis; ſub pœna prædicta.

¶ *De habentibus famulos, ſibi ſeruire nolentes.* Cap 151.

LIceat Romanis Ciuibus, capere perſonaliter paſtorem, ſcutiferum, caſenghum, ſergentem, & fęminam pediſſequam, ſi à ſeruitio aufugerit ante tempus completi ſeruitii, de quo conuenerat cum patrono (dummodo ſibi de ſuo ſtipendio ſatisfaciat) & ducere ſine proclamatione, aut in quacunq; parte ipſum inuenerit, & ducere ipſum ad domum domini, ſine impedimento ipſius, vt ad ſeruitium ipſius veniat, & faciat eum vel eam venire, ſine læſione aliqua. Et ſi abſtulerit domino ſuo aliquid; ꝙ Curia faciat ſibi reſtituere dictas res ablatas, anteq̃ dimittat ipſum. Idẽ intelligatur de ſcutifero mercennario, qui ſtat ad vnum panem & vinum cum domino. Et ſi de hiis fuerit facta accuſatio vel denunciatio; Curia non audiat eum.

¶ *De coriis piloſis, extrahendis de Vrbe.* Cap. 152.

Coria piloſa, poſſint portari extra Vrbem, ſoluta Dohana.

¶ *De immunditia non proiicienda ad portam Septimianam, nec in Agone* Cap. 153.

NVllus vel nulla, proiici faciat aliquam immunditiam, ſeu aliquam turpitudinẽ, vel ſozzuram, ad portam Septimianam, ſeu retro muros ipſius Portæ; Cum per ipſam viam, omni tempore, Romani, maſculi & fæminæ, ad ſanctum Petrum vadant; & ipſa via ſemper appelletur via Sancta. Qui contrafecerit; ſoluat x. ſoli. prouiſi. Cameræ Vrbis. Et ponantur aliqui, qui denuncient facientes contra prædicta. Et idem per omnia, in Agone; de qua pœna, medietatem habeat Camera Vrbis, & alia ſit accuſantis; de quibus, cuilibet liceat accuſare, & poſſit per inquiſitionem procedi.

¶ *De Communitatibus, debentibus aptare ſtratas & uias.* Cap. 154.

COmmunia, & homines Caſtrorum, Villarum, & Burgorum de diſtrictu Vrbis teneantur, ad pœnam C. ſolidorum prouiſinorum, aptare vias publicas & ſtratas; ad hoc, vt euntes & redeuntes, poſſint ſecurè & ſine periculo, ire, redire, & venire. Et hoc teneatur Senator fieri facere in principio officii ipſius D. Senatoris, infra decem dies; ſub pœna vigintiquinq; librarum prouiſinorum.

¶ *De remundando carbonariam Portæ Septimianæ.* Cap. 155.

CVm aqua puluia, per Portam Septimianam decurrens, repleat vias vſq; ad eccleſiam S. Iacobi; ſtatuimus quód remũdetur carbonarium quod eſt iuxta muros dictæ portæ, totaliter; ut exinde aqua congregata & congreganda, decurrat ad Tibrim; & ſemper teneatur in eodem ſtatu, ne repleatur. Et hoc, fiat per adiacentes dictorum locorum. Et ꝙ Senator de prædictis inquirat, & per dictos adiacentes prædicta fieri facere teneatur; ad pœnam vigintiquinq; lib. proui. ſi negligens fuerit in prędictis.

¶ *De proiicientibus immunditias in uiis publicis.* Cap. 156.

NEmo proiiciat mortulatam, ſeu conciaturam coraminis, ſeu aliam immunditiam, ſeu proiici faciat in aliqua platea, ſeu via publica Vrbis, niſi in Flumine tantum; cum aerem inficiat & conturbet. Et qui contrafecerit; puniatur in xx. ſolidis prouiſinorum. Et nulla perſona proiiciat ſtabium, vel aliam immunditiam in ſolo ſeu caſaleno alterius. Et qui contrafecerit; ſoluat qualibet vice, xx. ſoli. prouiſinorum. Et hoc Capitulum, banniatur; de qua pœna, medietas ſit Cameræ, &



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

alia accuſantis. Et nullus macellarius, vel alia perſona, proiiciat ſanguinem, vel viſcera animalium, vel ipſa animalia mortua, vel aliam turpitudinem, in aliqua platea, vel alia via publica; ſub pœna xl. ſol. prouiſi. niſi in Flumine, vt ſupra dictum eſt, proiiciat; quo caſu, ad pœnam non teneatur. Et ꝙ de prædictis, quilibet poſſit accuſare, & medietatem dictæ pœnæ habeat.

¶ *De immunditia non proiicienda in Agone.* Cap. 157.

DE cætero nullus audeat proiicere in campo Agonis, fimum, vel aliquam putredinem. Qui contrafecerit; teneatur ſoluere pro qualibet vice, x. ſolidos prouiſinorum. Et fiant accuſatores celati, qui iurent prædicta fideliter facere; habeantq; medietatem pœnæ, & alia medietas applicetur Cameræ Vrbis. Et prædicta banniantur. Addito, ꝙ immunditia quæ ibi eſt, eleuetur expenſis adiacentium. Et ſi quis occupauerit aliquid de dicto loco communi, cogatur omnibus modis, ad voluntatem Senatoris, reſtituere, & in priſtino ſtatu reducere. Occupatum autem intelligatur, quicquid eſt actum vltra criptas antiquas. Et qui contrafecerit; ſoluat quinquaginta lib. prouiſi. pro pœna; nec aliquis in dicto Campo ſeminari faciat, ad pœnam prædictam.

¶ *De edificantibus in uiis communibus, et pontibus.* Cap. 158.

SEnator teneatur vinculo ſacramenti, ad pœnam C. lib. prouiſi. præciſè, omni exceptione & dilatione remota, cum effectu expediri & exgomberari facere omnes vias publicas, & pontes, in Vrbe, & extra; & ſi qua ædificia, vel opera, hoſtia, porticalia, ſeu quæcunq; alia apparamenta, facta ſint, & facta apparent in his viis & pontibus, per quaſcunq, perſonas; cum effectu, omni exceptione & dilatione remota, faciat tolli, deſtrui, & demoliri, expenſis illorum, qui in prædictis viis & pontibus ædificauerint, ſeu ædificari fecerint. Et de dicta ædificatione, vel occupatione facta dictarum rerum & pontium, per quem ſeu per quos prædicta ædificatio facta fuit, ſtetur ſacramento conquærentis de prædictis, ſeu denunciantis prædicta, cum probatione publicæ famę. Et de hoc, Senator inquirere teneatur.

¶ *De Iudæis debentibus portare tabarros rubeos.* Cap. 159.

IVdæi, ſuper aliis veſtimentis, tabarros rubeos portent, exceptis Medicis expertis in theorica & practica Medicinæ, & actualiter exercentibus artem Medicinæ in Vrbe, & in Vrbe habitantibus, approbandis per DD. Conſeruatores. Iudeæ autẽ, ſemper vadant indutę guarnellis ſuper aliis indumentis; aliàs in ſoli. xl. vice qualibet, puniantur. Et eadẽ pœna puniatur Iudæus, vel Iudæa, qui auſus fuerit in die Dominico, & in feſtiuitatibus beatæ Mariæ Virginis, publicè laborare; quam pœnã Senator auferre teneatur, & hoc banniri faciat; & accuſator habeat medietatem pœnæ prædictæ.

¶ *Quòd Mareſcalli non cogant Iudæos ad ſoluendum ſibi aliquid.* Cap. 160.

ITem, ꝙ Mareſcalli Curiæ Capitolii, non poſſint nec debeant, cogere nec cogi facere, per ſe vel alium, eorum nominibus, & pro eis, aliquem Iudęum vel Iudeã, ad ſoluendum aliquam pecunię quantitatem eis, nec alicui ipſorum Mareſcallorũ, quacunq; occaſione, titulo, ſiue cauſa; ad pœnam decem flor. auri, pro quolibet eorum, & vice qualibet, de eorum ſalario retinendorum per Camerarium Cameræ Vrbis, niſi in caſibus per Statutum Vrbis permiſſis, vel ex commiſſione Senatoris, vel Iudicum.

¶ *De Iudeis non cogendis per Conſules, ad ſoluendum duplerium beatæ Virginis.* Cap. 161.



ITem, ꝙ Conſules artium Vrbis, & quilibet ipſorum, non audient vel præſumant aliquem Iudæum vel Iudæam cogere, nec cogi facere, ad ſoluendum aliquam quãtitatem pecunię florenorum, ſeu Datam vel Collectam ipſis Conſulibus, ſeu eorum alteri, pro feſto aſſumptionis beatæ Mariæ virginis de menſe Auguſti, nec aliquod aliud actum. Et ſi aliquis agere vel petere vellet contra ipſos Iudæos vel Iudæas; ꝙ conueniant eos vel eas in Curia Capitolii, coram iudicibus Palatinis. Et ꝙ non poſſint ipſos Iudæos & Iudæas cogere in eorum Curiis, pro aliquibus rebus eorum; ad pœnam decem flor. auri, pro quolibet eorum contrafaciente, vice qualibet. Quã pœnam Senator debeat eis auferre, & auferri facere, & Cameræ Vrbis applicare.

¶ *De Iudæis non ſepeliendis niſi in campis eorum.* Cap. 162.

IVdæi & Pagani, in Vrbe, & per ſtratas & plateas, nullatenus ſepeliantur. Et ſi cõtrarium fieret per aliquem; pœnam quingentorum lib. prouiſi. incurrat, & corpus exhumare teneatur. Liceat tamen ſepelire eos in eorum cãpo, per eos empto, iuxtà ſãctũ Franciſcũ de regione Trãſtiberim, vbi eſt eorum ſepultura communis, & in aliis Cimiteriis conſuetis.

¶ *De Baronibus iurare debentibus ſequimenta Romani Populi.* Cap. 163.

OMnes de vtraq; domo, Vrſinorum & Columnenſium, & omnes de domo Anibaldorum, & omnes de domo D. Oddonis de S. Euſtachio, & omnes de domo D. Petri de Ginaſano, & omnes de domo Albertinorum, & D. Petri Romani, & omnes de domo Sabellenſium, & de domo de Comite, & omnes de domo Cappocinorum, & D. Petrus Gaietanus, & eius filii, & alii, ſecundum ꝙ in Camera inueniuntur, teneantur iurare in Conſilio generali coram Senatore, non receptare aliquos diffidatos, homicidas, fallitos, falſarios, exbannitos, aut infames perſonas, in domibus ſeu fortilitiis eorum, & curare & facere ꝙ nullo modo dictæ perſonæ ſic criminoſæ, inueniantur ſeu appareant in dictis domibus ſeu fortilitiis eorum, ſeu in Caſtris eorum. Et nihilominus, ſatis dare in Camera Vrbis, ad pœnã mille marcharum argenti (ſaluo ꝙ Senator poſſit ipſam pœnam moderare, ſecundum qualitatem perſonarum) ꝙ non facient contra prædicta. Et ſi contra prædicta, vel aliquod prædictorum, factum fuerit, ante ſacramentum vel poſt; puniatur contrafaciens in pœna ſupra dicta. Et Senator, de prædictis, ſingulis tribus menſibus debeat facere generalem inquiſitionem. Quod ſi non fecerit; ſoluat de ſuo ſalario, vice qualibet, ducentas libras prouiſinorum. Poſſint tamen prædicta adimplere per procuratores, per eos ſpecialiter conſtitutos.

¶ *Quòd diffidati à tempore primæ miſericordiæ, habeantur pro reaffidatis à Camera.* C. 164

APprobamus, extendimus, & interpretamur declarationem factam per Franciſcum de Baroncellis, ſuper priuilegio miſericordiæ, quo cauetur ꝙ diffidati pro maleficiis à tempore primæ miſericordiæ, factæ tempore D. Mathæi de Filiis, Vrſi, & Petri Agabiti de Columna, & abinde citra vſq; ad tempus miſericordiæ ſeu indulgentiæ, factæ tempore Tribunatus D. Nicolai Laurentii; habeantur pro reaffidatis, quantum ad Cameram; ſaluo in homicidiis, furto, falſitate, pace fracta. Veruntamen Pars pro ſuo iure agat ciuiliter, breui via, vt in criminali. Non obſtãte lege, conſuetudine, vel Statuto, in contrarium loquentibus.

¶ *De facientibus ſal per ſeipſos, ſine licentia Cameræ.* Cap. 165

NVllus Romanus, vel de Vrbis diſtrictu, audeat facere ſal, per ſe vel per alium, per directum vel per obliquum, extra vrbis diſtrictum, ſeu extra loca in quibus ſal fieri conſueuit. Qui contrafecerit, in damnum & præiudicium Cameræ Vr-

bis; capitaliter puniatur, & eius bona Cameræ applicentur, & Senator poſſit & de
beat inquirere diligenter.

*De damnis datis.* Cap. 166.

SI beſtiæ alicuius, ſeu ab aliquo cuſtoditæ, damnum dederint in bladis, terris, ca
napinis, pratis, vel vineis alienis, vel alicuius; ſoluat dominus beſtiarum inferi
us declaratarum, & emendet damnum inferiùs declarandum. Et ſi ibi inuenta fue
rint per dominum rei, vel quemcunq; alium pro eo; ꝙ ſit licitum illi qui inuenerit,
ipſas beſtias capere, & retinere eas, donec dominus beſtiarum, vel alius pro eo, ſol
uat eidem pro quolibet iumento, boue, vacca, aſino vel alia beſtia groſſa, duos ſoli.
prouiſinorum. pro qualibet verò beſtia minuta, ſoluat denarios ſex, pro qualibet vi
ce, & damnum emendet, dummodo infra tres dies debeat dictas beſtias ſcribi face-
re in Camera Vrbis; Exceptis Baronibus, & eorum filiis legitimis, & ſpuriis vel ba
ſtardis, quibus nullo modo liceat reſtare, capere, vel retinere; quæ pœnæ duplicẽ
tur de nocte, & earum medietas, ſit Cameræ Vrbis, & alia medietas ſit Partis. Et
quod dictum eſt de pratis, intelligatur à medio menſis Martii, vſq; quo ibi fænum
eſt falciatum, & fuerit ibi fænum. Et de vineis, à kal. menſis Martii, vſq; quo vinde
miatur, & vindemiatum fuerit. Addito, ꝙ ſi dominus cum effectu dederit idonea
pignora dño dictæ rei in qua damnum datũ eſt, pro omnibus ſupradictis pœnis ſoluẽ
dis, & damno emendando, ꝙ reſtituantur beſtiæ, Vel ꝙ teneat vnam vel plures de
dictis beſtiis, vſq; ad ſatisfactionem omnium prædictorum, & reliquas beſtias reſti
tuat domino. Quòd ſi reſtituere noluerit vt dictum eſt, teneatur domino beſtiarũ
emendare omnia damna beſtiarum, quæ incurriſſet ex retentione præfata. Si verò
dictæ beſtiæ intrauerint terram alienam, ſodatam, vel laboratam & non ſeminatã
vel bladatam, ſine voluntate domini dictæ terræ; ſoluat dominus beſtiarum, pro
qualibet beſtia minuta, ſcilicet pecude, tres denarios; & pro porco, quatuor dena
rios; & pro qualibet beſtia armentitia, ſex denarios; pro medietate Cameræ, & ꝓ
alia medietate; Parti læſæ. Et in omni caſu ſupradictorum; exceſſum paſſo, dam-
num emendet. Et ſi paſſus damnum, & ſui familiares, iurauerint ſe inueniſſe beſtias
in ipſo damno; ſtetur dicto ſuo, & vnius teſtis, etiam fratris, vel familiaris damnũ
paſſi. Et cuius ſint beſtiæ quæ damnum dederint, ſufficiat probare per duos teſtes,
dicentes in cauſa ſcientię, ꝙ ille eas poſſidebat pro ſuis, vel vtebatur vt ſuis, vel ꝙ
erant marchatæ mercho eius. Et quot erant dictæ beſtiæ, & de quantitate damni
vſq; in xl. ſol. credatur ſacramento patientis, taxatione iudicis præcedente; abin-
de verò ſupra, legitimè probetur. Et eodem modo ſuper retentione & reſtitutio-
ne dictarum beſtiarum, fiat probatio. Et ſemper præſumatur, beſtias repertas dam
num dare, totum damnum factum dediſſe; niſi per dominum beſtiarum, probetur
ꝙ aliquæ alię beſtiæ alicuius, damnum dediſſent.

*De eodem.* Cap. 167.

SI pecudes quæ aſcendunt ad Montaneam, in vere, & deſcendunt ad partes Vr-
bis, in autumno; dum aſcendunt & deſcendunt, damnum alicui dederint; Nõ
teneatur dominus pecudum, ad aliquam pœnam Cameræ applicandam, ſed ad ſa
tisfactionem damni, Parti damnificatæ, tantummodo teneatur. Et idem intelliga-
tur, quando beſtiæ quæcunq; fugerint de loco, ad locum, propter brigham; & de
damno probetur vt in Capitulo proximè præcedenti.

*Quod Senator cogat Barones damnum dantes, ad faciendam emendam, & liceat damnum paſſo, damnum dantem percutere.* Cap. 168.

SI quis habet terras ſeu tenutas, iuxtà caſtra ſeu tenutas nobilium Romanorum;



& paſſus fuerit aliquod damnum a dño Caſtri ſeu tenutæ, vel à vaſſallis eorum; ꝙ
Senator ꝓprio iuramento, & ſub pæna mille librarum prouiſi. teneatur facere emẽ
dari damnũ à prædictis dñis Caſtri ſeu tenutę, vel à vaſſallis eius, credendo de hoc,
proprio iuramento eius qui ſubſtinuerit damnum, taxatione iudicis præcedente. Et
ſi paſſus damnum, verberauerit acriter in dicta ſua terra, cum ſanguinis effuſione,
vel ſine, dantes damnum, puta paſtorem vel alium; non teneatur ad pænam; dum-
tamem non occidat eum, vel membrum ſibi nõ abſcindat, ſeu faciem deturpet.

*De molendinariis, & hortulanis damnum dantibus.* Cap. 169.

QVicunq; molendinarius, ſcarnator, ſeu hortulanus, vel ſandalarius, ſeu fullo,
ſiue canicator, vel quicunq; alius de eorum familia, de molendinis terrineis,
& vbicunq; poſitis per diſtrictum Vrbis; damnum dederit in vineis, hortis, ſeu qui-
buſcunq; aliis rebus, auferendo legumina, poma, vuas, ſeu quaſcunq; alias res dicta-
rum vinearum & locorum; pro qualibet vice, puniatur in tribus lib. proui. pro me-
dietate Cameræ Vrbis applicandis, & pro alia medietate, damnum patienti; & emẽ
det damnum patienti, iuramento ipſius. Et quilibet poſſit ipſum denunciare, & cre
datur iuramento denunciantis, cum vno teſte idoneo, & omni exceptione maiore;
non obſtante aliquo alio Capitulo, ſuprà vel infrà poſito. Si verò abſtulerit palos ve
teres vel nouos, ſeu cannas de aliqua vinea, canneto, vel aliquo alio loco; puniatur
in xxv. lib. prouiſi. vice qualibet. Et ſi nõ ſoluerit infra decem dies, à die latæ ſenten
tię, in comparente, vel poſtquam in fortiam Communis peruenerit; fuſtigetur foro
publico exiſtente. Et nihilominus damnum emendet patienti, eius ſacramento de
clarandum; & vnicuiq; liceat accuſare; & a ſententia vel diffidatione, lata & facta
ſuper prędictis omnibus, vel aliquo prædictorum omnium, appellari non poſſit. Et Infra. lib. 1. c. 69
prædicta, locum habeant in quocũq; furante palus, vel cannas de locis prædictis.

*De ciuibus Romanis portantibus pannos ad Vrbem.* Cap. 170.

ITem, dicimus, & ordinamus, quòd quicunq; Ciuis Romanus portauerit ad Vrbẽ,
tam pannos vltramontanos, quâm alios, á Monte Seneſe citra; ſoluat per ſalmam,
xii. denarios, in exitu; ſaluo, ſi venerit per Mare, à Monte Alto, applicando vſq; ad
Terracinam; tunc ſoluat ius ripatici, de centum quatuor, ſecundum quòd fuit aliàs
conſuetum, & obſeruatum.

*De mercantia extrahenda, & pecunia ſoluenda Cameræ.* Cap. 171.

ITem, ſi quis extraxerit de Vrbe, pannos aratii; ſoluat per ſalmam, in exitu, ſex ꝓ-
uiſinos. Si veró pannos veteres extraxerit; ſoluat in exitu, per libram, vnum.
Item quilibet extrahens de Vrbe, vel eius diſtrictu, equos, pullos, boues, iuuentes,
vaccas, pecudes, capras, ſomariòs, vel mulos, iumenta domita vel indomita, vnum
vel plures, emptos in Vrbe, vel eius diſtrictu: ſoluat pro qualibet libra valoris eius
quod extraheretur, octo denarios, ſi fuerit forenſis; Si verò Romanus fuerit, & de
genere dictarum beſtiarum, ſuas proprias extrà Vrbis diſtrictum extraxerit; ſoluat
quatuor denarios pro qualibet libra, in Camera Vrbis. Et hoc, intelligatur de pecu
dibus aſcendentibus ad partes Montanee. Item, quòd quilibet extrahens ex Vrbis
diſtrictu, aliquam mercantiam, vel aliam mercem, cuiuſcunq; conditionis exiſtat,
non venditam; ſoluat pro Dohana, ſi fuerit forenſis, octo denarios proui. pro quali
bet libra valoris, eius quod extraheretur. Romani verò, ſoluant quatuor denarios
proui. pro qualibet libra dictæ rei quę extraheretur; ſaluo quòd de beſtiis quas Ro
mani extra Vrbẽ extraxerint, Dohanam nõ ſoluãt; ſeu ſi extra diſtrictũ Vrbis extra
uerint, in caſu quo ꝑmiſſũ eſt extrahere beſtias; ſoluãt quatuor denarios ꝑ libram,

vt dictum eſt. Item, quód nulli liceat extrahere aliquod prædictorum, ſine ſolutione Dohanæ, vt ſupra dictum eſt, & ſine apodiſſa ſolutionis dictarum rerum quæ extraherentur. Liceat tamen vnicuiq; , ſine aliqua ſolutione alicuius Dohanæ, extrahere de Vrbe & eius diſtrictu, maſſaritias, arneſia, & ſuppellectilia, vel ornaměta, ac veſtimenta, ad eius vſum deputata, ſine pæna centum ſolidorum. Additum eſt, ꝙ ſeruetur bulla fęl. rec. Eugenii Papæ Quarti, ſuper his edita.

¶ *De iuramento Conſiliariorum.* Cap. 172.

CONſiliarii, iurent venire ad Conſilium, totiens quotiens fuerint requiſiti per nuncium, vel ſonum Campanæ; & dare conſilium ſanum, legaliter, & bona fide, prout ſecũdum videre, & conſcientiam eorum, nouerint expedire, pro honore, & commodo Reipublicæ Romani Populi; & de Conſilio non recedere, ante finitum Conſilium, ſine licentia Senatoris, & DD. Conſeruatorum.

¶ *De iuramento Camerarij Vrbis.* Cap. 173.

CAmerarius Vrbis, iuret Officium ſibi commiſſum gerere, & adminiſtrare legaliter, & bona fide, & omnia facere quæ vtilitatem Cameræ ſpectant, & ſpectare legaliter crediderit; introitus, & exitus dictæ Cameræ, ſcribi facere ſeriatim; & nihil recipere vltra ſalarium ſibi debitum. Et in ſingulis duobus mẽſibus, DD. Conſeruatoribus reddere rationẽ; & quicq̃d vltra expẽſas ſupererit, fideliter in Camera reſignare.

¶ *De officio Aduocati, & Procuratoris Cameræ Vrbis.* Cap. 174.

ADuocatus, & Procurator Cameræ Vrbis, in proſecutionibus iurium Cameræ, ſint intenti, & cum diligentia perquirant libros cenſuales, & tributarios, Nunquid in tributis, & cenſibus, Camera ſit fraudata, & an ſit de eis executio facta perfectè, & de impoſita ſalis, & focatici. Necnon vigilent circa res quæ ad Cameram deferuntur; vt quę confiſcandæ ſunt, confiſcentur, & vendantur; & ad banchum iudicis Cameræ, inſiſtant ſuffragiis, & patrociniis oportunis. Et ſi & quando peruenerit ad eorum notitiam, vel notificabitur eis, quòd aliquæ quantitates pęnarum, Cameræ debeantur; ſtudeant illas petere, & proſequi cum effectu, vt ad Cameram deuoluantur, ſibiq; adiudicentur, & de eis, feſtina, & perfecta executio fiat. Vigilent etiam, & perquirant quid agatur de proceſſibus, qui fuerint & facti ſint corã iudicibus maleficiorum. Et ſi condemnatio vel abſolutio quæ ibi fiunt, ſint iuſtæ vel iniuſtæ. Et an ibidem in præiudicium Cameræ, aliqua colluſio, deſiſtentia, vel gratioſitas fiat, vt per viam appellationis, vel reſtitutionis in integrum, & aliis iuris remediis, per eorum ſuffragia, ſuccurratur fraudibus, & iniuriis, & ſubueniatur indemnitati Cameræ prælibatæ. Studeant quoq; cum omni diligentia, & ſollicitudine, informare iudicem, qui veniet ad ſindicandum Senatorem, & eius iudices, & officiales, & iudices appellationum, & Conſeruatores, de defectibus commiſſis, & factis per eos, & ſententiis, & proceſſibus iudicum prædictorum, & vtrum cauſæ ſint terminatæ per eos, infra tempus à Statutis præfixum, & de aliis ſententiis latis per eos, & aſſiſtere coram dicto Sindicatore, vt omnes quantitates & res, in quibus damnificata eſt Camera, ad ipſam Cameram reuoluantur, & applicentur; & ſic ſegerant in omnibus, ne eorũ negligentia vel defectu, recipiat Camera in ſuis iuribus, læſionem; ſed eorum ſollicitudine & ſtudio, ſemper conſeruetur indemnis. Præfatus autem Aduocatus, in futurum eligendus, habeat, & habere & percipere poſſit a dicta Camera, pro ſuo ſalario, & expenſis omnibus, vſq; ad florenos xv. pro quolibet menſe, ad plus, & non vltra. Procurator autem præfatus, eligẽdus in futurum, pro ſuo ſalario, & omnibus expenſis, habeat, habereq; , & percipere poſſit ad plus, ſeptẽ flor. cum dimidio, & non



vltra, pro quolibet menſe. Quod ſalarium, eis à Camera ſingulis menſibus perſoluatur. Vltimorum autem duorum menſium ſalarium, retineat Camerarius, quouſq; tempore ſindicatus eorum, fuerint abſoluti. Qui Aduocatus, & Procurator, prædictis ſalario, & prouiſionibus contenti ſint, ita quòd nihil vltra, poſſint ſub alio colore, à dicta Camera uel ab aliis, petere vel habere; nec poſſint eligi vel aſſumi vltra vnum annum, ad exercitium officii prælibati, nec in ipſo officio refirmari. In fine autem eorum officii, debeant ſtare ad ſindicatum, & reddere de geſtis durante dicto oiffcio, rationem, continuis decem diebus. Nec poſſit eſſe Aduocatus vel Procurator, aliquis qui habuerit aliquod officium in Vrbe, niſi vacauerit, poſtquã compleuerit illud officium quod ante habuit, per duos annos. Ante autem duos annos, ad officium Aduocationis ſeu Procurationis, nullo modo aſſumi poſſit. Non obſtante aliquo Statuto, priuilegio, vel deliberatione, in contrarium loquentibus ſeu dictantibus.

¶ *De iuramento Notarii Cameræ.* Cap. 175.

NOtarius Cameræ Vrbis, tactis ſacroſanctis Euangeliis, iurare teneatur & promittere, bona fide gerere, & exercere officiũ ſibi commiſſum; & ſcribere fideliter (remotis odio, amore, precibus, & timore, & omni propria, & ſpeciali vtilitate) omnes redditus, & prouentus qui peruenerint ad manus Camerarii, videlicet introitum in vno libro, & expenſas in alio; & quòd erit contentus ſalario, ei conceſſo per preſens Statutum, & vltra non recipiet, nec recipi faciet; nec permittet auferri ab aliquo, pro ſuo poſſe, de prædictis prouentibus, & redditibus; & ſi ſciuerit quòd fraus in prædictis aliqua committatur, quã citius poterit, denunciabit Senatori, & DD. Conſeruatoribus; & ſtabit continuè in Camera ad ſcribendum, & dictum officium exercendum; Et quòd ipſe ſemper intererit Conſilio generali; Et ſimul cum Scriba Senatus, ſcribet propoſitiones, & arengationes, & dicta Conſiliariorum, & reformationes in dicto Conſilio fiendas; & eas in Camera tenebit; & completo dicto officio, dictas reformationes reſignabit in Camera, cum aliis libris introitus, & exitus Cameræ, & reddet rationem ſui officii, tempore ſindicatus, & ſoluet id in quo fuerit condemnatus.

¶ *De libris, & bacchalariis Notarii Cameræ, finito officio reſignandis.* Cap. 176.

NOtarius Cameræ, in libris introitus, & exitus Cameræ, ſcribat fideliter omnes pecunias, animalia, & quaſcunq; res, & nihil omittere debeat, & in bacchalariis reſeruare. Et finito tempore ſui officii, teneatur libros introitus & exitus, & omnem aliam ſcripturam neceſſariam ad dictam Cameram, infra octo dies, à die finiti dicti ſui officii numerandos, in Camera reſignare. Qui verò non reſignauerit, ſed ad domum reportauerit, ſeu in prædictis contrafecerit; puniatur in decem libris prouiſinorum, & reputetur ſuſpectus de occultatione, & fraudatione iurium Cameræ; & eis, poſt reſignationem, nulla fides in aliquo habeatur, ſi aliud vel aliter dixerit, quàm contineatur in libris iam dictis. Et quòd DD. Conſeruatores debeant in hoc eſſe ſoliciti, & attenti, vt dictos libros faciant reſignari. Et ſi Notarius in hoc deliquiſſe reperiretur, illicò debeat Senatori hoc notificare, & proteſtari quòd cum puniat pęna præfata; aliàs, ipſi xx. libras prouiſinorum Cameræ ſoluant. Modificatum eſt hoc Statutum, hoc modo, videlicet, quòd auſcultetur bacchalarii in redditione rationis, cũ libro maiori Cameræ Vrbis, & facta auſculatione, poſſit Notarius illud reportare, ſed non detur fides bacchalario, ſi aliud reperiretur in eo, quàm in libro maiori Cameræ Vrbis.

¶De eodem. Cap. 177.

ITem, teneatur Notarius prædictus, in libris introitus Cameræ prædictæ, ſcribere
omnes pecuniarum quantitates quæ dudum ponebantur in capſa, tam ſcripturarũ
notariorum maleficiorum, quàm ſcripturarum Cameræ, & aliarum rerum extraor-
dinariarum, ad Cameram peruenientium; & vlterius in capſa non ponantur, ſed Ca
merario dictę Camerę aſſignẽtur. Pecunia verò Dohanæ minutæ, in capſa ipſius Do
hanæ ponatur, more ſolito infraſcripto. Item, Scrinarii palatini, iurent ad ſancta
Dei euangelia, bona fide & ſine fraude (remotis odio, amore, vel timore, prece, &
precio) gerere & exercere officium eorum, & quòd erunt contenti ſalario eis con-
ceſſo, tantum, & vltra non recipient, per ſe vel per alium, quoquomodo; Ac dabũt
auxiliũ, & fauorẽ Senatori, & eius iudicibus, vt obſeruẽt & obſeruari faciãt omnia
& ſingula capitula Statutorũ; Et dicta teſtiũ ſcribẽt ꝑ ordinẽ, & nõ ponẽt, Dixit idẽ
Snp.lib.1.c.69. vt talis; nec ſcribẽt in criminali vel ciuili cã, Vera sũt q̃ in capitulis cõtinẽtur; & ſeri
atĩ examinabũt q̃d ſciat teſtis ſuꝑ toto negocio ſeu facto, & illud ſcribẽt quod dixerit

Quòd Officiales ſint contenti ſalarijs. Cap. 178.

ITem, quòd iudices, notarii, & alii quicunq; habentes officium in Capitolio; ſint
contenti ſalariis, conſtitutis & ordinatis eiſdem; & ſi plus acceperint, reſtituãt
danti, & condemnentur in quadruplum Cameræ Vrbis, per Sindicum qui eos ſindi
cabit. Nec ratione quaruncunq; cauſarum eis commiſſarum aut committendarũ,
quicquam recipiant ratione ſportularum, ſub pæna prædicta.

Infra.lib.4.c.11
& lib.5 c.46,

¶Quod clerici non admittantur ad officia ſæcularia. Cap. 179.

ITem, cum non deceat, clericos in foro ſeculari verſari; ſtatuimus quòd nullus cle
ricus poſſit in Curia Capitolii, vel alia Curia ſæculari, officium obtinere. Et ſi con
trarium fieret; eius electio. & geſta per eum, non valeant ipſo iure. Hoc autem, in-
telligatur de clerico beneficiato, vel in ſacris ordinibus cõſtituto. Simplex autẽ cle-
ricus, poſſit; dũmodo in Cam. ſatiſdederit de reddẽda ratione officii ſui, tꝑe debito

¶De Camerario Vrbis, Dohanarijs, & eorum officijs. Cap. 180.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, quòd in Camera Vrbis, vnus tantum Camerarius
eligatur. Itẽ, vnus Notarius maior, tres ſcriptores. & vnus Dohanerius. Et ipſorũ
officialium dictæ Cameræ, per duos menſes & non ultra, tantummodo, duret offi-
ciũ. Præfatus autẽ Camerarius, debeat continué, durãte ſuo officio, vnum famulũ
retinere; & ꝓ ſuo ſalario, habeat à Camera ſupradicta, octo flor. auri, ꝓ quolibet mẽ
ſe. Additũ eſt, ꝙ de cętero in Camera Vrbis, ſint duo Dohanerii quorũ vnus ſit & eſſe
debeat ſuꝑ Dohana minuta, & groſſa; alter verò, regiſtret apodiſſas groſſas & minu
tas, videlicet groſſas in vno libro, & minutas in alio; ad pęnã x. li. pro. qualibet vice.

¶De ſalario notarij Cameræ Vrbis, & de exſpenſis officialium dictæ Cameræ. C 181.

ITem, quòd Notarius maior Cameræ Vrbis, qui per tempora in ipſo officio fuerit
electus; habeat & percipere debeat pro eius ſalario duorum menſium, quibus ad
dictum officium extitit deputatus, à Camera Vrbis, xvi. flor. auri, ſcilicet octo flor.
quolibet menſe. Et quòd dicti Camerarius cum eius famulo, Notarius maior, & ſcri
ptor Cameræ, ab eadẽ Camera, pro eorũ quotidianis expẽſis victualibus, cũ vno co
quo, & famulo, L. ſol. ꝓ. quolibet die, ꝑcipere debeãt & habere, in ipſa Camera cõſu
mẽdos, in cõmuni participatione ciboꝝ; cũ quibus, Camerarius baliſtarioꝝ q̃ ꝑ tẽ-
pora fuerit, ad ſumptionẽ quotidianã cibi, intereſſe debeat, ſi uoluerit; & ſi noluerit
ꝙ de ipſis L. ſol. à Cam. die quolibet ꝑſoluẽdis, ꝓ rata, ſibi recipiat debitã portionẽ



Et nihil vltra petere poſſit baliſtariorum, & paueſatorum Cãmerarius ſupradictus.
Ab omnibus autem aliis honoribus, muneribus, & conſuetis, ſupradicti Officiales
penitus ſint exempti.

Quòd officiales Cameræ Vrbis, faciant reſidentiam die noctuq; in eadem. Cap. 182.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ne propter abſentiam Officialium Camerę, ipſa Ca
mera detrimentum aliquod patiatur, pro executionibus & aliis occurrendis; ꝙ
dicti Camerarius, Notarius maior, Scriptores, & Dohanerii Camerę memoratę, du
rante ipſorum officio, in ipſa Camera faciant reſidentiam perſonalem, die noctuq;.
Et ſi aliquis officialium prędictorum, contrafecerit; pro rata, quolibet die, de
eius ſalario & expenſis, debeat defalcari. Et DD. Conſeruatores qui fuerint per tẽ-
pora, requiſitionẽ diligentẽ facere teneantur ſuper his, & pęnas exigere ſupradi-
ctas; ad pęnam xx. lib. proui. Senatus.

Quòd Notarius, & Scriptores, ſint contenti eorum ſalarijs, & aliud perueniat ad Camerã. C. 183

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd omne, & quicquid, idem Notarius, Scripto
res, & Dohanerii prædicti, conſueti ſunt percipere & habere ratione ipſorum of-
ficii memorati, tam de ſcripturis, quàm de aliis quibuſcunq;; ad Camerã vrbis de-
beat peruenire; exceptis eorum ſalariis, & expenſis victualibus, eis decretis; quibus
tantummodo, ſint contenti. Et ſi quis contrafecerit de ſupradictis; ſi per Notarium
Cameræ vrbis, fuerit contrafactum; pænam x. librarum prouiſin. Camerę, vice qua
libet, incurrat, & duplum eius quod recepit, reddat; Scriptores verò, in pœnam C.
ſol. vice qualibet, uolumus incurrere. Quę quidẽ pęnæ & duplũ, ad Cameram Vr-
bis debeant peruenire; demum ipſo officio priuetur, quod in dicta Camera obtine
ret. Et contra prędictos, & in prędictis, Conſeruatores inquiſitionem faciant, & pæ
nam exigant prælibatam.

¶Si Dohanerius reperiretur defraudator. Cap. 184.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis ex Dohaneriis, qui fuerint ad offi
cium Dohanæ Cameræ vrbis, per tempora deputati; fuerit repertus de ipſa Doha
na in aliquo fraudator; pœnam dupli, eius quod defraudauerit, incurrat, & ad reſti-
tutionem dupli pænæ puniatur, & dictę Camerę applicetur. Et nihilominus, pro de
licto commiſſo, officio priuetur; & in Curia Capitolii, deinde ad decem annos, offi-
cium aliquod non valeat obtinere.

¶Quantum recipiat Camerarius pro apodiſſa ſalis, & alijs. Cap. 185.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Camerarius Cameræ Vrbis, qui fuerit ꝑ tẽ-
pora ad ipſum officium deputatus; pro ipſa Camera exigat, & recipere teneatur,
& debeat à quolibet ſindico Ciuitatis, vel Caſtri, diſtrictus vrbis; pro apodiſſa foca
tici, & pro apodiſſa obedientię impoſitæ ſalis, quæ conſueuit per Notarium Camerę
ſcribi; octo ſol. tantum; pro iure menſurarum, denarios xxxii. iuxta ſolitum exigat;
pro ſcriptura autẽ comparitionis ſindici, ſex denarios prouiſinorum, pro quolibet
rubro ſalis, impoſiti Caſtro, & Ciuitati, cuilibet computatis. Item pro iuregraſcierii
ſol. tres, & dimidum prouiſinorum, pro quolibet rubro dictæ, impoſitæ, Idem Came
rarius recipiat pro Camera prælibata totam ſupradictam pecuniam, non obſtanti-
bus ſupradictis.

Quantum recipiat Notarius Cameræ, pro ſubſcriptione reaffidationis. Cap. 186.

ITem, pro ſubſcriptione cuiuslibet reaffidationis pænæ capitalis, quæ per viam pa Ifnra c. 123
cis procederet; notarius Cameræ prælibatus, tres florenos pro Camera percipere

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

& exigere debeat,& habere.Si verò per viam appellationis,nullitatis,vel innocentię; recipiat vnum florenum tantum,notarius ſupradictus, à diffidato quolibet ſupradicto.

¶ *De eodem.* Cap. 187.

ITem,quilibet forenſis qui reaffidatus fuerit à diffidatione continente quantitatem xxx librarum proui.& infra,per viam compoſitionis ; pro ſubſcriptione cuiuslibet reaffidationis huiuſmodi,Notarius Camerę decem ſolidos prouiſinornm recipere debeat.Abinde verò ſupra,quatuor denarios per libram,vltra dictos decem ſolidos,de omni eo quod in dicta Camera ſoluerit,pro ſubſcriptione dictæ reaffidationis,ipſe notarius Cameræ,pro ipſa Camera percipere debeat,& habere.Si verò totam quantitatem in qua diffidatus eſt ipſe foreſis,in Camera vrbis ſoluerit cum effectu,& non aliis; cuiuscunq; tenoris exiſteret; ipſe forenſis, pro ſubſcriptione reaffidationum ipſarum,illam ſoluat pecuniæ quantitatem,quam Romani Ciues ꝓ reaffidationibus ſoluerint eorum; quia in his,vno & eodem priuilegio gaudere uolumus cum Romano.

¶ *De eodem.* Cap. 188.

ITem,pro qualibet reaffidatione quæ fuerit ex aliqua Ciuitate vel Caſtro; ſi infra centenarium librarum,in Camera vrbis duxerit perſoluendum; pro camera,xx. ſolidos prouiſinorum recipere debeat & habēre vſq; in quinquaginta libras; Abinde verò ſuprà, quamcumq; ſoluerit quantitatem,pro ipſius ſubſcriptione reaffidationis;xl. ſolidos. proui. pro centenario quolibet,idem notarius Cameræ,pro Camera percipere debeat,& habere.

¶ *Quantum recipiat notarius Cameræ pro ſecuritate ſalinariorum.* Cap. 189.

ITem, pro qualibet ſecuritate Salinariorũ, quã duxerit ſubſcribendã; quatuor ſol. tantum, pro Camera percipiat.

¶ *Quantum recipiat pro ſecuritate barchæ, & galeæ.* Cap. 190.

ITem,pro qualibet ſecuritate cuiuslibet barchæ,per eum ſubſcribenda; octo ſolidos prouiſinorum;& cuiuslibet galeæ,vnum florenum auri;& alterius cuiuſcũq; ligni cooperti,mediũ florenum auri,idẽ Notarius, ꝓ Camera ꝑcipere & habere.

¶ *Quantum recipiat pro apodiſſa expeditionis ſalis.* Cap. 191.

ITem,pro qualibet apodiſſa expeditionis ſalis,pro quolibet rubro ſalis, xxx. denarios,pro Camera percipiat.

¶ *Quantum recipiat pro relaxatione.* Cap. 192.

ITem,pro qualibet relaxatione fienda de ſingulis,Camerę pecunialiter diffidatis, & in carcerem mancipatis; decem ſolidos prouiſinorum pro Camera recipiat Notarius antedictus.

¶ *Quantum recipiat pro apodiſſa pecudum,montaneam aſcendentium.* Cap. 193.

ITem,pro qualibet apodiſſa pecudum,montaneam aſcendere volentium, tempore conſueto;Camera pro quolibet contenario pecudum, denarios xii. percipere debeat & habere, omnibus ſupradictis non obſtantibus.

¶ *Quantum recipiat pro ſecuritate Ciuitatis,Caſtri,uel Burgi.* Cap. 194.

ITem, pro qualibet ſecuritate,quæ concederetur alicui Caſtro,Burgo, vel Villæ,



quę mandatis venirent Romani populi parituri.quæ per offciales quoſcunq; concedentur eiſdem; vnum gigliatum tantum,pro Camera percipere debeat & habere & non plus,non obſtantibus omnibus ſupradictis.

¶ *Quantum recipiant Scriptores Cameræ,pro copia condemnationis.* Cap. 195.

ITem,ſtatuimus & ordinamus,quòd Scriptores Cameræ Vrbis, pro qualibet copia condemnationis,ſi ſcriptura fuerit dimidii folii; duos ſolidos proui. pro ipſa Camera;Si autem maioris voluminis; tres ſolidos proui.tantum,recipere debeant & habere,nõ obſtantibus omnibus ſupradictis.Et Scriptores præfati,dictam copiã ad petitionem petentis,facere teneantur per vnum diem,ad pænam C.ſol.prouiſinorum,vice qualibet.

¶ *Quantum recipiant pro ſcriptura fideiuſsionis.* Cap. 196.

ITem,pro ſcriptura cuiuslibet fideiuſſionis,ponendæ in Camera,cuiuſcunq; forenſis; ipſi Scriptores,& Notarius Cameræ,pro ſubſcriptione eius,duos ſolidos prouiſinorum,pro Camera,tantum percipere & habere debeant.Et pro qualibet fideiuſſione ſcribenda in Camera,pro ſecuritate præſtãda inter aliquos ad Curiam prouocatos; tantundem recipere communiter teneantur, non obſtantibus omnibus ſupradictis.

¶ *Quantum recipiat Notarius Executorum,pro aſſignatione inſtrumenti.* Cap. 197

ITem,quòd executor diffidatorum,deputatus ſuper executionibus diffidatorum Cameræ Vrbis; pro aſſignatione cuiuſlibet inſtrumenti,quod fuerit ad defenſam bonorum diffidatorum exhibitum & productũ; recipiat pro Camera,duos ſolidos; non obſtantibus omnibus ſupradictis.

¶ *Quantum recipiat pro ſcriptura bonorum diffidatorum, et cõdemnatorũ.* Cap. 198

ITem,pro qualibet ſcriptura robbę cuiuslibet diffidati vel condemnati Cameræ; pro viatico,quatuor ſolidos prouiſinorum recipiat pro Camera,non obſtantibus omnibus ſupradictis.

¶ *Quantum recipiat pro interlocutoria ferenda.* Cap. 199.

ITem,pro qualibet interlocutoria ferẽda per iudicem Cameræ,& per Scriptorem Cameræ ſcribenda; decem ſoli.proui.tantúm;pro Camera,percipere debeat, & habere Scriptor præfatus; non obſtantibus omnibus ſupradictis.

¶ *Quantum recipiat pro cancellatura ſententiæ.* Cap. 200.

ITem,quòd notarius Cameræ Vrbis, pro cancellatione ſententiæ alicuius Ciuitatis,Caſtri,ſeu aliorum Romanorum qui fuerint Cameræ condemnati, & ipſam condemnationem integram ſoluerint; nihil percipere debeat vel habere.

¶ *Quòd notarius,et officiales Cameræ,omnia ponãt in Camera.* Cap. 201.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes & ſingulæ receptiones ſupradictarum pecuniarum; quæ conſueuerunt in eorum officiis,ad manus notarii maioris,ſcriptorum Cameræ,& executoris(ſuper executionibus diffidatorum,& condemnatorum Cameræ,deputati) peruenire; quæ in ſupradictis Capitulis,& Statutis particulariter continentur; perueniant, & peruenire debeant ad ipſam Cameram,ad commodum, & vtilitatem Reipublicæ Romanorum.Et cum ſinceritate recipiantur ab eis,& perueniant ad manus Camerarii ſupradictæ Cameræ, & per notarium dictæ Cameræ ſcribantur, & annotentur in libris introitus dictæ Cameræ,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Quibus ſalariis, ipſis notario, & ſcriptoribus, & executori deputatis, & expenſis tã tummodo, ſint contenti; non obſtante lege canonica, vel ciuili, priuilegio, vel Statuto, ſupra vel infra poſitis, & conſuetudine in contrarium loquentibus.

¶ *Quantum recipiat notarius maleficiorum, pro abſolutione accuſati de crimine capitali.* C. 102

SI accuſatus de crimine capitali, carceri mancipatus, ſuam innocentiam probãs, fuerit abſolutus, vt inſons; notarius maleficiorum, pro ipſa abſolutione, recipiat medium florenũ auri, & duos gigliatos, pro relaxatione ipſius. Si verò accuſatus præfatus, repertus culpabilis fuerit, tamen quacunq; iuſta vel legitima cauſa fuerit abſolutus; ꝙ a tali abſoluto, pro abſolutione ipſius, tres florenos auri, & pro relaxatione eiuſdem, vnum florenum auri, pro Camera, recipere teneatur. quæ quidem vltima abſolutio, fiat ſine expenſarum receptione.

¶ *Quod notarij maleficiorũ, pecuniam per eos receptã, aſſiguent* Camerario Cam. Vrbis. Ca. 203

ITem, dicimus, & ordinamus quòd omnes, & ſingulę perceptiones pecuniarum, occurentium notariis maleficiorum, & quę conſueuerunt ad eorum manus, ratione prædicti eorum officii, peruenire; ſint, & eſſe debeant Cameræ Vrbis, & ꝙ ipſi notarij maleficioꝝ, qui ad ipſum officium, & acta pendentia, extiterint per tempora deputati; proprio iuramento, omne, & quicquid ad eorum manus peruenerit, & peruenire potuerit, tempore quo fuerint ad ipſum officium exercendum; debeant aſſignare, & aſſignari facere Camerario dictæ Cameræ, pro ipſa Camera recipienti, per apodiſſas eorum manu ſcriptas. Et notarius maior dictę Camerę, teneatur pdicta ponere ad introitum dictæ Cameræ, pro commodo, & vtilitate Cameræ Vrbis ſupradictæ. Et ſi quis contrafecerit in prædictis; pœnam centum ſolidorum prouiſinorum, ipſo facto incurrat, vice qualibet. & dupli, eius in quo Cameram defraudauerit, vel damnificauerit, ſeu receperit, & Camerario non aſſignauerit; quam pœnam, & duplum, dictæ Cameræ ſoluat, & ſoluere teneatur. Et ſi Senator fuerit negligens in puniendo prædictum notarium, & in faciendo per eum adimpleri prædicta; puniatur in xxv. lib. proui.

¶ *Quantum recipiat notarius maleficiorum, pro abſolutione inquiſiti uel accuſati.* C. 204.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis fuerit accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali, vel diffidatus de ipſo crimine; & per viam appellationis, vel per Curiam præuentus; ab ipſa diffidatione vellet ſe coram iudice compurgare, & reperiretur culpabilis, vel reus ipſius criminis; & propter inhabilitatem teſtium, vel aliam quamcunq; iuſtam cauſam, meruerit abſolutionis beneficium obtinere; quòd nihi lominus Cameræ vrbis, centum libras prouiſinorum ſoluere teneatur; & fiat abſolutio ſine repetitione expenſarum.

¶ *Quãtũ recipiat notarius maleficiorum, ab accuſato de facie deturpata, reperto culpabili.* C. 205.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis fuerit accuſatus de facie deturpata, membri abſciſſione, ſiue debilitatione; & ex ipſa accuſatione, ſiue de exceſſibus in ea contentis, fuerit repertus culpabilis; & ipſe accuſatus, propter diffidationem offenſæ, vel inhabilitationem teſtium, ſeu ex aliqua iuſta cauſa, veniret merito abſoluendus; quòd notarius maleficiorum, qui fuerit per tempora; pro abſolutione ipſius; ab ipſo taliter abſoluto, vnum florenum auri tantum, pro Camera recipere teneatur & fiat abſolutio ſine repetitione expenſarum. Et ſi tanquam innocens extiterit abſolutus; decem ſolidos proui. tantũm, percipere debeat & habere pro abſolutione prędicta; & fiat abſolutio cum repetitione expenſarum.



¶ *Quantum recipiat ab abſoluto de percuſſione cum ſanguine.* Cap. 206.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi quis fuerit accuſatus de percuſſionibus cũ ſanguinis effuſione; & tanquam innocens mereatur abſolui; pro tali abſolutione, notarii maleficiorum, recipiant x. ſolidos prouiſinorum. Si verò tanquam reus criminum, & culpabilis, ex quacunq; iuſta cauſa extiterit abſolutus; pro tali abſolutione, vnũ florenum auri, & xii. ſolidos, pro relaxatione, ſi contigerit carcere detineri, percipere ipſi notarii debeãt & habere pro Camera ſupradicta. Et fiat abſolutio talis ſine onere expenſarum.

¶ *Quantum recipiant notarij maleficiorum, pro uiatico.* Cap. 207.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſiquis vellet aliquem denunciare, vel accuſare; & briga, infirmitate, vel modo aliquo eſſet impeditus, propter quæ ad Capitolium accedere non valeret; ꝙ Notarius maleficiorum, teneatur ire ad domum accuſantis, ad pænam decem librarum prouiſinorum; & pro ſuo ſalario, duos ſolidos prouiſinorum percipiat, pro receptione accuſæ prædictæ; & in teſtibus ad defenſam, tam ſuper accuſa, q̃ ſuper inquiſitione, vel defenſione taliter impediti, modus prædictus debeat obſeruari ſolutionis iam dictæ. Et idem fiat in dominabus, ſi accuſare vellent, vel in teſtes producerentur.

¶ *Quantum recipiant pro aſſignatione* Capitulorum *et inſtrumentorum, et teſtium examinatione.* Cap. 208

ITem, ꝙ notarii maleficiorum, pro aſſignatione Capitulorum ad defenſam, duos ſolidos prouiſinorum; pro productione cuiuslibet inſtrumenti, duos ſolidos prouiſinorum; pro examinatione cuiuslibet teſtis ad defenſam, duos ſolidos prouiſinorũ tantùm, recipere teneãtur, & Camerario Cameræ aſſignare, vel aſſignari facere

¶ *De pecunia, quam ſunt conſueti ſoluere Iudæi, pro ludis Agonis, et Teſtaciæ, quæ perueniat ad* Conſules Bobatteriorum, & Mercatorum Vrbis; & de pecunia Cancellariorum Vrbis, & Senatus. Cap. 209.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnis ſiue tota pecunia Iudæorũ, quæ per ipſam Communitatem Iudæorum, pro ludis Agonis & Teſtaciæ, in Camera Vrbis hactenus ſolui conſueuit; veniat ad Conſules Bobatteriorum & Mercatorum Vrbis. quæ eſt mille centum & triginta florenorum, in Vrbe currentium, ad rationem quadraginta ſeptẽ ſolidorum; ipſis triginta, poſitis in memoriam Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ ſumma, & maximè dicti triginta, exigi integraliter debeant, non obſtantibus quibuſcunque gratiis, certis Iudæis per Romanum populũ factis, etiam Apoſtolicis litteris confirmatis; quæ omnia Paulus Papa Secundus, ex certa ſcientia reuocauit; mandans dictos triginta florenos, hactenus per certos Iudæos ex dicta ſolutione detractos, ſeu (vt fertur) viginti noué, deponi debere apud Camerarium Cameræ Vrbis, pro tempore exiſtentem, & ſingulis menſibus ratam dictarum pecuniarum ſolui vni Sacerdoti, qui habeat celebrare captiuis exiſtentibus in Cancellaria palatii Capitolii; qui deputari debeat per Conſeruatores pro tempore exiſtentes. Quæ pecunia (exceptis dictis viginti nouem, vt præmittitur pro Sacerdote reſeruatis) diſtribui debeat per modum infraſcriptum. In primis, pro indumentis ſericei panni auro cooperti, equi D. Senatoris; florenos centum & vnũ ex pẽdi debeant & ſolui mercatoribus, & venditoribus dictorũ pannorum, per Conſules ſupradictos. Item, pro indumentis ſiriceis nouis Cancellariorum; vigintiquinque floreni auri, pro quolibet Cancellariorum; qui floreni, non ſoluantur Cancellariis antedictis, ſed mercatoribus, & venditoribus dictorum pannorum, per Con

ſules ſupradictos;dummodo ipſi,ſericeis,& aureis præfatis nouis veſtimentis induti more ſolito, ad ipſos ludos,apud ipſum D.Senatorē perſonaliter debeāt intereſſe. Et ſi induti modo præfato,more ſolito ad ipſos ludos ceſſauerint intereſſe;ꝙ ipſam pecuniam,& pannos amittant;qui & quæ debeant ad Cameram peruenire;& in duplum Cameręcondemnētur;quod duplum,ſi infra octo dies non ſoluerint ; à dicto termino in antea,grauentur à Mareſcallis, calcarenſibus, & aliis opportunis remediis,donec dictum duplum,& quantitatē in Camera ſoluerint. Et ſi tota dicta quātitas,in dictis pannis expenſa non fuerit; reſiduum totum , in Camera Vrbis,dicti Conſules debeāt reſignare;cum non ſit decens,quòd pecunia, quæ pro honorę Romani Populi,in dictis Ludis debet expēdi;imburſetur per Senatorem, & Cancellarios ſupradictos.Et ſi Cōſules ſiue Camerarii dicti Ludi, dictos pannos emere ceſſauerint,ſeu in prædictis fraudem commiſerint ; teneantur in decem libris prouiſi.& duplum,eius in quo fraudem commiſerint , Cameræ ſoluant;non obſtante priuilegio,Statuto,ſeu conſuetudine,in contrarium loquentibus.

*Q.Camerarii Ludorū Agonis,et Teſlaciæ,teneātur reddere rationē Cōſeruatoribus*.Cap.210.

ITem, ſtatuimus,& ordinamus,quòd Conſules Bobatteriorum , & Mercatorum Vrbis,qui fuerint in ludis Agonis,& Teſtaciæ,Camerarii deputati;teneantur , & debeant,de pecunia quæ ad eorum manus peruenerit;DD.Cōſeruatoribus,qui fuerint per tempora,pleniſſimè,particulariter,& fideliter reddere rationem,& eiſdem debitam facere fidem de emptione,& precio dictorum pannorum Senatoris,& Cācellariorum;vt clarè pateat, in ſupraſcriptis nullam fraudem fuiſſe commiſſam. Et nihilominus ſtent ad ſindicatum de geſtis per eos,vt alii Officiales Vrbis.

*De ſalario Camerarij Ludorum Agonis, & Teſtaciæ.* Cap. 211.

ITem,quòd Camerarii dicti Ludi,de pecunia dicti Ludi, pro ipſorum ſalariis, viginti florenos auri,percipere debeant,& habere. quorum decem ex ipſis viginti Camerario Communitatis Bobatteriorum,& alii decem Camerario Communitatis Mercatorum,conuertēdi in dupleriis feſtiuitatis Aſſumptionis beatę Mariæ ſemper Virginis, debeant effectualiter aſſignari , ad honorem beatæ Virginis glorioſæ, & artium prædictarum. ad pœnam,ſiquis contrafecerit, quinquaginta libr. prouiſinorum,Vrbis Cameræ applicandarum.

*De pecunia ſoluenda luſoribus in dictis Ludis.* Cap. 212.

ITem,quòd Camerarii dicti Ludi,ſoluant & ſoluere debeant de pecunia dicti Ludi,luſoribus Romanis,in Vrbis Cōſilio ordinatis,abſque alia exactione, quatuor florenos auri,pro quolibet eorundem,bonos & legales,boni & iuſti pōderis;ad pœnam decem librarum prouiſinorum,Vrbis Cameræ applicandarum . Et luſores ſic electi,ſi non luſerint;decem libras prouiſinorum , pro quolibet,& duplum pecuniæ receptæ, Cameræ reddant.Quam pęnam,de facto Senator ſolui faciat;ad pęnam cētum florenorū,de ſuo ſalario retinendorum,ſindicatus tempore,niſi talis luderę recuſans,iuſtam excuſationem haberet.

*De his quæ in dictis Ludis debentur.* Cap. 213.

ITem,quòd ipſi Ludi Agonis, & Teſtaciæ , debeāt ſolenniter celebrari. In primis, quòd fiant & deferantur in eis,anuli argentei deaurati quatuor,duo in Agone , & duo in Teſtacia . Ad quorum vnum , Ciues ; & ad reliquum , Scutiferi haſtiludere teneantur . Item, in campo Teſtacię,tria brauia aurea & ſericia deferantur; ad quorum vnum,currant equi Romanorum ; ad ſecundum, forenſium ; ad tertium veró, Iumentarii, modo vſitato . Item, ſex carrociæ (duabus quæ conſueuerunt per mo-



lendinarios fieri , ibidem computatis ) in quibus poni debeant animalia conſueta ; ſcilicet,duo iuuenci, & duo porci, in qualibet carrocia ; illis tamen iuuencis qui cōſueuerunt per monaſteria S. Pauli, & SS. Sabbæ & Gregorii, conferri anno quolibet, pro ludis prædictis, particulariter computatis . Et ipſe carrociæ, debeant panno rubeo cooperiri, ad honorem populi Romani . Item, additum eſt dicto feſto,ex gratia S. D. N . Pauli Papæ Secundi , ꝙ ex pecuniis Cameræ , fiant ſex alia brauia ; vnum pro Iudæis , currentibus die Lunæ ante Dominicam Carniſpriui ; aliud pro pueris Chriſtianis,die Martis; aliud pro iuuenibus Chriſtianis, die Mercurii ſequēti ; aliud pro antiquis ſexagenariis, die Veneris ; aliud pro aſinis, die Lunæ Carniſpriuii; aliud pro bubalis, die Martis Carniſpriuii.

*De pecunia dicti ludi, ſoluenda tubatoribus, & alijs officialibus.* Cap. 214.

ITem, ꝙ tubatores, banditores, ceramellarius, tubetta,pulſator campanæ,cuſtos equorum, cuſtodes porcorum palatii Capitolii, barbitonſor, cuſtoſq; Leonis ( cū Leo in Capitolio vixerit,& fuerit expediens pabula prębere Leoni) de pecunia Ludi prædicti , annuatim, pro vno tabarro, & copertura equi, ſignati S. P: Q. R. centum ſolidos prouiſinorum, quilibet habere & percipere teneatur ; ita ꝙ ſic induti , coram D. Senatore, in diebus Ludorum , in campis Agonis & Teſtaciæ , cum Romano populo debeant apparere , & ſtare , pro honore Reipublicæ Romanorum , Prouiſo tamen, ꝙ ipſi dictum officium actualiter exerceant , & per eos non remaneat ſeruire, & officium exercere .

*De pecunia dicti Ludi, ſoluenda ſindicis Vrbis.* Cap. 215.

ITem, ꝙ duo ſindici Romani Populi, & Cameræ Vrbis, de pecunia dicti ludi, decem florenos auri,pro quolibet,annuatim,tantummodo recipere teneantur ; vti ſolitis induti veſtibus, D. Senatorem, ad ipſos ludos , teneantur & debeant honorificè ſociare . Et ꝙ decætero non poſſint petere illos xxv . flor . de quibus in quodam priuilegio eis conceſſo, dicitur contineri . Et ſi quis eorum contrafecerit ; pœnam dupli eius quod de ipſa pecunia receperint, ſoluant , Vrbis Cameræ applicandam; quam eos incurrere volumus ipſo facto ; non obſtante , priuilegio , Statuto , vel conſuetudine, in contrarium loquentibus .

*De pecunia dicti Ludi, ſoluenda Conſeruatoribus Cameræ.* Cap. 216.

ITem, ꝙ DD. Conſeruatores Cameræ Vrbis, qui fuerint per tempora dicti Ludi; annuatim habere debeant de pecunia dicti Ludi,florenos auri quadragintaquinque, pro indumentis ſibi de nouo faciendis , pro honore Romani populi , in ludis prędictis; quam pecuniam totam expendere teneantur in dictis indumentis;ad pœnam dictæ pecuniæ, Cameræ applicandæ.

*De pecunia dicti Ludi, ſoluenda ſcribis Senatus.* Cap. 217.

ITē, ꝙ ſcribæ Senatus,de pecunia prædicta, pcipere debeat & habere ſex florenos tantùm;non obſtāte Statuto,priuilegio,vel cōſuetudine,in cōtrariū loquētibus.

*De reſiduo pecuniæ dicti Ludi, Cameræ applicando.* Cap. 218.

ITem, ꝙ totum reſiduum dictæ pecuniæ,ſolutis ſupradictis , Cameræ Vrbis applicetur; nō obſtante priuilegio,Statuto, vel conſuetudine,in cōtrariū loquētibus.

*De Campo Teſtaciæ , decætero non ſeminando.* Cap. 219.

ITem, ꝙ de cætero, nullus ſeminet, nec ſeminare faciat, vel arare , Campum Teſtaciæ,vel eius partem . Et qui contrafecerit ; puniatur in centum lib. proui. Ca-

meræ Vrbis applicañ. Et vnicuiq; liceat, in dicto Campo beſtias tenere & paſcua-
re, ſine aliqua pœna. Et eccleſia S. Mariæ de Auentino, quia propterea damnum
& intereſſe patitur, annuatim habeat & habere debeat de pecunia dicti Ludi Ago-
nis & Teſtaciæ, florenos auri ſex.

¶ *De pecunia Cancellariorum Vrbis, recipienda de cenſu* Tiburis  Cap. 220.

ITem, ꝙ de pecunia & cenſu annuo tyburtino, quæ Cameræ Vrbis ipſi Tiburtini
ſunt ſoluere conſueti in feſto omnium Sanctorum; Cancellarii vrbis, qui nunc
ſunt & per tempora erunt, pro ipſorum ſalario, centum florenos auri pro quolibet
annuatim habere & percipere debeant, & non plus; & illud plus de dicta pecunia,
ipſi Cameræ applicamus, & confiſcamus. Et volumus ꝙ ipſi Cancellarii ad refor-
mationem Statutorum, contribuant cum Romanis ciuibus vniuerſis. Et poſtq̃ per
Tiburtinos fuerit ſoluta pecunia dicti ſcenſus Cameræ Vrbis, & ab ea refutationẽ
habuerint; non poſſint per aliquem Officialem ſeu quemcunq; alium, moleſtari. Et
moleſtans, non audiatur, nec fiat ex hoc ei iuſticia per aliquem iudicem Curiæ Ca-
pitolii, quocunq; priuilegio, Statuto, ſeu conſuetudine, non obſtantibus.

¶ *Quòd Iudei non ſint exempti à collecta fienda per* Romanum Populum.  Cup. 221.

ITem, ſtutuimus & ordinamus, ꝙ nullus Hebręus, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, &
conditionis exiſtat, ſit & eſſe debeat exemptus ab aliqua impoſitione vel collecta
cuiuſcunq; quantitatis, eis & cuilibet eorum, facta vel fienda per Romanum popu-
lum; nec ab eis modo aliquo aliquo ſit immunis, quocunq; modo, iure, titulo, ſiue
cauſa, immò vnà cum aliis Hebræis vniuerſis, ipſam impoſitam ſoluere teneatur;
Non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis, prærogatiuis, immunitatibus, quibuſcũq;
Iudæis, per quoſcunq; conceſſis, vel per Romanum populum, ſub quacunq; concep
tione verborum. Quæ quidem priuilegia & immunitates, tanq̃ iniuſta & iniqua, cũ
omnibus tenoribus, ex nunc caſſamus, & caſſa & irrita fore volumus. Non tamen
improbamus immunitates alicui eorum conceſſas per Communitatem ipſorum,
de non contribuendo cum aliis, in datiuis & impoſitionibus ſupradictis; nec appro
bamus, inquantum in præiudicium Cameræ Vrbis, verteretur.

¶ *Quantum recipiat notarius Cameræ pro relaxatione.*  Cap. 222.

Supra c.156. ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi quis fuerit capitaliter diffidatus, à qua quidem
diffidatione appellauerit, aut per viam nullitatis aut innocentiæ, voluerit ſe à ta-
li crimine compurgare, & per aliquam ipſarum viarum noluerit ſe in Curia preſen
tare, & fuerit repertus culpabilis de ipſo crimine; verùm veniret ipſe de iure ex ali
qua cauſa meritò abſoluendus; Abſq; apodiſſa notarii Cameræ Vrbis, à carcere nõ
valeat relaxari; & pro ipſa relaxatione, tres florenos auri pro ipſa Camera, ſoluere
teneatur. Si verò innocens totaliter appareret; ꝙ ſine apodiſſa relaxationis notarii
Cameræ, non valeat relaxari. Et pro tali relaxatione, medium florenũ auri ſoluat.

¶ *Quòd nulla reaſſidatio fieri poſſit quò ad* Cameram, *abſq; ſigillo* Conſeruatorum.  C. 223.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ac firmiter ſtabilimus, ꝙ nulla reaffidatio fieri poſ
ſit per D. Senatorem, qui nunc eſt, vel erit per tempora, de aliquo diffidato, ad
Cameram Vrbis quomodolibet pertinente, ſine expreſſa licentia DD. Conſeruato
rum qui fuerint per tempora, ipſorum ſigillo ſigillata. Et Scribæ Senatus, ipſam
reaffidationem, ſine ſigillo ipſorum Conſeruatorum, legere non debeant; niſi tan-
tùm illas quæ fiunt per modum appellationis; quas Scribæ Senatus legere poſſint
abſq; ſigillo DD. Conſeruatorum nominatorum vt ſupra.



¶ *De tabernis inuentis apertis, poſt tertium ſonum campanæ.*  Cap. 224.

ITem, ꝙ tabernæ inuentæ apertæ, poſt tertium ſonum campanæ; per Mareſcallos;
ſcribantur per notarium eorum, & tabernarii teneantur ad pœnam, xii. ſol. pro-
uiſi. pro medietate Cameræ, & pro alia medietate Mareſcallis, ſi in ea ſteterint ali-
qui, Et fuerit taberna publica. Si verò maſſarii; decem ſolidos, non obſtantibus
omnibus ſupradictis. Quam tabernam ſic apertam inuentam, Mareſcalli teneantur
ſtatim aſſignare in Camera Vrbis; ad pœnam centum lib. proui. tempore ſui ſindi-
catus exigendam; Exceptis duobus diebus ante Indulgentias generales feſtiuitatũ
Dñi Nri Ieſu Chriſti, & aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, de menſe Auguſti.

¶ *Quòd officia ſupra ſalinarum & pannorum ueterum uenientium ad* Vrbem, Ca
meræ deuoluantur.  Cap. 225.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ officium ſupraſalinarum, & pannorum venien-
tium & intrantium Vrbem, ad Cameram deuoluatur.

¶ *De oblationibus non dandis Officialibus, & de dãdis Sanctæ* Mariæ *ad Aracæli.*  C. 226.

ITem, ꝙ omnes & ſinguli Officiales curiæ Capitolii, de cætero in Camera Vrbis,
oblationes ceræ, piperis, ſalis, candelarum in Sabbato, & cuiuſcunq; alterius ge-
neris; nullatenus percipere debeant vel habere, Non obſtante priuilegio, Statuto,
vel conſuetudine, in contrarium loquentibus. Et hoc Statutum, locum non habeat
in Fratribus Sanctæ Mariæ de Aracæli; qui debeant annuatim percipere à Camera
Vrbis, quinquaginta apodiſſas ſalis; videlicet, x. apodiſſas ſalis, à Conſeruatori-
bus qui ſunt in feſto Natiuitatis, & octo à quolibet Conſeruatoratu dicti anni, &
vnam libram cerę, in qualibet ſeptimana. Nec habeat locum pro cera in vigilia
aſſumptionis Beatæ Virginis de menſe Auguſti, nec in tresdecim Capitibus regio-
num, qui conſueuerunt habere vnam libram piperis, pro quolibet, in feſtiuitatibus
Domini Noſtri, & in feſto Reſurrectionis Domini, & aſſumptionis Beatæ Mariæ,
pro quolibet feſto.

¶ De *Cancellaria, & eius cuſtodia, & cuſtodibus.*  Cap. 227.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ cuſtodia Cancellariæ palatii Capitolii, in qua
detinentur & detineri debent captiui, nullatenus pertineat ad D. Senatorẽ; nec
de eius cuſtodia & cuſtodibus, ſe modo aliquo intromittat; ſed cuſtodia, & proui-
ſio cuſtodiæ, & deputatio cuſtodum ipſius Cancellariæ, totaliter ſpectet & pertine
at ad DD. Conſeruatores, Cameræ Vrbis præſidentes, & futuros. Qui DD. Con-
ſeruatores, teneantur & debeant dictam Cancellariam facere cuſtodiri, & ad præ-
dictam cuſtodiam deputare & ordinare cuſtodes bonos, idoneos, & ſufficientes,
Romanos ciues tantum, & non aliunde. Et cuſtodiant ſumptibus & expenſis Ca-
meræ Vrbis, hoc modo; videlicet, ꝙ prouentus dictæ Cancellariæ, qui ſunt & eſſe
debent Cameræ prædictæ, & ad ipſam Cameram ſpectant & pertinent de iure; ſint
ipſorum cuſtodum, qui ad cuſtodiam prædictam, per DD. Cõſeruatores dictæ Ca
meræ, fuerint per ipſa tempora deputati; & dictos prouentus dicti cuſtodes recipi-
ant & percipiant hoc modo; videlicet, ꝙ dicti cuſtodes accipiant & recipiant à Ro-
manis & habitantibus in Vrbe, pro intrata Cancellariæ, à quolibet ibi miſſo & de- Infra c.328.
tento, ſeu detinendo & mittendo, quacunq; de cauſa, quatuor ſoli. proui. tantum
& non vltra percipere debeant & habere aliquo colore quæſito; & quatuor dena-
rios proui. die quolibet, à Romanis, & habitantibus in Vrbe, pro quolibet; à foren
ſe, vi. denarios prouiſi. die quolibet accipiant dicti cuſtodes, pro quolibet captiuo
& non vltra. Pro exitu verò dictæ Cancellariæ, nihil ſoluere teneanrur dicti carce-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

rati, nec dicti cuſtodes accipere debeant. Et ſi dicti cuſtodes, aut aliquis eorum, cõtrafecerit; pœnam xxv. lib. proui. Senatus, incurrat vice qualibet, applicandam dictæ Cameræ Vrbis. Et teneantur & debeant dicti cuſtodes communiter qui recipiuntur & admittuntur ad dictam cuſtodiam; dare in Camera Vrbis idoneam fideiuſſionem, de mille florenis de auro, de bene, ſollicitè, & legaliter cuſtodiendo ipſam Cancellariam, & captiuos in ea poſitos & miſſos; & parendo. Et eligantur & deputentur per ipſos DD. Conſeruatores ad dictam cuſtodiam, in eo numero, & pro eo tempore, quo eis videbitur, vel ſaltem pro dimidio anno. Et finito tempore officii ipſorum cuſtodum, ſiue in fine dicti officii; ſtent & ſtare debeant ad ſindicatum, & ſindicari debeant ſicut alii officiales Curiæ Capitolii. Et ſi tempore dictæ eorum cuſtodiæ, & dicti eorum officii, aliquis de dicta Cancellaria aufugerit; & Camera Vrbis damnum aliquod incurreret ſeu paeretur; ipſi cuſtodes teneantur dictæ Cameræ talia damna & intereſſe emendare, reficere, & reſarcire; & de eorum proprio, dictam Cameram, & Partem (ſi Pars eſſet læſa) conſeruare indemnẽ & illæ tam. Et D. Senator de dicta Cancellaria & cuſtodibus, ſe nullatenus intromittat. Et ſi ſecus fecerit; quicquid fecerit, non valeat ipſo iure; & pœnam quingentorum florenorum auri incurrat, ſibi auferẽ & de ſuo ſalario retinẽ prædictæ Cameræ Vrbis, tempore ſindicatus ipſius D. Senatoris. Et Conſeruatores qui erũt pro tempore, poſt publicationem præſentium Statutorum infra octo dies, ponant cuſtodes prædictos. Et hoc Statutum executioni mandetur, ad pœnam centum librarum prouiſinorum, pro quolibet.

¶ *De eodem.* Cap. 228.

Infra c. 242. ITem, ꝙ cuſtodes dictæ Cancellariæ, non ponant vel mittant cathenam alicui captiuo in dicta Cancellaria detento; niſi talis captiuus eſſet publicus latro, aut homicida, falſarius, vel proditor, ſeu de tali crimine inculpatus, propter quod deberet perdere vitam, & condemnari ad mortem. Et ſi contrafecerit; x. lib. prouiſinorum incurrat, vice qualibet, & pro quolibet, Vrbis Cameræ applicañ.

¶ *De officialibus ſalariatis, miſſuris* VI. *denarios in capſa Cameræ* V*rbis, de eorum* ſalario, quando receperint. Cap. 229.

ITem, ꝙ D. Senator Vrbis, qui per tempora erit; & eius officiales, & Curiæ Capitolii ſalariati, & extra Capitolium, & etiam ſtipendiarii Romani populi, & Cameræ Vrbis; teneantur & debeant ſoluere in Camera Vrbis, de eorum ſalariis, vi. denarios prouiſinorum, pro quolibet floreno dicti ſalarii, mittendos in capſa Cameræ Vrbis; & ꝙ Camerarius dictæ Cameræ, qui per tempora fuerit, teneatur & debeat proprio ſacramento, prędicta fieri facere v3. dictos; vi. denarios pro quolibet floreno, retinere pro dicta Camera, & in capſa dictæ Cameræ mittere, & in cõmunitatem ponere, & ſtatim mitti facere; ad pœnam centum ſolidorum prouiſinorũ, vice qualibet, Vrbis Camerę applicandam. Et hæc, locum habeant in pendentibus, præteritis, & futuris.

¶ *De non debentibus piſcari, uel ire per riuos.* Cap. 230.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus decætero audeat per riuos diſhoneſtè diſcurrere, & cum aliquibus inſtrumentis ferreis piſcando incedat, perturbando dominos terrarum, & riuorum vbi ſunt, & complendo riuos, propter quę curſus aquarum impediatur, & inferatur poſſeſſoribus eorundem prędiudicium. Quòd ſi quis contrafecerit; pro qualibet vice, pœnam x. lib. proui. incurrat, applicañ pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate Parti, ſeu accuſatori.



¶ *Quòd nullus proijciat immunditias in curſibus aquarum.* Cap. 231.

ITem, ꝙ nullus proiiciat in riuis, aut proiici faciat, immunditias, vel aliqua alia ex quibus impediatur curſus aquarum. Et qui contrafecerit; pœnam xl. ſolidorum prouiſinorum incurrat, vice qualibet, applicañ. pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate, Parti, ſeu accuſatori.

¶ *De ſalario notary Conſeruatorum.* Cap. 232.

ITem, ꝙ notarius Conſeruatorum, qui per tempora fuerit, habeat pro ſuo ſalario menſe quolibet, à Camera Vrbis, florenos auri vi. de pecunia dictæ Cameræ, more ſolito.

¶ *De fideiuſſionibus factis Magnatibus per Cauallarottos.* Cap. 233.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliqui, tam ciues Romani, q̃ Cauallarotti, fecerint vel feciſſent fideiuſſionem alicui Baroni, vel Magnati Vrbis, vel eorum Baſtardis; ꝙ Senator vel Conſeruatores teneantur & debeant, ſola veritate inſpecta, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, ad requiſitionem dictorum fideiuſſorum, cogere per capturam, vel caualcatam, vel exercitum, dictum vel Magnatem, vel Baronem, ad extrahendum dictos fideiuſſores à dicta fideiuſſione, & conſeruandum eos indemnes, ad pœnam centum librarum prouiſinorum, pro quolibet contrafaciente. Et intelligatur de præſentibus, præteritis, & futuris.

¶ *De exceptionibus non opponendis contra aliquos notarios infraſcriptos.* Cap. 234.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nulla perſona audeat vel præſumat opponere aliquam oppoſitionem vel exceptionem, contra aliquod inſtrumentum, ſcriptum manu cuiuſcunq, notarii Romani, vel alicuius notarii; videlicet contra notarium ſcriptum in matricula Collegii notariorum Vrbis; & dicere ꝙ ille tale inſtrumentũ ſcribens, non fuerit vel ſit notarius. Et qui contrafecerit; quinquaginta lib. prouiſi. Senatus, pro medietate Cameræ, & pro alia medietate, Parti dictum inſtrumentum producenti (exigeñ à contrafaciente, ipſo facto, per iudicem cauſæ, abſq; aliqua ſententia) applicañ. incurrat. Et ſi iudex in hoc fuerit negligens; teneatur de ſuo ſalario, tempore ſui ſindicatus, ſoluere dictæ Cameræ, x. libr. prouiſi. Senatus. Et nihilominus, talis obiectio vel exceptio, non proſit producenti; nec ei contra quem obicitur, noceat quoquomodo.

¶ *De pecunia recipienda per ſcriptores maleficiorum, pro copiis.* Cap. 235.

ITem, ꝙ Scriptores maleficiorum, pro copia cuiuslibet accuſationis, etiã ſi eſſent centum accuſati, vel vltra, in vno libello; recipiant tantum tres ſolidos prouiſinorum, & non vltra. Pro exceptionibus in damno dato, & verbis iniurioſis, & contẽptu mandati; recipiat duos ſolidos prouiſi. tantùm. Item, pro copia cuiuslibet inquiſitionis, etiam ſi eſſent plures in eadem inquiſitione contenti; recipiat quatuor ſolidos prouiſi. & non vltra. Item, pro copia capitulorum, ſi ſint plura folia chartę q̃ vnum, Scriptor recipiat ſolidos x. prouiſi. Si verò ſunt de vno folio; ſolidos ſex, & non vltra, recipiat. Pro copia teſtis probantis; denarios xviii. prouiſi. Pro copia autem cuiuslibet teſtis, dicentis ſe nihil ſcire; denarios ſex proui. recipiat, & non vltra. Pro copia verò cuiuslibet ſententiæ in maleficiis; ſolidos quatuor prouiſinorum, & non vltra, recipiat. Et qui contrafecerit; ſoluat xxv. lib. proui. qualibet vice, Vrbis Cameræ applicañ per iudicem maleficiorum de facto exigendas, ad pęnam prædictam. Et prædicta, locum habeant in ciuibus Romanis, & etiam forenſibus. Et ꝙ Scriptores prædicti, de prædictis ſindicentur per Sindicum Vrbis.

*Quòd notarij maleficiorum, dent copiam accuſationum, & inquiſitionum, petentibus.* C. 236.

ITem, ꝙ iudices & notarii maleficiorum, & actorum pendentium; teneantur dare copiam omnium accuſationum & inquiſitionum, Partibus petentibus; vt poſſint in Camera Vrbis idoneè ſatisdare, Niſi in cauſa vbi pęna accideret perſonalis; ad pęnam decem lib. prouiſi. vice qualibet, à contrafacientibus, de eorum ſalario retinendarum, per Camerarium Cameræ Vrbis, pro dicta Camera.

*De ſententijs dandis in Camera, per notarios maleficiorũ.* Cap. 237.

ITem, ꝙ notarii maleficiorum, & actorum pendentium; teneantur & debeant infra octo dies, à die latę ſententiæ, aſſignare & dare in Camera Vrbis, in ſcriptis, extenſas omnes ſententias condemnationum, & etiam abſolutionum, latas in cauſis & ſuper proceſſibus maleficiorum; ad pęnam x. lib. proui. pro quolibet, & qualibet die qua contrafecerint, & fuerint in mora facieñ. prędicta; ipſa pęna, Vrbis Cameræ applicanda. Et teneantur etiam ſcribere & ſcribi facere omnia edicta, mittenda foreſibus per Camerã Vrbis, ſine aliqua ſolutione pecunię, ad penã prędictã.

*Quòd forenſes citentur ad domum procuratoris eorum, quando pararent ſe aduerſarios, pro rebus* confiſcandis Cameræ. Cap. 238.

ITem, ꝙ quilibet forenſis, non habitans in Vrbe, parans ſe aduerſarium per ſe, vel procuratorem eius, in bonis & rebus delatis & deferendis ad Cameram Vrbis, quæ poſſent confiſcari, ſeu litigaretur de ipſarum confiſcatione, an venirent ipſi Cameræ confiſcandæ; citentur in Vrbe ad domum ſui procuratoris Vrbis, vel habitantis in Vrbe, ad omnem actum, etiam ad ſententiam audiendam; vel ſi procurator in Vrbe non habitauerit; ſufficiat citatio per Mandatarium, in ſcalis Curiæ Capitolii. Et talis citatio valeat & teneat, & pro citatione legitima habeatur, facta prius monitione forenſi, vel eius procuratori, ꝙ eligant ipſi locum in Vrbe, in quo citari debeant. Qua declaratione & electione loci facta; citetur ad illum locum; aliàs citetur in ſcalis Palatii Capitolii, vna die pro alia die iuridica, hora cauſarum, ad omnem actum, etiam ad ſententiam audiendam.

*Quòd quando aſſignaretur memoriale contra* Cameram, *citentur Aduocatus et* Procurator *eius;* aliàs, aſſignatio ipſa ſit nulla. Cap. 239.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ D. Senator, ſeu quicunq; alius, vel aliquis alius Senatus officium exercens, qui per tempora fuerit, & eius Aſſectamentum; nullum memoriale deliberent (nec cauſam in ipſo memoriali contentam, committant alicui iudici, vel officialibus cognoſcendam, aut terminandam) quod vel eſſet cõtra Cameram Vrbis, vel aliam quamcunq; perſonam ſpecialem; niſi primò ad videndum aſſignationem dicti memorialis, & eius deliberationẽ, legitimè citati fuerint Aduocatus & Procurator Cameræ Vrbis, vel perſona contra quam memoriale aſſignatum fuerit. Et ſi ſecus fieret; talis deliberatio & commiſſio, non valeat ipſo iure, nec præiudicet in aliquo, iuribus dictę Cameræ, neq; Partis.

*Quòd cuſtodes Cancellariæ, non relaxent aliquem, ſine apodiſſa relaxationis, manu notarii maioris* Cameræ, vel Prothonotarii ſubſcripta. Cap. 240.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ cuſtodes Cancellariæ Palatii Capitolii, qui nunc ſunt, & per tempora erunt; nullo modo relaxent nec relaxare audeant aliquem, vel aliquam perſonam in dicta Cancellaria detentum, condemnatum, vel diffidatum pecunialiter dictæ Cameræ, ſine apodiſſa relaxationis, ſcripta manu notarii maioris Cameræ Vrbis, vel Prothonotarii, ad pœnam xxv. lib. prouiſinorum Sen.



pro quolibet contrafaciente, vice qualibet, Vrbis Cameræ applicandarum.

*Quòd nullus portet arma per Vrbem, poſt tertium ſonum campanæ.* Cap. 241.

ITem, ꝙ nullus de nocte, poſt tertium ſonum campanæ, portet arma per Vrbem, cum licentia, vel ſine. Et Mareſcalli quemcunq; inuenerint, poſt dictum tertium ſonum campanæ, arma portantem; teneantur (ad pœnam xxv. lib. prouiſi. de ſuo ſalario retinendarum, per Camerarium Cameræ Vrbis, pro ipſa Camera, vel etiam per Sindicum qui talem officialem ſindicauerit) ducere ad Capitolium, & Senatori præſentare; niſi eſſet perſona honeſta, vel bonæ famæ, quæ lumen ſiue ignem haberet, quod palã appareret; vel niſi eſſet ꝑſona, quæ iret extra Ciuitatẽ, vel veniret.

*Quòd non mittatur cathena captiuis.* Cap. 242.

ITem, ꝙ D. Senator, nec aliquis alius officialis, qui nunc eſt, & per tempora erit; Infra c. 228. poſſit nec debeat ponere aliquem in cathenis Cancellariæ palatii Capitolii, aliqua occaſione, ſiue debiti, ſiue delicti; ad pœnam pro quolibet contrafaciente, vice qualibet, centum librarum prouiſinorum. Et nihilominus, Senator teneatur ipſam cathenam de ipſa Cãcellaria penitus eleuare, ne poſſit aliquem decętero cathenrare.

*Quòd bannitores faciant bannimenta et relationes.* Cap. 243.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ bannitores Vrbis, teneantur & debeant facere bãnimenta eis commiſſa, vel committenda, eodem die commiſſionis, vel ſequenti; & referre in Camera Vrbis, notariis vel ſcriptoribus dictæ Cameræ; & relationem facere de dictis bannimentis quæ fecerint, eodem die, vel ſequenti poſt factum bãnimentũ; ad pœnam x. lib. prouiſi. pro quolibet qui contrafecerit, vice qualibet. Et omni die iuridica, teneantur & debeant per ſe ipſos, vel vnum ipſorum, requirere & interrogare Camerarium, & procuratorem Cameræ Vrbis, ſi ſint fiẽda aliqua bannimenta eo die, dum ius redditur; ad prædictam pœnam.

*Quòd nullus poſſit cogere aliquem, litigare coram* Conſulibus, *qui non ſit de arte ſua.* C. 244.

ITem, ꝙ nullus coram Conſulibus artium, ſiue illis qui præſunt artibus, nec etiam Supra c. 35. & 40. artificibus, ſeu illis qui artibus præſunt; poſſit conſtringere ſiue cogere aliquem, qui non ſit de arte ſua, ſiue de collegio & corpore illo; litigare ſeu reſpondere corã ipſis Conſulibus, ſeu aliquo eorum, ſeu eorum Curiis; niſi tantum illos, qui ſunt de arte ſua, ſeu collegio, vel corpore ſuo, in rebus & negociis ad artem illam ſpectantibus; ad pœnam quinquaginta lib. prouiſi. pro quolibet contrafaciente, vice qualibet. Et Senator teneatur auferre dictam pœnam à contrafaciente; ad pœnam centum libr. prouiſi. de ſuo ſalario tempore ſui ſindicatus, per Camerarium Cameræ Vrbis retinendarum.

*De pecunia ſoluenda Scribis Senatus.* Cap. 245.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ Scribæ Senatus Vrbis, qui nunc ſunt, vel per tẽpora erunt; pro diffidationibus & reaffidationibus per eos legendis, nihil percipere debeant à Romanis, nec à Magnatibus Vrbis, monaſteriis, eccleſiis, & hoſpitalibus Vrbis, vel prope Vrbem per tria milliaria; nec de mandatis, vel edictis, aut citationibus per eos ſubſcribendis, nihil percipiant. Volumus tamen, ꝙ à forenſibus, pro ſubſcriptura pro quolibet prędictorum, habeant xii. denarios tantum, & non vltra. Item, pro lectura diffidationis per eos legendæ, deſcendentis ex maleficiis, exceſſibus, vel delictis (ſiue per viam accuſationum, ſiue per viam inquiſitionum) ab ipſis forenſibus (ſiue ſit pro forenſibus, ſiue contra forenſem) nihil percipere debeant; ſed ipſam vel ipſas diffidationes legere teneantur in die Sabati, aut illa die

qua ſit forum; ad pœnam centum librarum prouiſinorum Senatus, vice qualibet, ſi contrafecerint, Cameræ Vrbis applicandarum. Item, q̧ à dictis forenſibus, pro qualibet citantia per eos ſubſcribenda, tantummodo recipiant ab ipſis (ſiue ſit vnus, plures in dicta vna citantia) x. ſoli. prouiſinorum, & non vltra; ad pœnam p̄dictam, ſoluendam vt ſupra; & nihilominus ipſam citantiam ſubſcribere teneant. Item, q̧ dicti ſcribȩ Senatus, pro reaffidatione per eos legenda (ſiue ſit vnus, ſiue plures in vna & eadem reaffidatione) ſi eſſet de aliquo Communi alicuius Ciuitatis, Caſtri, Terræ, vel Villæ, vel de ſpecialibus perſonis forenſibus; ſi reaffidatio excederet ſummam centum lib. prouiſi. vſq; ad quingentas libras prouiſinorum; recipiant ſolidos decem prouiſinorum, & nō vltra, A quingentis libris ſupra, vſq; ad omnem quantitatem librarum vel florenorum auri; duos florenos auri tantummodo, recipiant, & non vltra. Et ſi eſſent q̃ plures ſpeciales perſonæ, nominatæ in ipſa reaffidatione cum Communi; duos flor. auri recipiant, & non vltra. Et talis ſolutio non intelligatur ſecundum quantitatem contentam in ipſa diffidatione, ſed ſecundum quantitatem ſolutionis factæ per prædictos in Camera Vrbis. De reaffidatione verò capitaliter, & ad mortem; ſi eſſet vnus in vna reaffidatione; pro lectura dictæ reaffidationis, vnum florenum auri recipiant, & non vltra; Si eſſent duo; duos florenos auri recipiant, & non vltra. Abinde verò ſupra, vſq; ad quemcunq; numerum; flor. auri tres recipiant, & non vltra, A Magnatibus verò, & aliis qui ſoliti ſunt ſequimenta præſtare in Camera Vrbis; pro talibus reaffidationibus nihil percipiant, ſicut à Romanis ciuibus. Volumus autem, q̧ pro copiis diffidationum vel reaffidationum, à Romanis (ſiue ſit vnus vel plures, in vna diffidatione vel reaffidatione) duos ſolidos tantum percipere debeant, & non vltra. Pro copiis verò priuilegiorum, vel deliberationum, in Parlamento, vel Conſiliis generalibus Vrbis, factis & reformatis; pro quolibet priuilegio, à dictis Romanis, ſolidos prouiſinorum x. recipere debeant & habere, & non vltra. Et ipſas copias tam dictis Romanis q̃ forenſibus, dicti ſcribȩ Senatus teneantur ſubſcribere, ſine aliqua alia ſolutione vel extorſione; ad pœnam prædictam, ſoluendam vt ſupra. Si verò ipſas diffidationes vel reaffidationes, vel priuilegia, tam Romani q̃ forenſes, ſeu Magnates vellent habere & recipere ab ipſis ſcribis Senatus, in publica forma; q̧ ipſi teneantur ipſis ſcribis Senatus portare chartam corinam; & pro talibus publicationibus teneantur ſoluere duplum pagamētum & ſolutionem ipſis ſcribis Senatus vt ſupra ſcriptum eſt de copiis. Et prædicta teneantur facere infra terminum decem dierū, à die ab eis petitæ dictæ copiæ, vel dictæ publicæ ſcripturæ; ad pœnam ſupradictā, vice qualibet ſoluendam, vt ſupra. Et q̧ Senator Vrbis, qui nunc eſt, & per tempora erit, prædicta teneatur fieri facere & obſeruare; ad pœnam centum florenorum auri, de ſuo ſalario retinendarum pro Camera Vrbis, tempore ſindicatus. Et q̧ Sindicus Vrbis, qui nunc eſt, & per tempora erit; teneatur & debeat proprio iuramento, ipſos ſcribas Senatus, & Senatores, de prædictis ſindicare, ſicut alios officiales Vrbis, & palatii Capitolii, Non obſtante aliquo Statuto Vrbis, vel priuilegio, in contrarium loquentibus.

¶ *De eo quod debent recipere Cancellarÿ Vrbis, et eorum notarÿ, pro infraſcriptis;* & de eorum officio. Cap. 246.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, q̧ Cancellarii Vrbis, qui nunc ſunt, & per tempora erunt, & quilibet ipſorum; teneantur & debeant vinculo iuramenti, ad petitionem cuiuſcunq;, tam Romani q̃ forenſis, & Officialis Camerȩ Vrbis, vel Curiæ Capitolii, vel alicuius eorum, cuius vel quorum intereſt, inquirere & inquiri facere per notarios, libros Cancellariæ Vrbis, eis aſſignatos, & apud eos exiſtentes, pro diffidationibus, & reaffidationibus, vel priuilegiis Romani Populi, in Parlamento, vel



Conſiliis generalibus factis. Et pro quolibet libro, pro dicta cercatura, habeant & percipere debeant à Romanis, xii. denarios prouiſinorum. A' forenſibus verò, duos ſol. prouiſinorum, & non vltra; dummodo ille, qui dictam diffidationem vel reaffidationem, aut priuilegium vellet ab eis habere, portet & portare debeat eiſdem, apodiſſam conſuetam ab Officialibus Curiæ Capitolii. Et pro qualibet copia diffidationis vel reaffidationis; ſiue ſit vnus vel plures; ſiue eſſet commune Ciuitatis, Caſtri, vel Terræ, cum ſpecialibus perſonis; quatuor ſolidos prouiſinorum tantummodo, recipiant, & non vltra. Pro copia verò priuilegii Romani Populi; ſol. x. prouiſi. recipiant, & non vltra. Pro ſigillatura verò citationis, edicti, vel mandati; à Romanis ciuibus nihil percipiant; & idem intelligatur de eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus Vrbis, & prope Vrbem per tria miliaria. A' forenſibus verò, recipiant pro quolibet ſigillo, ſeu qualibet ſigillatura prædictorum; denarios xii. prouiſi. Pro ſigillatura verò cuiuslibet citantiæ (ſiue ſit vnus, ſiue ſint plures in dicta citantia) recipiant decem ſolidos prouiſi. & non vltra. Pro cancellatura verò diffidationis; à Romanis nihil percipiant. A' Camera Vrbis, de prædictis, & de diffidationibus, & reaffidationibus, atq; priuilegiis ad ipſam Cameram pertinentibus, & ſibi quomodolibet oportunis; nihil percipere debeant vel habere. A' forenſe verò, pro cancellatura cuiuslibet diffidationis, quomodocunq; vel qualitercunq; ſit; ſolidos decem prouiſinorum, percipere debeant, & non vltra, ſiue ſit vnus, ſiue ſint plures diffidati in vna & eadem diffidatione. A' Communi verò, & Officialibus Communis, cum ſpecialibus perſonis; pro dicta cancellatura, recipiant xx. ſolidos prouiſi. & non vltra. Et prædicta, dicti notarii Cancellariorum, teneantur ſubſcribere de manibus eorum. Et ſi contrafecerint in prædictis, vel aliquo prædictorum; dicti Cancellarii pœnam quinquaginta lib. prouiſi. pro quolibet, & vice qualibet, incurrant; & eorum notarii, x. lib. prouiſi. pro quolibet, & vice qualibet, pœnam incurrant, Vrbis Cameræ applicandam. Et q̧ de prædictis, ipſi, & quilibet ipſorum, ſtent ad ſindicatum, ſicut alii Officiales Vrbis. Et q̧ Senator Vrbis, qui nunc eſt, & per tēpora erit teneatur vinculo iuramenti, prȩdicta obſeruari facere; ad pœnam centum flor. auri, de ſuo ſalario retinendorum, tempore ſui ſindicatus, & applicandorum Cameræ Vrbis. Et prȩdicta omnia, dicti Cancellarii & eorum notarii, facere teneantur ad requiſitionem prædictorum, vt ſupra continentur, infra terminum trium dierū, à die notificationis eis factæ de prȩdictis, numerandorum; ad pœnam prȩdictam, ſoluendam vt ſupra; non obſtante aliqua lege, vel Statuto Vrbis, ſupra vel infra poſito, vel priuilegio in contrarium loquentibus.

¶ *De inimicatis & diffidatis, non tenendis in Capitolio per Officiales.* Cap. 247.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, q̧ nullus Officialis Curiæ Capitolii, audeat vel p̄ſumat tenere in Capitolio aliquem diffidatum, condemnatum, vel inimicatum; ad pœnam centum librarum prouiſi. Senatus, ſoluendarum Cameræ Vrbis, tempore ſui ſindicatus. Quam pœnam, Senator qui per tempora fuerit, teneatur auferre & auferri facere à contrafaciente, & aſſignare in Camera Vrbis.

¶ *De mercatoribus portantibus mercantiam ad portum Ripæ Romeæ, quòd debeant* eam facere ſcribi per Riparium. Cap. 248.

ITē, q̧ quicunq; mercator, ſeu quæuis alia pſona, deferret ſeu deportaret, ſeu deferri & deportari faceret ad portū Ripæ Romeæ, aliquā mercātiā, cuiuſcūq; generis ſit; teneatur dictā mercantiā aſſignari & ſcribi facere p Ripariū, deputatū p Camerā Vrbis, ad colligendū dictū ripaticū, p dicta Camera. Et qui contrafecerit; perdat rem quā non aſſignauerit, ſeu ſcribi fecerit per Ripariū ſupradictum; & de ea, tertia pars ſit & eſſe debeat inuentoris dictæ rei, & aliæ duæ partes ſint Cameræ Vrbis.

## ℭ De compoſitionibus, & quomodo fieri debeant. Cap. 249.

Supra. c.89. ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ DD. Conſeruatores Cameræ Vrbis, qui per tẽpora fuerint; non poſſint nec debeant facere aliquam compoſitionem cum Magnatibus vel forenſibus, de aliquibus diffidationibus vel exceſſibus, ab eis vel per eos fiendis, præterq̃ de contemptu & innobedientia mandati, & damno dato. De exceſſibus verò, malis, diffidationibus, condemnationibus, & delictis, per eos factis & cõmiſſis, & committendis vſq; in diem publicationis præſentis Statuti; habeant illam poteſtatem cum eis componendi, quam hactenus habuerunt, hinc ad vnum annũ proximè futurum; de cætero, & deinde inantea, componendi cum eis, nullam habeant facultatem vel poteſtatem. Non obſtante quocunq; alio Statuto vel priuilegio Vrbis, in contrarium loquentibus. Cum Communitatibus verò, componere poſſint de quibuſcunq; diffidationibus, factis per DD. Conſeruatores prędictos, præſentes & futuros, & pro quibuſcunq; exceſſibus. Et hoc Capitulum, publicè banniatur per Vrbem, in locis conſuetis.

## ℭ De forenſibus, habendis pro Ciuibus. Cap. 250.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus forenſis habens priuilegium cittadantiæ; habeatur & reputetur pro Ciue, ſeu gaudere poſſit priuilegio ciuium Romanorũ, niſi habeat domum, & vineam; videlicet domum in Vrbe, & vineam prope Romã per tria milliaria; & habitet per tres partes anni, in Vrbe, cum familia ſua.

## ℭ De capitulis pecudum. Cap. 251.

Supra lib. 1. c. 156. IN primis ſtatuimus & ordinamus, ꝙ patroni & domini beſtiarum pecudinarum & caprarum forenſium (videlicet illarum Terrarum quæ non ſoluunt ſal, & focaticũ, ſiue impoſitam ſalis & focatici, Cameræ) qui conducunt ſeu conduci faciunt ipſas beſtias Romam, ad paſcuandum ad paſcua, & partes, & territoria Vrbis; teneantur, & debeãt ſoluere de pecudibus, capris, & montonibus, Cameræ Vrbis, duos florenos auri pro quolibet cẽtenario; videlicet medietatem in feſto Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti, & aliam medietatem in Paſchatę Reſurrectionis eiuſdem D. N. Si verò dictæ beſtiæ, vel aliqua ipſarum, conducentur, ſeu conducerentur ad paſcua, & partes Vrbis, ad gubernãdum, & paſcuandum eas in hyeme, per aliquem Ciuem Romanum, vel quamcunq; aliam perſonam; ipſi conductores, pro quolibet centenario dictarum beſtiarum, duos florenos auri ſoluant, & ſoluere teneantur dictæ Cameræ, in terminis ſupradictis, prout ſuperius eſt expreſsũ. Pro qualibet beſtia groſſa, quæ conduceretur ad paſcuandum in hyeme, ad partes Vrbis; domini ſeu patroni, ſeu conductores earum; ſoluant, & ſoluere teneantur dictæ Cameræ, quatuor ſolidos prouiſi. pro qualibet beſtia groſſa. Et teneantur, & debeant, ipſas beſtias in dicta Camera aſſignare, & numerum ipſarum; & eas numerare, & numerari facere eisdem modo, & forma, quibus pecudes numerantur.

## ℭ Quantum ſoluatur pro centenario pecudum forenſium. Cap. 252

ITem, ꝙ omnes conducẽtes, & conduci facientes, pecudes forenſes extra diſtrictũ Vrbis, ad paſcuandum in paſcuis Vrbis, vel eius diſtrictu; teneantur ſoluere Cameræ Vrbis, duos flor. ſeu id quod pro tempore ſolui conſueuit, pro quolibet centenario dictarum pecudum; videlicet medietatem dictorum florenorum in feſto Natiuitatis Dñi, & aliã medietatem in feſto Paſchæ Reſurrectionis D.N. Ieſu Chriſti. Et ſi quis ex hoc dictam Cameram fraudauerit; in quadruplum puniatur. Et nihilominus, pecudes non aſſignatas in Camera Vrbis pro pecudibus forenſibus, perdat, & perdere debeat.

ℭ De



## ℭ De ſcoriantibus, & furantibus arbores. Cap. 253.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus de cętero ſcoriet vel incidat, vel ſcoriari vel incidi faciat, per ſe vel per aliũ ſeu alios, aliquã arborem ſeu arbores alienas, fructiferas vel ſilueſtres, ſiue ſint ĩ locis cultis, ſiue incultis, ſiue in nemoribus, ſiue in domibus, ſiue in cãpis, ſine voluntate dñi, & licentia cuius eſt arbor. Et ſi ꝗs inuẽtus fuerit incidere vel ſcoricare dictas arbores vel arborem, ſine licentia eius cuius eſt, vel ſunt; puniatur qualibet vice, in centum ſol. proui. Et nihilominus, teneatur emẽdare damnum patienti, ſacramento patientis declarandum. Et liceat illi, cui damnum illatum eſt, à dicto malefactore, penes quem inuentæ fuerint, cortices dictarũ arborum, & animal ſeu animalia in quibus eas detulerit, ſine pœna auferre, propria auctoritate, vbicunque, ſine licentia Curiæ. Et ſi quis venditor corticum arborum, probare non poterit, ſe cortices prædictas, quas vendidit ſeu vendiderit, licitè feciſſe & habuiſſe; tanquam inuentus fuerit, vel feciſſet facere damnum ſupradictum; puniatur. Et de hoc, credatur ſacramento cuiuslibet accuſatoris, bonæ famæ. De qua pœna habeat medietatem; & pœnę duplicentur de nocte in oĩbus ſupradictis.

## ℭ De petentibus ſecuritatem, ualentibus portare arma defenſibilia. Cap. 254.

QVicunque petierit ſecuritatẽ ab aliquo, & ille eã ſibi dare recuſauerit, & permiſerit ſe propterea diffidari; Curia ei defenſibilia arma concedat, recepta primò fideiuſsione in Camera Vrbis, de non offendendo aliquem, ad pœnam quadrupli eius quod pro maleficijs eſſet ſtatutum; qua ſecuritate recepta, dicta arma deponat.

## ℭ De executione fienda in bonis diffidatorum. Cap. 255.

SEnator teneatur proprio iuramento, & ad pœnam quingentarum lib. proui. ad petitionem, Partis facere capi & accipi omnia bona, & res damnatorum & diffidatorum de homicidio; & diuidere per medium, ſingulas res mobiles, & immobiles, & ſe mouentes, inter Partem læſam, & Cameram Vrbis, ſecundũ tenorem priuilegii diffidationis vel ſententiæ. Et ſi dicta bona dictorum diffidatorum & damnatorum, apparerent eſſe communia cum conſortibus aliis non damnatis vel diffidatis; ꝙ omnia bona Senator faciat diuidi ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii; & partẽ diuiſam, Cameræ Vrbis, & Parti, pro diuiſo adiudicari & aſſignari, cũ clauſulis & cautelis conuenientibus. & teneantur conſortes diffidati, ad pœnã quinquaginta lib. proui. pro medietate Cameræ Vrbis, & alia medietate Parti applicãdam, diuidere, & non referre aliquam controuerſiam quominus diuiſio fiat. Et hoc, locũ habeat in præſentibus, præteritis, & futuris.

## ℭ De eodem. Cap. 256.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ tam ciues Romani & habitatores Vrbis, quàm etiam forenſes, videlicet de Comitatu, & diſtrictu Vrbis, qui per tempora haberent ſeu tenerent in partibus & territorio Vrbis, pecudes, capras, montones, ſeu aliquas ipſarum beſtiarum, ſuas, vel alienas, vel forenſes, ad paſcuandum & gubernãdum; quilibet ipſorum, teneatur, & debeatur vinculo iuramenti, aſſignare in Camera Vrbis, Notario maiori dictæ Cameræ, & eas per dictum Notariũ ſcribi facere, vſque ad Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, diuiſim beſtias ſuas à beſtiis forenſium; ad pœnam centum librarum pro quolibet centenario, & perditionis beſtiarum. Et contenta in præſenti Capitulo ſeu Statuto, omni anno banniantur ad tubam, publicè & alta voce, per Vrbem, in locis conſuetis, ſaltem per quindecim dies ante dictum feſtum Natiuitatis Domini.

N ℭ De

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

¶ De eodem. Cap. 257.

ITem, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnes pecudes, & beſtię pecudinæ ciuium Romanorum, & etiam forenſium, de comitatu, territorio & diſtrictu Vrbis; videlicet illarum Terrarum, quæ ſoluunt ſal, & focaticum, ſiue impoſitam ſalis, & focatici, Cameræ Vrbis; debeant eſſe merchatæ vno mercho tantùm (videlicet in auricula, & de igne) & non de pluribus merchis. Et dictum merchum; domini ſiue patroni ipſarum beſtiarum, in Camera Vrbis debeant aſſignare, quando aſſignant dictas pecudes in ipſa Camera; & aliter non recipiatur aſſignatio earum in dicta Camera. Communitates, & diſtrictuales Vrbis, & de Vrbis diſtrictu, dent & dare teneantur in dicta Camera, idoneos fideiuſſores, ꝙ beſtiæ & pecudes prædictę, quas aſſignant, ſeu aſſignabunt in dicta Camera, ſint ſuæ, & non alterius. Et ſi contrafecerint, ſeu aſſignauerint ipſi, aut aliquis eorum, beſtias alienas pro ſuis; centum librarum proui. & perditionis beſtiarum, pœnam incurrant, pro quolibet contrafaciente, Vrbis Cameræ applicandarũ. Et dicta aſſignatio, per dominos & patronos ipſarum beſtiarum, & non per aliam interpoſitam perſonam fiat; & aliter non recipiatur dicta aſſignatio, niſi dominus, aut patronus earum, haberet licitam excuſationem, propter quam non poſſet venire ad Capitolium; quo caſu, Notarius Cameræ teneatur ire ad domum eius, cum ſalario ſui uiatici, competenti.

¶ De eodem. Cap. 258.

ITem, ꝙ omnes pecudes, capræ, montones, & beſtiæ groſſæ, quæ reuertuntur ſeu reducuntur de Vrbe, ſeu Vrbis diſtrictu, ad partes Montanearum; debeant numerari per numeratores earum, ad id deputatos ſeu deputandos per DD. Conſeruatores Camerę Vrbis, qui fuerint per tempora, ad pontem Mãmolum, & ad pontem Nomentanæ, & ad pontem Salarium, ſeu ad quemcunque dictorum pontium, & non in alio loco, & poſtquam ſic fuerint numeratę; vadant ſeu ducantur per viam ſiue ſtratam Tiburtinam, vel villæ Sancti Antimi, & non per aliam viam, ſeu alias partes, verſus Montaneam. Et ſi per aliam viam irent vel tranſirent, aut ire, vel tranſire fuerint inuentæ, cum apodiſſa, ſiue ſine apodiſſa Dohanæ Cameræ Vrbis; perditæ ſint ipſæ beſtiæ, & ipſæ Cameræ applicentur, tam beſtiæ groſſæ, quàm minutæ. Et idem intelligatur, ſi peruenerit ad notitiam Capitolii, vel officialis Cameræ Vrbis. Qui eas numerauerit, vel ſcripſerit, ad dictos pontes, vel aliquem ipſorum; teneatur & debeat, ipſas beſtias in dicta Vrbis Camera aſſignare, ad pœnam valoris ipſarum beſtiarum, de eius proprio, Vrbis Cameræ applicandam.

¶ De eodem. Cap. 259.

ITem, ꝙ omnes ſupradictæ beſtiæ, groſſæ, & minutæ, quæ inuenirentur ſuperfluæ ad dictos pontes, vltra illas, quæ fuerint in dicta Camera Vrbis aſſignatæ; perdantur, & ſint & eſſe debeant dictæ Camerę, & ipſi Camerę applicentur. Poſſint tamen domini ſeu patroni ipſarum beſtiarum, redimere ipſas beſtias à dicta Camera, pro quolibet centenario beſtiarum pecudinarum, pro vigintiquinque florenis auri; & pro qualibet beſtia groſſa, videlicet boue, pro quinque florenis; & vacca, pro quatuor. et ſi dictę beſtię, conductæ fuerint ad paſcua & herbatica territorii diſtrictus Vrbis, per aliquos cives Romanos vel forenſes, ad paſcuandum, ſeu eas conduci fecerint ad dicta paſcua, & herbatica; dicimus & ordinamus, ꝙ D. Senator teneatur, & debeat, ad petitionem dominorum, ſeu patronorum ipſarum beſtiarum; conſtringere illum, ſeu illos, qui conduxiſſent, ſeu cõduci feciſſent dictas beſtias, ad ſoluendum dictos denarios in dicta Camera, & ad ſatisfaciendum omne damnum; videlicet ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii.



¶ De eodem Cap. 260.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſuper conductione pecudum, & aliarum beſtiarum, euntium in Montaneam, & ad partes Montaneæ; ſint & deputentur omni anno, xii, boni & legales ciues Romani, ex parte dictæ artis. quorum, ſex ſint numeratores dictarum beſtiarum; & tres, maioris qualitatis & conditionis, ſint ſuperſtantes, ſiue ſuperſtites; & ſint duo numeratores, & vnus ſuperſtãs in quolibet Ponte. qui ſuperſtans teneatur facere caracem numeri ipſarum beſtiarum, & de ipſo numero beſtiarum, facere relationem in Camera Vrbis. Et dicti numeratores dictarum beſtiarum, nullo modo poſſint, nec eis liceat, ſine licentia ſui ſuperſtantis numerare. Et numeratores, teneantur, & debeant retinere omnes caſtratos, & omnem beſtiam maſculam minutam de duobus dentibus, niſi eſſent de numero montonorum, ſiue montonum. quas beſtias retentas per eos, debeant in Camera Vrbis aſſignare. Quarum beſtiarum ſic retentarum, medietas ſit Cameræ Vrbis, & alia medietas ſit ipſorum. Alii tres ciues, vſque ad dictum numerum dictorum xii. hominum; ſtent & ſtare debeant dicto tempore extra Vrbem; videlicet vnus in Campania, alius in Tibure, & alius in villa ſancti Antimi, & in partibus circunſtantibus, prout fuerit opportunum. Et faciant cuſtodiri omnes paſſus, per quos dictæ beſtiæ poſſunt redire. & de omnibus dictis beſtiis, quas inuenerint per aliam viam ire, q̃ per vias in Statuto contentas; medietas ſit Cameræ Vrbis, & alia medietas ſit ipſorum. qui numeratores, & ſuperſtantes, habeant pro numeratione dictarum beſtiarum, inter omnes, xx. ſol. prou. pro perſonis eorum, pro qualibet milliario pecudũ; & ſex denarios, pro qualibet beſtia groſſa, eis ſoluendos per dominos, ſeu patronos dictarum beſtiarum. Pro cuſtodia autem paſſuum, & nunciorum; eis à dicta Camera Vrbis perſoluatur.

¶ De eodem. Cap. 261.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ tam ciues Romani, q̃ forenſes, teneantur, & debeant ſoluere dictis ſuperſtantibus, commiſſariis, & numeratoribus dictarum pecudum, de omnibus beſtiis pecudinis, cum earum alleuo, tonſis, ſeu toſoratis, ſeu quæ toſorari poſſent (quæ numerantur, ſeu numerarentur ad ſupradictos Pontes) xx. ſoli. proui. pro quolibet milliari; & ſex denarios, pro qualibet beſtia groſſa; qui ſint pro ſalario eorundem.

¶ De eodem. Cap. 262.

ITem, ꝙ nulla beſtia groſſa, vel minuta, debeat tranſire dictos Pontes, vel aliquem ipſorum Pontium, ſeu locorum, nec aliquis eas debeat ducere, vel cõducere per dictos Pontes, & loca, ſine apodiſſa Camerarii Cameræ Vrbis; ad pœnam perditionis ipſarum beſtiarum, & pœnam ſuperius declaratam.

¶ De eodem. Cap. 263.

ITem, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ de xx. ſolidis proui. qui ſoluuntur, & ſolui debent, pro quolibet milliari pecudum; & ſex denarijs proui. qui ſoluuntur, & ſolui debent, pro qualibet beſtia, vt ſupradictum eſt, pro numeratione beſtiarum; fiãt tres partes æquales. quarum vna pars, ſit, & eſſe debeat tãtum ſuperſtantium; alia pars, ſit illorum; qui ſtabunt ſeu ſteterint ad cuſtodiam paſſuum videlicet in Campania, Tibure, & villa ſancti Antimi; & alia tertia pars, ſit, & eſſe debeat cõmuniter oĩum ſex numeratorũ pecudũ, media pars, pro quolibet. qui oẽs & ſinguli numeratores ſuperſtantes, & cuſtodes paſſuum, ſtent, & ſtare debeant ad ſindicatũ, & de geſtis per eos in dicto officio, reddere plenariam rationem; & ſi reperti fuerint re-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cepiſſe aliquam ſimoniam,vel commiſiſſe fraudem,vel malitiam,ex quibus Camera Vrbis damnificaretur,vel damnum aliquod pateretur,aut deceptionem,in prædictis,vel aliquo prædictorum, vel eorum occaſione ; incurrant pœnam quadrupli ſimonię receptæ,pro quolibet eorum delinquentium, Cameræ Vrbis perſoluendi, & damnum emendent,& reſarciant Cameræ Vrbis ſupradictæ.

*De eodem.* Cap. 264.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ DD.Conſeruatores Cameræ Vrbis, qui per tẽpora fuerint;teneantur,& debeant in fine paſſus pecudum,Montaneam,& partes Montaneæ aſcendẽtium;fieri facere per D.Senatorem, diligentem inquiſitionem in forma debita;ſuper qua examinari faciat D.Senator,teſtes Romanos, & de Tibure,Carſolio,& de Abbatia Farfenſi, & de Campania; ad inueniendum ſi pecudes aliquæ Mercatorum,tranſiuerint verſus Montaneam,per alias partes, vias, ſeu itinera,quàm per loca declarata,& ordinata,vt ſupra continetur.Et repertos culpabiles,D.Senator puniat pęnis ſuperiùs declaratis.Et ſi Senator, ſeu Conſeruatores negligentes fuerint prædicta fieri facere; nomine pœnæ,& pro pœna,centum florenos proui.dictæ Camerę ſoluere teneantur.Et dictam pœnam,eos incurrere volumus ipſo facto.

*De eodem.* Cap. 265.

ITem,ꝙ nulla perſona aſſignet merchum alienum,pro ſuo;ad pœnam quingentarum librarum prouiſinorum;& vltra dictam pœnam,puniatur pœna falſi.

*De eodem.* Cap. 266.

ITem, ꝙ nulla perſona ſignet,& ſignari faciat cum mercho ſuo, pecudes forẽſes, quas duxerit,ſeu duxiſſet,& duci feciſſet ad paſcuandum,ad paſcua, & herbatica Vrbis,vel ſua; ad pœnam prædictam.

*De eodem.* Cap. 267.

ITem,ꝙ pro omnibus pecudibus lanutis,quæ in futurum reuertuntur,ſeu reducuntur lanutæ in Montaneam,& partes Montaneæ;domini, ſeu patroni, vel conductores earum,ſoluant,& ſoluere teneantur in Camera Vrbis, duos denarios, pro qualibet pecude viſcoſa;& tres denarios,pro qualibet pecude matricina.Et dictos denarios,Conſeruatores,pro dicta Camera exigere & recipere teneantur.

*De eodem.* Cap. 268.

ITem,ꝙ pro quolibet milliari pecudum àſcendentium in Montaneam, & partes Montaneæ; domini,ſeu patroni earum, x.ſoli.proui.pro quolibet milliari, ſoluere teneantur Cameræ ſupradictæ,pro apodiſſa earum, vt eſt hactenus conſuetum.

*De eodem.* Cap. 269.

ITem,ꝙ numeratores pecudum,debeant numerare pecudes Romanorum, & comitatenſium,ſeu diſtrictualium Vrbis(qui pro prædictis pecudibus non ſoluunt aliquid in Camera Vrbis)diuiſim à pecudibus forenſium;ad pœnam centum lib.prouiſi.pro quolibet numeratore,qui numeret pecudes forenſium, ſimul cum pecudibus dictorum non ſoluentium, & qui ſoluere non tenentur in dicta Camera.

*De eodem.* Cap. 270.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ à Kalendis menſis Aprilis,inantea,vſque quò pecudes reducuntur in Montaneam,& ad partes Montaneæ;nulla perſona audeat, vel



vel præſumat mouere,vel moueri facere,ſeu conducere,vel cõduci facere pecudes, aut caſtratos,& beſtias pecudinas,de loco ad locum,verſus partes Montaneę,abſq; apodiſſa Cameræ Vrbis.Et qui contrafecerit;perdat dictas beſtias, & Vrbis Cameræ applicentur,& confiſcentur per Iudicem dictæ Cameræ.quarum,tres partes ſint Cameræ Vrbis;& quarta pars,auferentis.

*De eodem.* Cap. 271.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus, ꝙ antequam pecudes incipiant tranſire per Pontes;ſuperſtantes,& numeratores earum,qui per tempora fuerint; prouideant, ſe numerare ante(in illis locis,& partibus,quæ eis videbuntur) oẽs pecudes,quæ erãt inter duo flumina,verſus Tiberim;per illum modum,qui eis melior videbitur.

*De eodem.* Cap. 272.

ITem,ꝙ nullus audeat,vel præſumat tranſire,conducere,vel conduci facere, cum pecudibus,vel ſine pecudibus,per Pontes prędictos,tempore numerationis pecudum,aliquos caſtratos,vel aliquos maſculos pecudinos,de duobus dentibus, vel ab inde ſupra.Et qui contrafecerit;perdat dictas beſtias,& Vrbis Cameræ applicentur & confiſcentur,pro tribus partibus,dictæ Cameræ;& pro quarta parte,ſuperſtantibus,& numeratoribus ſupradictis.Liceat tamen cuilibet, ducere, & tranſire per dictos Pontes,quinque montones,pro quolibet centenario pecudum, abſque aliqua pœna.

*De eodem.* Cap. 273.

ITem à Kalendis Aprilis inantea,vſque ad exitũ menſis Maii;ſtent & ſtare debeãt de die,& de nocte,ad cuſtodiam ſupradictorum Pontium,boni & legales famuli de Viturclano, pro quolibet Ponte. Qui famuli omnes,dent fideiuſſores idoneos, de dicto eorum officio dictæ cuſtodiæ, fideliter, & legaliter exercẽdo,prout eis impoſitum fuerit;& habeant,qui Pontes cuſtodiunt, ſalarium à Camera memorata.

*Quod Officiales ad uitam, non habeant aliquod aliud Officium in Vrbe.* Cap. 274.

ITem,ſtatuimus, & ordinamus,quòd nullus Officialis ad vitam,poſſit habere, vel deputari ad aliquod aliud officium, de officiis imbuſſulatis,vel imbuſſulandis,cũ ſalario,in dicta Camera Vrbis,vel extrà.Et ſi ſibi daretur,vel concederetur;non valeat ipſo iure;& geſta per eum,non teneant;non obſtante aliquo Statuto,vel priuilegio,in contrarium loquentibus.

*De graſcia non incoctimanda.* Cap. 275.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ deinceps nulla perſona incoctimet,ſeu incoctimari faciat,aliquam graſciam,ſeu res graſciæ,quæ deferirentur ad Vrbẽ, ad portas Vrbis,vel intus Vrbem.Et qui contrafecerit;ſoluat nomine pœnæ,L.lib.proui. pro quolibet contrafaciente,vice qualibet. Supra c. 60. & Infra lib.4.c.24

*Quòd omnes Romani, ſint graſcerij.* Cap. 276.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ cuilibet ciui Romano,& habitanti in Vrbe, liceat accipere omne genus graſciæ,& res,& beſtias quaſcunque, prohibitas extrahi de Vrbe,vel eius diſtrictu,vel de loco magis propinquo Vrbis, ad locum magis longinquum ab Vrbe,ſine apodiſſa Dohanæ Camerę,contra formam Statutorum,ſeu ordinamentorum, conſuetudinem, & deliberationem Conſilii generalis Vrbis; & eas aſſignare,& ſcribi facere in Camera Vrbis.Et dictæ beſtiæ,& res quæcunque

cunque,ſic inuentæ ſine apodiſſa Dohanæ dictæ Cameræ;perdãtur,& perditæ ſint; & per Iudicem Cameræ,ipſi Cameræ applicentur,pro tribus partibus; & pro quarta parte,auferenti. Et dictam aſſignationem dictarum beſtiarum,& rerum in dicta Camera;faciant infra terminum trium dierum,poſtquam inuenerint;ad pœnam x, lib.proui.& nihilominus dictam aſſignationem facere teneantur.

¶ *De facientibus contra Statuta.* Cap. 277.

Supra c.28.& in proc.1.lib.in fi. ITem,vt omnia ſupradicta Statuta calumniandi auferatur,materia; & transgreſſorum huius Capituli Statutorum,audacia non tranſeat impunita;Decernimus, Omnia ſupradicta Statuta,ab omnibus inuiolabiliter obſeruari; caſſatis & euacuatis omnibus aliis ſtatutis,quæ prędictis eſſent contraria vel aduerſa; & iſtis ſolis vti volumus,& in iudiciis,& extra iudicia,per omnes Vrbis iuriſdictioni ſubiectos, & alios quoſcunq; in Curia Capitolii litigantes. Nec per Conſeruatores, & iudices quoſcunq; alios prędidentes,audiri volumus aliquem,contra ipſa,per directum vel per obliquum,quomodolibet allegantem,quòd dicta Statuta non valeant. Et hoc pertinaciter affirmantem,ſeu ſuper eorum valore & vigore,ſub quibuſcunq; coloribus,diſputantem,contrafacientem,audientem,& allegantem; pœnam infamiæ & priuationis honoris,& cuiuslibet dignitatis,& quingentarum lib.proui. incurrere volumus ipſo facto quas de facto Senator ſibi auferri faciat; aliàs, tantundem de ſuo ſalario,Camere Vrbis ſoluat à qua pœna,nullo modo liberari valeat nec abſolui,in aliquo Conſilio generali vel ſpeciali.

¶ *Statuta, iuſſu & ordinatione Sanctiſſimi* D. N. *Eugenij iiij. compoſita.* Cap. 278.

Sup.lib.1.c.164. ITem,ad remouẽdum ne cauſæ Ciuiũ diſtrictualium, ad Curiã deuoluerentur,vt fuit & eſt intẽtionis Sanctiſ.D.N.propter impenſas,& laborũ onera, V.R.P.aliàs decreuit,quòd appellantes à ſentẽtiis quorumcumq; Commiſſariorũ, in Vrbe latis & ferendis; appellarent ad Iudicẽ appellationũ Vrbis;& ſic in multis fuit obſeruatũ.

ITem,ſtatuimus,& ordinamus, quòd in concernentibus ordinariam iuriſdictionem Senatoris,aut Iudicium Capitolii,vel Capitanei appellationum, ſeu aliorũ quorumcumq; Iudicum Vrbis; nulla fiat commiſſio.Tamen ſi ex aliqua cauſa eſſet fienda,in qua iudex de publico ſalariatus detur; non poſſit Iudex ipſe, à Partibus aliquid pro ſportulis accipere; ſub pœna reſtitutionis quadrupli,& ſuſpenſionis ab officio,per trimeſtre; & non concedatur,niſi Partibus, de quarum intereſſe tractatur,ſpecialiter requiſitis; & eis,per peritos per nos deputando, auditis;& tunc cauſę terminari debeant ſecundum formam iuris,& Statutorum Vrbis,& infra tẽpora à Statutis Vrbis præfixa;ſub pœna in eis contenta. Et ab eis,ſecundũ formã Statutorum Vrbis,& ad quem Statuta diſponunt,appellari poſſit,& non aliàs, Et cõmiſſio aliter conceſſa,vt contra mentem S. D. N. & noſtram,emanata ſit ipſo iure nulla.

¶ *Seruatio Statutorum.* Cap. 279.

STatuimus & ordinamus,vt circa torturas capturas perſonales,& alios proceſſus tam ciuiles quàm criminales; ſeruetur forma iuris,& Statutorum Vrbis; niſi aliter aliud fuerit ſpecialiter à Sanctiſſimo D.N.ſeu à nobis mandatũ;non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis,tam conceſſis,q̃ concedendis. Aliàs,Senator cõtrafaciẽs, in ſindicatu ad pœnã ſimilẽ,& ad damna,expenſas,et intereſſe; Partibus teneatur.

COnfirmantes,et denuo renouantes ſaluberrimum Vrbis Statutum De habentibus in Vrbe Roma,necnon in eius diſtrictu, pro Senatoribus non eligendis; Statuimus,quòd Senator et eius Officiales,debeant eſſe de loco diſtanti ab Vrbe, ad minus,ad quinquaginta miliaria; Capitaneus verò appellationum, per ſexaginta; ſub pœna amiſſionis ſalarii ſibi deputati.

¶Item



¶Item,ſtatuimus quòd Senator, et eius Officiales,Capitaneus appellationum, et alii Officiales, ſint forenſes,et nõ durent in officio,vltra tempus à Statutis præfixũ. Quo elapſo,teneãtur ꝓpoſiti inhabilitatibus Officialiũ, illos eiici facere, ſub pæna. & quòd conceſſio ſeu reformatio contra hoc Statutum,fieri nõ poſſit; et qui ſemel fuit in officio per quinquennium,illud,ſiue aliud officiũ in Vrbe,obtinere nõ poſſit.

¶Quia officiũ Mareſcallorum,factum ad repreſſiones malefactorum,deductum eſt in rapinam pauperum; ad dicti officii reformationem, ſtatuimus in Capitolio in Vrbe Roma,non poſſe eſſe niſi ſex Mareſcallos;quatuor Romanos,et duos per Senatorem deputandos forenſes,diſtantes ab Vrbe vt ſupra.Qui Mareſcalli, ſeruent officium hoc modo; habeant banchum in ſala Capitolii,vbi redditur ius; et ibi recipiant foſſuras,& capturas, & alias ſcripturas executionum,& non alibi;habitis idoneis notariis,ſingulis eiſdem in principio in tracta Officialiũ deputandis; et habeãt burſam et omnia lucra communia,ſalario eis deputato,dumtaxat excepto; contra facientes,incidãt in pœnam xxv.ducatorum.

¶Item,ſtatuimus quòd officia dari ſolita Romanis Ciuibus,nulli alteri dentur,niſi ciuibus Romanis; et quod conceſſio aliis facta,ſit ipſo iure nulla.

¶Item,ſtatuimus,ſingulis officialibus,tam ciuibus quàm forenſibus,optimos deputari ſindicos, ex optimatibus uiris ciuibus Romanis;quorum ſemper ſit vnus Doctor,vir grauis,et timens Deum; et vt ſindicatus,factus tempore durantis officii, ſit ipſo iure nullus; et quòd ſalaria ſindicorum,ſoluantur à Camera, excomputanda in ſalario ipſorum Officialium. Infr. lib 4. c.34.

¶Itẽ,pro pauperũ ſubleuamine, ſtatuimus quòd pro ingreſſu,exitu, et manſione Cancellariæ,nihil pœnitus recipiatur,nec per cuſtodes,nec per Prothonotarium, nec per alium,niſi duo ſolidi; videlicet ſex quatreni tantũ,pro ingreſſu; & duo, ꝓ exitu.Et ꝙ Cãcellaria de cętero nõ vẽdatur,ſed cuſtodiri debeat ꝑ virũ idoneũ, ꝑ Cõſeruatores,ſecũdũ formã Statutorũ,deputãdũ,ꝑ quẽ dari debeat idonea cautio

¶Item,volumus deputari duos,qui, vocatis Proconſulibus artis Notariorum, habeant facere Tabulas,de ſumma recipiẽda ꝑ Prothonotariũ,necnon per alios Notarios,tam in Capitolio,q̃ extra; & eorũ cõſtitutiones reuidere,& tabelliones examinare,& eorũ matriculã reformare;& q inhabiles,& honeſtatẽ exercitii nõ ſeruãtes,& Tabulæ & normæ eis datæ,trãſgreſſores fuerint; poſſint à notariatu ſuſpẽdi, & à matricula deleri omni appellatione remota; necnõ Tabulam facere omnibus & ſingulis officialibꝰ Vrbis,tã ciuibꝰ q̃ forẽſibꝰ;tabellionibꝰ;portarũ Vrbis,& Cãcellariæ cuſtodibꝰ;quas Tabulas,ſcribi & affigi facere teneãtur in locis ſingulis,vt omnibus veniãt in notitiam, de pecuniis ꝑ eos recipiẽdis, & modo per eos tenendo.

Itẽ,ſtatuimꝰ,ꝙad offm̃ extraordinariorũ,deputẽtur viri duo idonei;quorũ offm̃ nõ poſſit durare niſi ſex mẽſibꝰ;q debeãt ĩ deferẽdis in Camera,duos de die, & vnũ de nocte adhibere teſtes,vt Parti volẽti ſe defẽdere,nõ auferatur,defenſionis facultas

¶Item,ſtatuimus,& ordinamus,centum flor.pro reparatione Capitolii,ex ſalario Senatoris retineri ſolitos,nullibi expendi poſſe,niſi in Capitolio,vbi & prout Conſeruatoribus pro tempore exiſtentibus,magis viſum fuerit expedire.

¶Itẽ,ſtatuimus & ordinamus,ꝙ nullus Aromatarius,medicinalia venalia teneat, niſi fuerit per Medicos auctoritate publica approbatus.

¶Item,ſtatuimus & ordinamus,eligi debere quatuor viros expertos,Ciues Romanos,auctoritatis grauis,qui præſint libro vocato Speculo. Et fiat liber vnus,vbi debeant ſcribi Officiales ſucceſſiuẽ vt erunt,tam Ciues quàm forenſes; & in eodem libro deſcribi debeãt inhabilitates,quæ tam de iure,q̃ ex forma Statutorum Vrbis et ex ſerie ꝑſentiũ, & hactenus factarũ cõſtitutionũ, quẽ ab officiis repellunt, quorũ cura ſit, deputatis Officialibus, tã Ciuibus, q forẽſibus,obſtãtias obiecta, & defectꝰ obicere;& illis obſtãtibꝰ,amoueri facere;qui ſi negligẽtes fuerint,pænã xxiiii. ducatorum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ducatorũ, vice qualibet, incurrant, irremiſibiliter exigendorũ; & nullus Officialis, q̃primũ per pręfatos fuerit inhibitũ, poſſit ſe gerere, ſub pœna ammiſſionis ſalarij. quorum cura etiam ſit, priuilegia Cameræ tueri, ac omni diligentia inſtare, vt priuilegia, Statuta, monumenta, arcana publica, grauiter ſeruentur, & cuſtodiantur, & omnia alia, quæ circa præmiſſa publicum intereſſe requirunt.

¶ Item, ſtatuimus, quòd Statuta, quò ad Conſulatus Artium, & ad extraordinariũ ordinem Ciuitatis, & quò ad feſtum Aſſumptionis beatæ Virginis, & pœnæ in his adiectæ, necnon pœnę pro immundicia, aut portatione armorũ, aut per bannimẽta, aut per officiales ſuper his præfectos, aut per ſpeciales conſtitutiones, tam appoſitæ, quàm apponendæ, ligent tam Ciues, quàm forenſes laicos Romanam curiam ſequentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint.

¶ Item, ſtatuimus, Macellarios, per viam publicam rectam de Ponte Caſtri Sancti Angeli, ad Pontem, & ſpecialiter in platea Campi Florum, & platea Iudæorum, non poſſe macellum tenere vllo tempore, ſub pœna, x. ducatorum. Et ꝙ circa plateam Iudæorum, plateã Campi Florum, prope Sanctum Celſum, prope plateam Sanctæ Mariæ Rotundæ, prope Sanctum Marcellum in Ripa, & arca Noe, prope turrim de Comitibus, & aliis locis conſuetis, extra dicta loca, locum vnum habeãt, in quo ſolùm, & non ſparſim, artem exerceant. Et ꝙ vbi carnes ad vendendum̃ tenent, mundi ſtent, ſub pœna vnius ducati, vice qualibet qua contrafecerint.

¶ Item, volumus, vt currus à vijs rectis, quibus ſupra, quantũ fieri poteſt, abſtineãt, ne publicos inceſſus impediant; ſub pœna vnius ducati, vice qualibet.

¶ Item, ſtatuimus, ꝙ in quolibet loco, vbi in Vrbe Roma cuditur, aut cudi contingeret moneta, cuiuſcunque metalli; debeat eſſe præpoſitus Ciuis Romanus, grauis & expertuis; cuius cura ſit, cuſtodire ſtampas; & ex qualibet maſſa, ex qua pecunia cudi debet, aſſagia recipere; & operam, & curam ſuſcipere, vt nullũ vitium in moneta fiat, & alia quæ præpoſiti Zecchæ, facere ſoliti ſunt.

¶ *Sequuntur alia Capitula, ordinationes, & reformationes; quorum, & quarum tenor talis eſt,* videlicet. Cap. 280.

IN nomine Domini, Amen. Anno Dñi MCCCCXLVI. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Eugenii; diuina prouidentia Papæ quarti, anno ſexto decimo, indictione nona, menſis Iulii die xx. Loiſius Mandatarius, & ſpecialis nuncius Reuerendiſſimi in Chriſto patris, & D. D. Aſtrogii Archiepiſcopi Beneuentani, Reuerendiſſimi in Chriſto patris, & D. D. Ludouici, tituli Sancti Laurentii in Damaſo, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ præsbyteri Cardinalis Aquilegien. præfati D. Camerarii Locumtenentis; de mandato, & ex parte præfati D. Locumtenẽtis, coram magnificis Thomas Saxo; de Amateſchis, Stephano de Buccabellis, & Antonio Velloni, Conſeruatoribus Cameræ almæ Vrbis, infraſcriptas reformationes, & ordinationes, Capitula, & Statuta repręſentauit. Demum die xxix. Auguſti, anni præfati, præfatis Magnificis DD. Conſeruatoribus præſentatũ fuit reſcriptũ, ſigillo ipſius D. Vicecamerarii, & Locumtenentis ſigillatum, & ſubſcriptum, in forma, Cuius talis tenor exiſtit.

Aſtrogius, Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia, Archiepiſcopus Beneuentanus, Reuerendiſſimi in Chriſto patris, & D. D. L. tituli Sancti Laurentii in Damaſo, præsbyteri Cardinalis Aquilegien Sanctiſſimi D. N. Papæ Camerarii Locumtenens, Magnificis viris Thomæ Saxo de Amateſchis, Stephano de Buccabellis, & Antonio Velloni, Conſeruatoribus Cameræ almæ Vrbis, ſalutem. Conſtitutiones, & ſalariorum Officialium, & Notariorum, ac Portarum, & Pontium cuſtodum, & aliorum in eis contentorum, taxationes, dudum per nobiles viros Andræam de Sancta Cruce, ſacri apoſtolici Conſiſtorii Aduocatum, & Maximũ Lelli Cecchi, per nos ex forma Conſtitutionum, & Reformationum per præfatum Reuerendiſſimum D. Cardinalem, & Camerarium deputatos, adhibitis egregio legum Doctore Ioannem de Tibure, & Laurentio. D. Pauli, Proconſulibus Collegii iudicum, & Notariorum Vrbis, ſecundum tenorem earum conſtitutionum, editas, vobis, & veſtro officio, de noſtro mandato, per Loiſium mandatarium noſtrũ præſentatas, de mandato Sanctiſsimi D. N ſuper hoc nobis facto, ac vigore noſtri Vicecamerariatus officii, mãdamus inuiolabiliter obſeruari; ac in libro groſſo Cameræ Vrbis, deſcribi; & in volumine Statutorum Vrbis, apponi; & tranſgreſſores, per vos & ſucceſſores veſtros, vnà cum quatuor nobilibus viris, pro eorum obſeruatione, deputatis, & in futurũ deputandis, ſecundum earundem conſtitutionum, & reformationum tenorem, pœnis & multis, prout vobis, & veſtris in officio ſucceſſoribus, ac quatuor præfatis videbitur, puniri; cum quadruplici eius quod plus exegerint, reſtitutione, his à quibus extorſerint. Salaria verò & prouiſiones Officialibus perſoluen̄. per Cameram, voluntati Sanctiſs. D. N. reſeruamus; quibuſcunque in contrarium facientibus, non obſtantibus. Datum in domo noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die penultimo menſis Auguſti, nona indictione, anno Domini, milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſexto, Pontificatus præfati D. N. Papę Eugenii quarti, anno ſextodecimo.

¶ Tenor *uerò dictarum reformationum, ut ſupra præſentatarum, talis eſt.* Cap. 281.

COnſtitutiones, & reformationes, factæ per D. Andream de Sancta Cruce, ſacri Conſiſtorii Aduocatum, & Maximum Lelli Cecchi, deputatos per Reuerendiſſimum D. Aſtrogium, Archiepiſcopum Beneuentanũ, Reuerendiſſimi D. L. tituli Sancti Laurentii in Damaſo, S. R. E. præsbyteri Cardinalis Aquilegien̄. Camerarii Apoſtolici Locumtenentẽ; vocatis egregio viro, D. Ioanne de Tibure Aduocato Conſiſtoriali, & Laurentio D. Pauli Toti, Proconſulibus artis Notariorum. Cap. 282.

¶ *Primò, ordinationes, et Statuta, edita per* Collegium Notariorum Vrbis, *præcipimus inuiolabiliter* obſeruari, q̃ dudũ in Palatio Capitolii publicata fuerũt, Quorũ tenor talis eſt,

A Solio sũmę maieſtatis, Tribunali, & Throno magni Dei, vnius, & trini, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, diffuſum eſt lumen in cœlo, & in terra; vt intelligat, & videat omnis creatura veritatem. Inde illa veritas, quatuor Euangeliſtarum pręconio, diuino agitatorũ ſpiritu, ad humani generis doctrinã claruit, ambulantibuſq; in tenebris, lucem dedit. Inde etiam duo magna luminaria, humano generi illuxere, vt hominum vitam, geſta, & mores exornent. Horũ autem claritate, & radiis religio Tabellionatus officii, inter alia hominum officia, eſt, vt fidem habeat demõſtrandi, atque probandi contrahentium vota; morientium, & aliorum vltimas voluntates; Iudiciorum actus; Præſidum, ac magiſtratuum ſententias, iudicia, atque decreta, fidei Notarii, & ſcripturę Tabellionis commiſſa. Tãto itaque diuino, & humano munere dotata huius officii religio, curare debet attentius, vt intelligat cõmiſſum ſibi officium, & aut auctorizanctis indignationem, & iuſtitiam; aut munus & gratiam, iuxta merita, vel demerita exercentis, expectet. Quia verò vt plurimũ quod quiſque negligit, ignorat; niſi aut præmonitus, aut ſibiipſi cõſcius factus, intelligat; decretum eſt per egregium virum D. Andręam de Sancta Cruce, ſacri Conſiſtorii Aduocatum, & Petrum Mellini, Proconſules; Antonium Bartholomæi, Antonium Cecchi Nicolai, & Laurẽtium Chriſtofori, Notarios Officiales Collegii Notariorum Vrbis, ad componendum mores dicti officii Tabellionatus, in Collegio Notariorum Vrbis deputatos, Quod quiſque in eadem Vrbe dictum officium exercens, aut exercere intendens, ſciat ſe inuiolabiliter ſeruaturum inſtituta infraſcripta, ad honorem, & laudem Omnipotentis Dei, beati Lucæ Euangeliſtæ, protectoris eiuſdem Collegii, laudem, & gloriam militantium in officio præfato.

¶ Alia

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

*Alia reformatio* Notariorum *Vrbis.* Cap. 283.

IN primis decretum,inſtitutum,& ordinatum eſt,ꝙ in feſto beati Lucæ Euangeliſtæ,conuocatis Iudicibus Palatii Capitolii, Doctoribuſque Vrbis, & omnibus Procuratoribus,& Notariis Vrbis matriculatis,celebretur Miſſa in Ara cœli,ad honorem,& laudem omnipotentis Dei,& beati Lucæ Euangeliſtæ, cum cereis, & luminaribus diſtribuendis ſingulis more ſolito expenſis Collegii,& vniuerſitatis officii Tabellionatus.

*De creatione Officialium Collegij Notariorum Vrbis.* Cap. 284.

ITem,ꝙ celebrata miſſa præfata omnes de dicto Collegio conueniant,& conuenire debeant in loco Capituli(qui'eſt in primo reclauſtro Cõuentus dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Ara cœli)ad eligendum Correctores,& Officiales nouos in Collegio prefato,iuxtà ordinationem hactenus obſeruata de imbuſſulatoribus electis,& eligendis per ſingulos quatuor annos, & ad eligendum alios imbuſſalatores finito primo quadriennio.

*De eodem.* Cap. 285.

ITem,ꝙ vltra prædictos Officiales,ſint & eligantur per Collegium,duo Proconſules;qui habeant iuriſdictionem inter homines vniuerſitatis prefatæ,& de concer-
Supra c.299. nentibus Officium,& etiam inter exteros ſe reclamantes, aut aliquid agere habentes cum hominibus dicti Officii,& concernentibus Officium præfatum; qui poteſtatem habeant mulctandi,vſque ad ducatos auri quinque.

*De Tribunali Proconſulum.* Cap. 286.

ITem, quòd dicti Proconſules habeant locum, & Tribunal, eorum in Palatio Capitolii.

*De Notarijs creandis.* Cap. 287.

ITem,ꝙ de creatione Notariorum,dicti Proconſules habeant, & habere debeant bonam,& diligentem curam,requirendo Comites Palatinos,& alios habẽtes poteſtatem creandi Notarios,ꝙ nullus creetur Notarius,niſi examinetur,& repertus fuerit bonus grammaticus,& ſequutus fuerit aliquem Procuratorem,vel practicã Tabellionatus habuerit,per vnum annum,ad minus,ac aliam artem mechanicam
Infra c.290. non exercuerit;& ꝙ aliàs facti Notarii,non poſſint pro Notariis ſe gerere,nec inter Notarios in Vrbe habeantur; & Comes Palatinus incidat in pœnam decem ducatorum,vice qualibet,ſi contrafecerit.

*Qui poſſint Notariatum in Capitolio exercere.* Cap. 288.

ITem,ꝙ nullus in Palatio Capitolii poſſit publica officia Notariatus exercere,niſi fuerit Romanus ciuis,vel domicilium habens in Vrbe,& pro ciue Romano, ſecũdum Statuta Vrbis,reputetur,ac matriculatus,& de Collegio; aliàs,ſuis actis, & geſtis,nulla fides adhibeatur,& maximè per aliquem de Collegio præfato.

*De Notariis matriculandis.* Cap. 289.

ITem,ꝙ nullus poſſit matriculari,niſi fiat ſolemnis examinatio de eo, coram Proconſulibus,& Correctoribus,& Officialibus dicti Collegii; & examinatus, repertus fuerit bonus grammaticus, & proſequutus fuerit aliquem Procuratorem, vel exercuerit exercitium Tabellionatus,per annum,ad minus; & habeat Statuta Vrbis,& ſtuduerit in eis,illo anno;& ſuꝑ hoc examinatus,repertus fuerit idoneus,

& approbatus



& approbatus fuerit per duas partes ex tribus; demum ſoluerit pro matriculatione,more ſolito; Aliàs,ſcriptus,de matricula deleri debeat, ad omnem ſimplicem requiſitionem cuiuslibet Notarii; Aliàs,Proconſules non delẽtes,incidant in pœnam decem lib.vice qualibet,applicandarum pro medietate Collegio Notariorũ, & pro medietate Cameræ.

*De eodem.* Cap. 290.

ITem,ꝙ matriculari non poſſint exercentes,& qui exercent artes mechanicas,niſi illas in totum deſeruerint,& ſaltem quatuor annis poſt deſertionem,tabellionatum exercuerint; & aliter matriculari non poſſint;& ſi matriculati eſſent,deleãtur vt ſupra;& actis ipſorum,fides nulla adhibeatur.

*De Notarijs rogatis de inſtrumentis.* Cap. 291.

ITem, ꝙ Notarius de aliquo contractu vel teſtamento ſcribendo rogatus, priuſquam à loco contractus diſcedat,nomina teſtium,& ſubſtantiam eius,de quo rogatur, in quaternutio protocollorum ſuorum ſcribat, vt per obliuionem veritas non mutetur; dũmodo ſibi de ſuo ſalario ſatisfiat;de quo proteſtari debeat,ꝙ non ſcribet,niſi ſoluatur; aliàs,ſcribere teneatur rogitum in protocollo,ſub pœna falſi. Et idem fiat,quando duo Notarii de eodem contractu ſcribendo,rogati eſſent. Et poſtquam vterque Notarius in quaternutio ſuorum protocollorum, ſcripſerit totam contractus ſubſtantiam,cum omnibus pactis & capitulis ſubſtantialibus; quilibet debeat ſe ſubſcribere in protocollis alterius,& econuerſo, vt amoueatur oĩs erroris materia.Et talis fiat ſubſcriptio in inſtrumẽto publico, de quo duo Notarij ſunt rogati.Notarius verò qui prædicta non fecerit; damnum Parti emẽdet, quod propterea incurriſſet.Et à contrahẽtibus,aut à Parte requiſitus;teneatur infra tres dies,à die requiſitionis,in publicam formam reducere inſtrumentum, de quo rogatus fuerit,recepto ſalario competenti. Quod ſi non fecerit; in decem lib. prouiſi. puniatur; pro medietate Parti,& pro medietate Cameræ Vrbis(niſi iuſtam & rationabilem cauſam allegaret)& damnum Parti læſæ reſarciat. Pro quolibet autẽ contractu,aut teſtamẽto,à quinquaginta lib.infra;decem ſolidos duntaxat, pro labore,ſeu publicatione recipiat. A quinquaginta lib.ſupra,vſque ad centum;xx.ſol. Ab eadẽ ſupra,vſque ad cl.ſol.24. Ab inde ſupra,vſque ad ducentas;ſol.xxx.Abinde ſupra,vſque ad ccc.recipiat ſol.xl.Abinde ſupra,pro quolibet centenario quantitatis vel rei,in inſtrumento contentæ;denarium vnũ pro qualibet libra recipiat Pro ſententia continente quantitatem,c.lib.& abinde infra;xx.ſol.Abinde ſupra, duos flor.recipiat,quantecunque quantitatis fuerit vel valoris. De aliis verò iudicialibus actibus,Iudex coram quo acta ſunt facta,taxare debeat; vltra quam, Notarius nihil petere poſſit.In quolibet caſu,pergamenũ ſiue charta de corio,pro publicatione,detur per Partem Notariis ſupradictis. Et ſi vltra dictam quantitatem exegerint,ſeu receperint;in x.libr. proui. vice qualibet,puniãtur; pro medietate Parti accuſanti,& pro medietate Cameræ Vrbis applicandis. Et eadem pœna puniantur,ſi propterea tardarent complere & publicare inſtrumentum. Et in vtroque caſuum prędictorum,damnum reſarciant Parti læſæ.et ad prædicta cogantur per Senatorem, & quemlibet eius iudicem, qui ſuper hoc aditus fuerit, ad pœnã quinquaginta libr. Senatori, & x.libr.prouiſinorum Iudici,qui in hoc fuerit negligens vel remiſſus.

*De officialibus Collegij Notariorum Vrbis* Cap. 292.

NOtariorum Collegium,octo bonos,legales,& expertos Notarios eligat; quorum duo exemplationi inſtrumentorum,& aliarum ſcripturarum, ac protocollorum

collorum Notariorum mortuorum, vel abſentium,debeant intereſſe;& ſimul cum Iudice ordinario Palatino,poſſint videre diligenter, vtrum exemplar & exemplatum bene concordent,& quando expediret,facere comparationem litterarum.Et ſe in dictis inſtrumentis ſumptis & exēplatis,ſubſcribant,vnà cū Iudice ſupradicto.

ℂDe *Notariјs ad banchum deputatis,& perdentibus inſtrumenta.* Cap. 293.

SI quis Notarius perderet inſtrumenta ſibi in iudicio aſsignata ; illa refici faciat ſuis expenſis,& damnum reficiat Parti læſæ.Additum eſt,ꝙ Notarius, qui in Curia Capitolii fuerit ad aliquod officium, ſeu ad banchum alicuius Iudicis deputatus; ad illud non poſſit aliquod procurationis officium exercere;ad pœnam xxv.librarum,Cameræ applicandarum. Item, additum eſt,ꝙ ſi in futurum contingat coram aliquo ex iudicibus palatinis,peti ꝙ aliquod inſtrumentum publicum,factū manu alicuius Notarii,corrigatur vel ſupleatur in aliqua ſui parte ; non poſſit propterea contra dictum Notarium procedi de falſo, aut aliàs extra ordinem , niſi appareat ſeu probaretur apertè,ꝙ dictus Notarius doloſe & fraudulenter,talia mutaſſet,addidiſſet,vel commiſiſſet,ad alicuius inſtantiam,& alterius læſionem.

ℂDe *habentibus protocolla* Notariorum *mortuorum.* Cap. 294.

QVicunque habet protocolla Notariorum mortuorum, ſi requiſitus fuerit ab aliquo,pro contractibus in dictis protocollis contentis;teneatur diligenter inquirere pro dicto contractu inueniendo,recepto ſalario;videlicet,ſi contractus fuerit de quantitate quinquaginta lib.proui.infra; recipiat duos ſolidos proui.tantū, pro inquiſitione & oſtenſione. Si à quinquaginta ſuprà , vſque ad centum; recipiat tres ſolidos.& pro complendo inſtrumentū,ſeptem ſoli.proui. Abinde ſupra, vſq; ad,cc.recipiat xxx.ſoli.proui. Abinde ſupra, recipiat vnum denarium pro qualibet libra.Et hoc,teneantur facere tam hęredes Notarii,quam Notarius qui debet complere inſtrumentum , infra octo dies. Et ſi Parti , ad quam dictum inſtrumentum pertinet,alia iuſta de cauſa eſſet neceſſarium dictuminſtrumentum,,infra breuiorem terminum,ad docendum de iure ſuo ; teneatur Notarius infra terminum competentem, aſſignandum per Iudicem coram quo eſſet cauſa , ipſum inſtrumentum reddere publicatum.Et Iudex teneatur ipſum cogere remediis opportunis, in termino competenti;ita ꝙ propter defectum inſtrumenti , ius aliquod non valeat deperire;& illud compleat poſtquam fuerit requiſitus,quod ſi non fecerit ; ſoluat Cameræ Vrbis;x.ſol.proui,pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate accuſanti,& damnum reſarciat Parti læſæ. Additum eſt huic Capitulo , ꝙ nulla perſona audeat emere vel vendere protocolla alicuius Notarii mortui,nec ipſa ſeu eorū aliqua dilaniare,ſeu alicui alteri,gratis vel precio, tradere dilanianda ſeu in vſum alium illicitum conuertenda ad pœnam,cc.lib.proui.tā emptori,ſeu venditori,ſeu dilaniatori, quàm etiam venditori,& alienatori , & danti ad dilaniandum, vel deſtruendum;pro medietate,Cameræ Vrbis;& pro alia medietate, Parti quę lęderetur ex deſtructione protocolli præfati.et ſuper hoc teneatur Senator inquirere,ad petitionem cuiuſcunque,etiam in ſecreto,denunciantis;ad pœnam quinquaginta lib.proui.& banniatur per Vrbem,in introitu cuiuslibet Senatoris.

*Quod nullus matriculetur,niſi honeſtæ vitæ.* Cap. 295.

ITē,ꝙ nullus debeat matriculari,niſi fuerit honeſtæ vitæ,incēdēs in habitu condecenti,togatus,vt decet Tabellionem,ſine frappis,& Diuiſa. Et ſinguli Notarii matriculati,incedant & incedere debeant in habitu præfato; aliàs, incidat in pœnam xxv.librarum,& ſit ſuſpenſus per annum;& quarta pars pœnæ,ſit accuſantis;& alia pars quarta,Cameræ Vrbis;& medietas,Collegii Notariorum.

ℂ De



ℂDe *Notariјs ad banchum deputandis.* Cap. 296.

ITem,quòd Senator infra octo dies,à die ſui ingreſſus ad officium, cum Proconſulibus,& Correctoribus,debeat deputare Notarios ad bancum Iudicū, pro tempore ſui officii.qui ſic deputati, non poſſint ſequi aliquem procuratorem , nec pro aliquo eorum,ſcribere in eorum domibus,aut alibi priuatim;& debeant ſedere apud tribunal,quamdiu Iudex ſedebit ad tribunal ; Nec poſſint exercere aliquod officiū procurationis,apud banchum,apud quē fuerit Notarius deputatus, ad pœnā x.lib. vice qualibet,qua contrafecerit,applicandarum vt ſupra . Et quilibet debeat tenere librum manualem,in quo debeat omnia acta conſcribere, antequam de bancho recedat,& demum in regiſtrum reducere, cum omnium originalium,iurium , inſtrumentorum,teſtium,& aliorum productorum tenore,conſtituto ſalario pro copiis,& regiſtro,prout in tabulis continetur.Et Conſeruatores teneantur ad hoc requirere Senatorem,vt faciat;ad pœnam xxv.ducatorum Senatori,ſi non fecerit,& x.Conſeruatoribus,ſi diligentiam non fecerint,de eorum ſalariis retinendorum.

ℂ*Quòd Iudices habeant ante ſcriptos notarios in ſuo libro.* Cap. 297.

ITem,quòd Iudices,apud quorum tribunalia erunt Notari actuarii , vt ſupra; debeant habere ſcriptos Notarios in vno libro,& de primo ad vltimum diſtribuere cauſas libellarias ſucceſſiuè,& ſic cauſas ſummarias,& executiuas. Et quòd non ſit in poſſe procuratoris,ſibi Notariū eligere,ſed ad euētum ſcribant,vt dictum eſt ſupra,præmiſſa euentuali diſtributione ; ad pœnam x. ducatorum Iudici, vice qualibet,qua contrafecerit;& actis Notarii non deputati à Iudice,vt præmittitur,fides non habeatur .

ℂ*Quòd Notarius non matriculatus non ſedeat ad banchum.* Cap. 298.

ITem,ꝙ nullus Notarius non matriculatus, poſſit ſedere,& deputari ad banchum collateralium,ad pœnam x.lib.auri; vice qualibet, applicāda,& exigēda,vt ſupra.

ℂ*Quòd Notariј non ludant ad ludos inhoneſtos.* Cap. 299.

ITem,quòd nullus Notarius debeat ludere ad aliquem ludum inhoneſtum,& prohibitum,ad arbitrium Senatoris;nec tabernas ingredi ad comeſſandum,& bibēdum,excepto notario Cōſulum tabernariorum;ad pœnam x.lib. vice qualibet,applicandam vt ſupra,pro quolibet contrafaciente,de quo credatur iuramento vnius accuſatoris,& duorum teſtium,etiam ſecretè accuſantis ; & ſuſpendatur per menſem ab officio.

ℂ*Quòd omnes notariј banchi faciant libros manuales.* Cap. 300.

ITē,ꝙ Prothonotarii Notarii Càmeræ,& alii Notarii banchi;debeant ſinguli facere baſtardellos,ſeu manuales libros de bancho,cum intitulatione Senatoris,& iudicum,anno Domini,Pontificatu,indictione,menſibus,& diebus,& cum ſubſcriptione,& ſigno bene ligatos,cū numero chartarum ſtampatarum ſtāpa Collegii ; et ibi deſcribant omnes actus iudiciarios,quàm melius potuerint,ſaltem effectum,& ſubſtantialia,ante receſſum à bancho;ad pęnam v.lib.vice qualibet,qui in ſingulis pręmiſſorum contrafecerint , & applicandarum,vt ſupra,& ſuſpenſionis ipſo iure ad annum .

ℂ*Quòd Notariј non recedant a bancho iudice ſedente.* Cap. 301.

ITem,quòd dicti Notarii Iudicibus ſedentibus ad banchum,& donec á bancho receſſerint;debeant ipſi ſedere,nec per palatium diſcurrere,vt eorum copia haberi

O poſſit,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

poſſit,& ipſi valeant reperiri;ad pœnam x.lib.vice qualibet, pro quolibet contrafaciente,applicanda,& exigenda,vt ſupra.

*Quòd Notarij actuarij,antequam diſcedant a bancho,ſint concordes in actis.* Cap. 302.

ITem,quód quando duo Notarii ſunt in una cauſa collegæ,ſeu de vno actu ſimul rogati,recedere non debeant de bancho,niſi primó ſeſe in actu concordauerint ſaltem in ſubſtantia,ad euitandum periculum contrarietatis, ad pœnam x. lib. vice qualibet,applicandam,& exigendam,vt ſupra.

*Quòd Procuratores,non ſcribant acta banchi.* Cap. 303.

ITem,quòd nullus exercens officium procurationis,debeat nec poſſit acta banchi conſcribere;& é cōuerſo,nullus ad banchum deputatus,poſſit,nec debeat ſedentibus Iudicibus pro tribunali,apud quos eſt depuatus, procurationem aliquā exercere. & ſi contrafecerit; incidat in pœnam x.lib. vice qualibet,applicandam, & exigendam, vt ſupra.

*Quòd Notarij ſint taciturni ad banchum.* Cap. 304.

ITem,quôd quamdiu Iudices ſederint ad bāchum,ſub tacurnitate,& ſilentio maneant;& tantum vacent conſcribendis actis;& non audeant de cauſa aliqua corā Iudice loqui,niſi interrogati,vel niſi Procuratore cauſæ abſente; quo caſu, poſſint ſuplere abſentiam Procuratoris; ad pœnam x.lib. applicandam, vt ſupra. & iudex eis mandet,vt taceant,ſub pœna,quæ ſibi videbitur, vſq; ad ſummam, v. ducatorū,& eam de facto exigere,pro modo procacitatis & inobédientiæ,poſſit.

*Quòd Notarij faciant protocolla ſingulis annis.* Cap. 305.

Supr.c.300. ITtem,quòd quilibet Notarius, contractum deſcribens,teſtamenta, & vltimas voluntates hominum; teneatur & debeat,ſingulis annis, facere prothocollum bene ligatum,cum numero chartarum,& cum intitulatione,anno Domini,Pontificatu,indictione, menſibus,& diebus,ſubſcriptione,& ſigno; & in eo deſcribere, & annotare debeat contractus,eo anno ſibi occurrentes,ſaltem ſubſtantialiter, & cum loco,tempore,& præſentibus, prout quiſq; melius ordinauerit,& ſibi magis honorificè prouidebit,ad contrahentium voluntatem,& officii tabellionatus gloriam.Et ſi ſecus fecerit;puniatur pœna x.lib. applicanda & exigenda,vt ſupra.

*De prothocollis præſentandis Officialibus Collegij* Cap. 306.

ITem,quòd quilibet Notarius, infra octauā Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti,debeat coram dictis Proconſulibus,& Officialibus,dictum librū,ſeu prothocollum exhibere; ad pęnam x. lib.applicandarum vt ſupra. Qui contrafecerit; ſit ſuſpenſus ab officio per annū.qui liber debeat ſtāpari ſtāpa Collegii Notariorū.

*Quòd Notarij ſint modeſti in recipiendis mercedibus.* Cap. 307.

ITem,quòd Notarii ſint modeſti in ſolutionibus,& mercedibus officii eorum, tā in contractibus,quàm circa iudiciales actus,recepta debita mercede, vel per donationem remiſſa; quæ ſolutio moderari debeat,vt infra in Tabulis continetur.

*De mercedibus Notariorum, pro actis iudiciarijs.* Cap. 308.

IN primis,pro qualibet comparitione,contradictione, relatione,& pronuncia fiéda,pro quolibet Notario,à qualibet Parte,bol.i.

Item,pro qualibet conteſtatione litis,cum iuramento calumniæ, pro quolibet Notario,bol.ii.à qualibet Parte conteſtantis.



Itē,pro rñſionibus articulorū,ꝑ quolibet articulo,à qualibet Parte,denarios quatuor.

Itē,ꝑ rñſiōe interrogatoriorū,à parte rñdētis,bol.iii.tā ſi ſunt duo Notarii,q̃ ſi ſit vnꝰ.

Item, pro iuramento cuiuslibet teſtis,denarios octo.

Item, pro examine cuiuslibet teſtis, uſque ad numerum v.vel vi. Capitulorum; tres bol.pro quolibet Notario.Sed ſi Capitula aſcenderēt ad maiorem numerum, & cauſa eſſet implicita,& grauis,multorum Capitulorum; ſoluet Notariis, ſecundum laborē fiendum,taxatione Correctorum,ſeu Iudicis, coram quo cauſa pendet,indeciſa

Itē,pro interrogatione,ſeu examinatione fienda ſuper interrogatoriis,ꝓductis cōtra Capitula;ſoluat producens,medietatem illius quod ſoluitur per producentem capitula.

Itē,ꝑ verbali petitione,publicatione teſtiū,& ꝓceſſus,& ꝑ termino dato addicendū cōtra;bol.ii.ꝑ quolibet Notario à q̃libet ꝑte,ꝑ qua fuerit fcā dicta publicatio,&petitio.

Item,pro qualibet appellatione,& prouocatione ad cauſam; bol.ii.ſi apud acta.

Item,pro quolibet inſtrumento procurationis,ad recipiendum,quietandum, trāſigendum & componendum,& paciſcendum,& his ſimilia,carli.duos.

Itē,ꝑ quolibet folio copiarū;bol.tres.q̃ copiæ debeāt hr̃e verſus xx.pro qualibet facie; & quilibet verſus debeat hr̃e octo dictiones,ad minꝰ,aut xxii.literas.ꝑ aliis aūt Iudiciorū actibꝰ,ſi de ſalario reuocetur ī dubiū; taxent ꝑ Correctores Collegii,& eorū dictis ſtetur.

Itē,pro inſtrumento tutelæ,cū inuētario tutelę,aut ſine;ꝑ publicatione,carl. quatuor.

Item,pro ſtipulatione,& ſcriptura ipſius;carl.duos.

Itē,ꝑ inſtrumēto aditionis hæreditatis,cū bñficio legis,& inuētarii, & cū bannimēto, & citatione facta in forma,ad videndū cōfici dictū inuētariū;in totū,ducatum vnum. niſi eſſet magna hæreditas;quo caſu,ſtetur declarationi Correctorū,ſeu Iudicis Capitolii,de ſalario, vel mercede Notariorū rogatorum;ſi de ſolutione verteretur q̃ſtio inter Partes.

Item,pro ſcriptura,& ſtipulatione ipſius inuentarii;carl.tres.

Itē,pro rogitu cuiuslibet inſtrumenti dotis;recipiat Notarius,prout continetur in Statuto antiquo.

Item,pro rogitu inſtrumenti ſubarrhationis;carl.duos.

Item,pro ſtipulatione teſtamentorum,& aliorum inſtrumentorum,recipiat Notarius melius,q̃ potuerit cū contrahentibus cōuenire,non excedēdo duos ducatos.

Item,pro rogitu cuiuslibet ſecuritatis,ſeu pacis;carl.tres.

*De mercedibus Notariorum,pro inſtrumentis quibuſcunque.* Cap. 309.

QVòd quilibet Notarius,petere,& exigere poſſit, pro publicatione inſtrumētorū, vſque ad quantitatē xxv.flor.carl.ii.deinde verò ſupra,vſque ad cētum florenum medium.abinde verò ſupra, pro quolibet centenario pecuniarū,rerum,& bonorū, in quātitatibus infraſcriptis contentorum; flor. medium,pro quolibet centenario,vſque ad mille.abinde ſupra,vſque ad quācunque quantitatem,numerum, vel valorem rerum,pecuniarum, & bonorum,in inſtrumentis infraſcriptis contentorum;florenum medium, pro quolibet centenario, petere & exigere poſſit, aut prout Statuto antiquo cauetur. In lib.4.c.29.& lib. ult.c.34.

In primis.

Pro inſtrumento teſtamenti

Pro inſtrumento codicilli

Pro donationibus inter viuos,& cauſa mortis

Pro inſtrumento venditionis, emptionis,depoſiti,& permutationis

Pro inſtrumento ceſſionis iurium,& bonorum quorumcunque

Pro inſtrumento fidantiarum

Pro inſtrumento ſocietatis.

Pro inſtrumento obligationis,dotis,donationis propter nuptias, & pro aliis inſtrumentis publicis ſimilibus,ex quibus transfertur,vel acquiritur totale ius,& dominium principaliter;veluti ſunt inueſtimenta, conſenſus præſtātiores,& ſimilia;ducatum medium;ſal uo viatico,ſi contingeret extra Vrbis mænia accedere.

Pro aliis quibuſcunque inſtrumentis,recipiant,& petere poſſint ſecundū taxā, & diſcretionem Correctorum Notariorū,quorū declarationi ſtandū ſit;maxime,ſi inter Notarios & cōtrahētes quæſtio oriretur de dictis mercede,& ſalario,adhęrendo antiquo Statuto.

Pro locationibus in emphiteoſim,conceſſionibus in perpetuum,vel ad vnam,vel plures generationes.

Pro aliis ſimplicibus locationibus.

Pro qualibet ſententia diffinitiua,ſeu ſuper exequendis inſtrumentis lata,arbitriis,ſeu arbitramentis,petere,& exigere poſſit Notarius rogatus de ea; & ſimiliter abinde ſupra, vſque ad centum ducatos;& ſimiliter abinde ſupra,vſque ad mille;& abinde ſupra,quæcunque ſit quantitas,prout Statuto antiquo cauetur.

Pro aliis iudicialibus actibus; recipiant pro quolibet actu iudiciario in publicam formam redigendo;bol.tres.

Pro rogitu actorum ciuilium iudicialium;recipiat Notarius prout ſequitur.

In Primis.

Pro ſcriptura citationis ad videndum aſſignationem libelli, Capitulorum, ad ſententiam;mandato executiuo,mandato de exequendo,& ſimilibus actibus,& mandatis; bol. vnum,pro qualibet,pro relatione citationis,& mandato,bol.vnum,pro quolibet Notario,pro productione libellorum,exceptionum,articulorum, replicationum , inſtrumentorum,ſeu aliarum ſcripturarum;bol.vnum,pro quolibet Notario,& qualibet ſcriptura.

*De regiſtris fiendis.* Cap. 310.

Infra in Leon. c.34.

ITem,quòd regiſtra fienda in cauſis quibuſcunque agitandis,ſoluantur,& ſatisfiant Notariis,hoc modo;videlicet quòd dentur folia vigintiquatuor pro quolibet ducato ; videlicet chartæ ſcriptę quadragintaocto.& in qualibet facie cuiuslibet chartę ; ſint & eſſe debeant ſcripti,verſus viginti.& quilibet verſus debeat habere , & in ſe continere octo dictiones,aut literas trigintaduas.& ſimiliter quæcunque aliæ copiæ,fiendæ,& exemplandæ eſſent de quibuſcunque inſtrumentis,ſeu ſcripturis , de quibus copiæ peterentur ; ſint ſimili modo confectæ.

*De duobus Notarijs, ſimul rogatis de uno inſtrumento.* Cap. 311.

ITem,ſi contingat,duos,aut plures Notarios , eſſe rogatos ſimul de vna re;non debeant ſtipulari actum;niſi Notarii extenſam notam cum omnibus ſubſtantialibus , adſcripſerint;& quilibet retineat notam ſubſcriptam manu alterius;ſub pœna decem ducatorum, vice qualibet;cuius medietas,ſit Cameræ Vrbis;& alia,Collegii Notariorum.

*De ſalarijs Aduocatorum,& Procuratorum,in cauſis.* Cap. 312.

Infra lib.4. c.33

ITem,quòd quilibet Procurator,in omni cauſa libellaria,citra quantitatem,vel ęſtimationem quinquaginta flor.currentium;habeat, & habere debeat ducatorum auri tres. Abinde ſupra,vſque ad centum;habeat,& habere debeat,& poſſit totidem . Abinde verò ſupra,vſque in quamcumque ſumam;percipiat illud,quod poterit moderatè,& honeſtè,ſecundum qualitatem,& conditiones cauſarum,& perſonarum , facere ſibi ſolui . Et tantundem recipiat Aduocatus.

*Quòd perſonæ miſerabiles,benè tractentur in ſolutionibus.* Cap. 313.

ITem,quòd in cauſis viduarum,& miſerabilium perſonarum,Procuratores, & Notarii, mitius tractent litigantes in ſolutionibus antedictis , iuxtà qualitatem , & quantitatem cauſæ,& perſonarum litigantium.

*Quòd Notarij non exerceant aliquod officium,ut ſubſtituti.* Cap. 314.

ITem,quòd nullus Notarius exerceat aliqnod officium publicum,vt ſubſtitutus alicuius laici,& pro aliquo laico;aliàs,reputetur infamis .Et ſi matriculatus non eſt;matriculari non poſſit.ſi verò matriculatus eſt;de matricula deleatur,& in Collegio nullatenus recipiatur ; eiuſque ſcripturis , per Tabelliones Vrbis , nec in iudiciis , nec extrà , fides adhibeatur.

De Pro-



*De protocollis,& ſcripturis Notariorum mortuorum,conſeruandis.* Cap. 315.

ITē,q̄ mortuo Notario,teneant̄ Procōſules,Correctores, & Scriptor Notariorū Vrbis, infra octo dies,à die ſciētiæ,ordinare,vt protocolla,& ſcripturę publicę Notarii mortui, recludantur in aliquā capſam,duabus clauibus clauſam;ex quibus,vnā teneāt ij,ad quos ſpectāt protocolla,& aliā Correctores.Et ſi in his Proconſules , & Officiales Collegij,negligentes fuerint;pœnā xxv.duc.auri incurrāt,applicandā Cameræ Vrbis.Et hæredes Tabellionis,aut ii,ad quos protocolla ſpectarēt,īfra duos dies poſt obitū dicti mortui,teneātur p̄ſatis Officialibus denūciare,& oēs libros exhibere,ſub pœna amiſſionis ipſorū protocollorū.Quæ capſæ,ſi hæredes,apud quos protocolla remāſerint,fuerint Notarii;ī eorū domibus.aliàs,capſę præfatę poni debeāt in Sacriſtia Arę cœli.Et ſi protocolla,q̄ facta eſſent,reperta nō fuerint,ſaltē de vno anno integro;incidāt hæredes in pœnā 50.duc. Et hoc Statutum,vindicet ſibi locū,quò ad cōſeruationē ſcripturarū,etiā quò ad pendētia protocolla,de Notariis retrò mortuis. Et merces,& comodum dictorum protocollorum, ſit hæredum,pro medietate;& pro alia medietate,releuantium,& officialium.

Infra lib.4.c.32. & ſupra c. 294

*Quòd Officiales Collegij,teneantur Notarios congregare.* Cap. 336.

ITem,quòd Proconſules,& Correctores, vltima Dominica cuiuslibet menſis,debeant, & teneantur congregare Notarios,& in omnium præſentia facere legi has Notariorum conſtitutiones ; ſub pœna decem librarum,à quolibet eorum , inremiſſibiliter per duos Conſeruatores,pro fabrica eorum domus,exigendarum.

*Aliæ reformationes, factæ tempore Martini Papæ Quinti.* Cap. 317.

SEcundò Tabulam ſalariorum Notariorū,tempore fœlicis recordationis Martini Papæ Quinti æditam,inuiolabiliter obſeruari decernimus,cuius tenor talis eſt,videlicet,

*De ſalarijs Scribæ Senatus.* Cap. 318.

ODdo de Varris,Apoſtolicę Sedis Prothonotarius,D.N.Papæ Theſaurarius,Reuerendiſſimi in Chriſto patris,D.Franciſci,miſeratione diuina Archiepiſcopi Narbon.D. Papæ Camerarii,Vicecamerarius, Magnificis viris,Senatori, & Conſeruatoribus Almæ Vrbis,pręſentibus,& futuris,Salutem in Domino.De mandato Sanctiſſimi in Chriſto patris,& D.N.D.Martini,diuina prouidentia Papæ Quinti,ſuper hoc,viuæ vocis oraculo, nobis facto,vobis committimus,& mandamus,quatenus per infraſcriptos Notarios , & Officiales,præſentes,& futuros,curetis remediis opportunis,infraſcriptā taxam inuiolabiliter obſeruari. Et ſi quis de prædictis Notariis Officialibus eiuſdem Vrbis, vltra receperit, ſeu exegerit quoquomodo, quàm in eadem Tabula contineatur,& ſit expreſſum;noſtro arbitrio punietur.

In primis,Scriba Senatus,pro lectura diffidationis ciuilium , continentis quantitatem quinquaginta librarum recipere debeat ſoli.quinque.Abinde vſque ad centum; ſoli. decem monetæ currentis.Abinde verò,vſque ad quingentos;ſolidos viginti.Abinde ſuprà, vſque ad quamcunque quantitatem;florenum currentem vnum.

Item,pro lectura diffidationum criminalium, ſuper accuſatione ad inſtātiam Partium, vſque ad ducentas libras;ſolidos decem.Abinde verò ſupra,ſolidos viginti.

Item, pro lectura reaffidationis ciuilium,modo prædicto;& totidem pro lectura reaffidationis criminaliū,recipiatur.Pro quacunque copia ſubſcripta legitimè,habeant prout pro lectura diffidationis.

*De mercede Notarij Conſeruatorum.* Cap. 319.

NOtarius DD.Conſeruatorum,habeat, & poſſit recipere pro venditionibus , & inſtrumentis gabellarum Vrbis,& portarum, à quolibet emptore ; dimidium florenū currentem,pro quolibet centenario,ſi ſumma non exceſſerit numerum mille. Abinde ſuprà,vſque ad duo millia;vnum quartum florenum pro centenario ſolidorum.

O 3 Teneatur

Teneatur tamen dictus Notarius,notam ſingularum venditionum per modum Capitulorum,ita clarè facere,vt non poſſit eſſe quęſtio inter Cameram,& emptorem;& notã aliorum contractuum cum Camera fiendorum,idoneè regiſtrare in libro deputato,infra triduum poſt diem rogitus. Aliàs,ſalarium ſuũ perdat, tam à Camera,quàm à Partibus, ſibi datum,& ordinatum.Et DD.Conſeruatores,teneantur infra dictos tres dies, compellere Partes ad ſoluendum dicto Notario.Solutione tamen facta,vel nõ;teneatur, præmiſſa facere dictus Notarius,ſub dicta pœna.

Item,quòd poſſit,& teneatur recipere pro aſſignatione pecudum,& aliorum animaliũ pro qualibet poſta;bol.duos.

Itẽ,ꝑ toto retractu dictarũ aſſignationũ;bol.iii.ſi excedat foliũ,habeat bol.iii.ꝑ folio.

Item,pro expeditione dictarum pecudum,pro qualibet poſta,bol.vi.

Item,poſſit,& debeat recipere pro apodiſſa ſolutionum, & pagamentorum Cameræ, ꝑ eius ſubſcriptione;ſex denarios pro flor.de ſalariis Officialium tantùm;exceptis apodiſſis DD.Senatorum,& Capitum regionum,& eorum conneſtabilium; pro quibus debeat recipere ad diſcretionem DD.Conſeruatorum.

Item,pro ſcriptura pactorum,& Capitulorum,fiendorum quando fit ſal nouum,cum ſalinariis;habeat,& recipere poſſit pro ſtipulatione, & abbreuiatura; flor. currentes decem.Et ſi publicauerit;ducatos auri decem, computatis decem flor. ſi ſoluti forent, pro ſubſcriptione,& abbreuiatura.

Item,poſſit,& licitum ſit eidem Notario,recipere pro ſubſcriptione cuiuslibet ſecuritatis,fiendæ per DD.Conſeruatores;ſol.duos.

Item,de pecunia ludorum Agonis,& Teſtaciæ, habeat à Camera, & recipere poſſit quolibet anno,flor.ſex currentes.

Item,de ſindicatu Senatoris,habeat tertiam partem ſalarii, pertinentis ad Notarium ſindicorum dicti Senatoris.

Item,poſſit recipere,pro quolibet cõpromiſſo de quacunque re, à qualibet Parte; bol. ſex.& pro quolibet arbitramento pacis,aut ſecuritatis perpetuæ,ſolidos viginti, à qualibet Parte,pro publicatione inſtrumenti.

Item,dictus Notarius,finito eius officio,teneatur libros,& ſcripturas inter Fiſcum, & priuatum,tempore ſui officii factas;& ſpecialiter librum aſſignationis pecudum; pœnes officium DD.Conſeruatorum,& eius acta,dimittere;ad pœnam vigintiquinque ducatorum,ſi quis contrafecerit,irremiſibiliter exigendorum.

*De mercedibus Scriptoris Conſeruatorum.* Cap. 320.

SCriptor DD.Conſeruatorũ,ſit perpetuus,prout hactenus fuit,& eſt Franciſcus de Muſcianis.Hic teneatur,& debeat regiſtrare,& annotare in libris groſſis DD. Conſeruatorum,omnes & ſingulas bullas Apoſtolicas,priuilegia,reſcripta,Statuta, ordinationes, reformationes,pertinentes ad Ciuitatem Romanam,& Cameram Vrbis;necnon omnia & ſingula banna fienda per Vrbem,& quæcunque ad Cameram pertinentia. Cui bannitores trombando,teneantur relationem facere dictorum bannimentorum, ad pœnam perditionis ſalarii dictorum bannitorum.

Item,teneat,& debeat regiſtrare oẽs,& ſingulas ſolutiones,& pagamẽta facta,& fiẽda ꝑ quoſcũq; gabellarios,aut debitores Camerę Vrbis,in libris dictorũ DD.Cõſeruatorũ.

Item,teneatur,& debeat regiſtrare,& annotare in dictis libris, omnes & ſingulas deſcriptiones DD.Senatorum,per tempora exiſtentium,& eorum monſtras,& requiſitiones fiendas per DD. Conſeruatores, pro tempore exiſtentes.pro quibus monſtris, & requiſitionibus,vice qualibet,vnum ducatum auri recipi poſſit:diuidendum per eum,cum Notario DD.Conſeruatorum,pro tempore exiſtente.

Item,teneatur regiſtrare,& annotare omnes & ſingulas maſſaritias,& fornimenta, in Palatio Capitolii,& in domibus DD.Conſeruatorum,in Portis,& Pontibus, & aliis locis publicis exiſtentia;necnon omnia alia publicum intereſſe concernentia, quæ videantur DD.Conſeruatoribus,pro tempore exiſtẽtibus,annotari debere, tam in locis ſacris, quàm



quàm in profanis.quam deſcriptionem facere teneatur in libris DD.Conſeruatorum.

Item,ſub pœna amiſſionis ſalarii ſui,teneatur curam ſuſcipere omnium & ſingulorum librorum,& ſcripturarum,ad dictum officium DD. Conſeruatorum pertinentium, & operam dare,vt originalia reclaudantur in capſa,prout inferius ordinabitur.

Item dictus Scriptor teneatur,ad omnem ſimplicem requiſitionem DD. Conſeruatorum,abſque alia ſolutione,contentus eſſe ſuo ſalario;& quòd debeat, iuſto impedimento ceſſante,in domibus DD.Conſeruatorom reſidentiam facere,in loco ſibi aſſignato, libris,& ſcripturis Cameræ conuenienti.Salarium verò à Camera ſoluendum,ſit quatuor ducatorum auri,pro menſe.quo ſalario ſit contentus,quò ad publicum. A priuatis verò perſonis,pro eius laboribus,diſcretè ſe habeat,arbitrio DD.Conſeruatorum.Et habeat id,quod ſolitus eſt habere,in tempore Carnispriuii.

*De mercede Prothonotarij.* Cap. 321.

PRothonotarius recipere debeat,pro regiſtratura,& ſubſcriptione cuiuslibet relaxationis carcerati inCancellaria,pro debito ciuili;bol.ſex;niſi ſumma debiti,eſſet infrà decem ducatos.

Item,pro relaxatione capti pro crimine,bol.ſex.

Item,pro relaxatione alicuius carcerati,pro pœna perſonali, & illorum, qui relaxantur in feſto Sanctæ Mariæ;florennm vnum,pro quolibet.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet compromiſſi,à qualibet Parte;bol.ſex.

Item;pro ſcriptura arbitramenti pacis,à qualibet Parte;ſolidos viginti.

Item,pro ſubſcriptura cuiuslibet ſecuritatis;bol.duos.

Item,pro ſubſcriptura ſecuritatis cuiuslibet barchæ;ſolidos decem.

Item,pro ſcriptura confirmationis Statutorum Artium,à quolibet Conſulatu; ſolidos decem. Quam facere non debeat, niſi præcedente ſubſcriptione Locumtenentis Senatoris;qui ſubſcribat vidiſſe Statuta,& eſſe iuridica,Statutis generalibus non contraria, & monopolium non continentia,nec iuribus Superiorum pręiudicantia.

Item,pro examinatione teſtium,& ſcriptura proceſſus,examinatorum, & facti coram eo,& pro copiis;vt accipitur à Partibus litigantibus coram Collateralibus.

Item,pro ſubſcriptione cuiuslibet reaffidationis,vſque ad centum libras;ſolidos quinque. Abinde,vſque ad trecentas;ſolidos decem.Abinde verò ſuprà;ſolidos quindecim.Si perſonalis,vel mutilationis membrorum;florenum vnum.

Item,pro qualibet comparatione,fienda coram eo,pro liberatione alicuius carcerati, & ſubſcriptione cuiuslibet fideiuſſionis,pręſtãdæ in Camera,pro carceratis;ſolidos duos.

Item,pro qualibet promiſſione,præſtanda apud Senatorem,vel eius Officiales, de ſe repręſentando coram eis;ſolidos quinque.

Item,pro reuocatione ſecuritatis,Intelligantur reuocatæ ſecuritates ex gratia conceſſæ,non autem ſecuritates,vel ſignificationes de iuſtitia;ſolidos duos.

*De mercedibus Notarij Cameræ.* Cap. 322.

NOtarius Cameræ Vrbis,recipere debeat,pro ſubſcriptione cuiuslibet ſecuritatis perpetuæ,præſtitæ in Camera Vrbis,à quolibet præſtante;groſſum vnum.

Item,pro aſſignatione cuiuslibet priuilegii exemptionis cuiuslibet Caſtri,ab impoſita ſalis,& focatici;ſolidos duos.

Item,pro ſubſcriptione cuiuslibet apodiſſæ,& ſolutionis,& fidei,quam facit Notarius de ſolutione impoſitæ ſalis,& focatici;ſolidos octo.

Item,pro ſcriptura depoſitionis pignorum,& ſubſcriptione ſignificationis ipſius depoſitionis;ſolidos quatuor.

Item,pro ſcriptura depoſitionis pignorum, reſtitutione,& eius cancellatione,vel ſi pignora tradantur appellato;ſolidos quatuor.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet reaffidationis,vſque ad centum libras; ſolidos quinque

Abinde,

Abinde verò ad tricentas libras,ſolidos decem.Abinde verò ſupra,ſolidos viginti. Si perſonalis,vel mutilationis membrorum;florenum vnum.

Item,pro præſentatione cuiuslibet appellationis,vel libelli repræſentandi in Camera, ſolidos duos.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet equi,& æquę,currentium ad brauium;bol.quatuor.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet calami;bol.quatuor.

Item,pro fide quam facit de ſolutis Camerę,vſque ad quinquaginta librarum bol.tres. Abinde verò, vſque ad centum; bol.quatuor. Abinde verò ſupra;carlenum vnum.

Item,pro taxatura libri,de repertis cum mala menſura,& aliis extraordinariis, & aliis quibuſcunque;ſolidos duos.

*De mercedibus Scriptoris Cameræ.* Cap. 323.

SCriptor Cameræ Vrbis,recipere debeat pro ſcriptura cuiuslibet ſecuritatis perpetuę, præſentandæ in Camera,& ſubſcriptione de ſecuritate præſtita;ſolidos decem.

Item,pro ſcriptura aſſignationis fiendæ de animalibus repertis damnum dare , & aliis animalibus inuentis;ſolidos tres.

Item,pro taxatura baſtardelli,de repertis cum mala menſura,& aliis extraordinariis, & aliis quibuſcunque;ſolidum vnum cum dimidio.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet copiæ,quam faceret ad inſtantiā alicuius priuati,de ſententiis,& aliis,ſi ſcriptura fuerit dimidii folii;ſoli.tres.Abinde ſupra,vt tangit pro rata.

Item,pro ſcriptura cuiuslibet fideiuſſionis præſtandæ in Camera,inquiſitionis,vel accuſationis;groſſum vnum.

Gabellarius non poſſit facere aliquas compoſitiones,ſine conſenſu expreſſo DD.Conſeruatorum,ſeu Reuerendiſſimi D.Camerarii,aut eius Locumtenentis.

Item,facta accuſa,debeat,citata parte,intimare DD.Conſeruatoribus.& ſi qua accuſatio facta fuerit iniuſte;puniatur accuſans, in pœnā decē duc.Cameræ applicandorum.

Itē,ꝙ Notarius nō recipiat niſi vnū bol.pro caſſatura cuiuslibet accuſæ , & non vltra.

Item,de actis fiendis ad defenſam,ſibi ſolui faciat prout coram Collaterali,& non vltra;ad pœnam reſtitutionis dupli,eius,quod receperit.

*De mercedibus Notariorum maleficiorum.* Cap. 324.

NOtarii maleficiorum,hunc ordinem ſeruent,& ſalarium deputamus.

Pro copia inquiſitionis,recipere debeant bol.tres,in communibus; Aliàs,ſi grauior; bol.quatuor recipiant,& non vltra.

Item,pro examinatione teſtium ad defenſam; bol.tres.

Pro viatico quolibet,etiā ſi plures vno acceſſu examinauerint;bol.tres accipiant,& nō vltra.Et teneantur requiſiti Notarii,& Iudex,ire,ad pœnam amiſſionis eorundem ſalarii.

Pro copia autem omnium aliorum actorum,pro ſingulo folio copiarum;bol.tres.

Item , pro ſcriptura, & rogitu ſententiæ; carl.vnum , ſi eſt citrà ſanguinis effuſionem. aliàs,car.duos.

Item,pro reſponſione fienda,recipiat bol. tres . Et ſi quod præmiſſorum peteretur in publicam formam;recipiat ſalarium duplicatum.

Item, pro notatura, & caſſatura proceſſus;carl.vnum. Et eadem ratio ſeruatur in cauſis accuſationum.

Item,pro bullettis ſolutionis fiendæ in Camera;nihil recipiat,neque Notarius,neque Iudex maleficiorum; ad pœnam decem librarum , vice qualibet Cameræ applicanda , in quam incurrat ipſo facto. Nec idem Iudex pro aliqua diffinitiua ſententia , ſeu interlocutoria , aliquid petere , nec recipere poſſit, ad pœnam prædictam , vt ſupra applicandam .

Item,Iudex,& Notarii maleficiorum, non debeant facere venire aliquas mulieres ad teſtimonium perhibendum , vel ad iurandum ; ſed ipſi teneantur ire ad domos earum, prout tenentur ire ad perſonas egregias;ſub pœna x,duc.pro viatico recipiant bol. tres.

*De mercedibus*



*De mercedibus Mareſcallorum.* Cap. 325.

MAreſcallus non poſſit petere pro quacunque executione,ciuili vel criminali, quæ eſſet à quinque ducatis infra,niſi carl.vnum cum dimidio.Abinde vſque ad x.carl.tres. Abinde vſque ad l.carl.quinque.Abinde vſque ad centum;carl.ſeptem. Abinde ſuprà , in quacunque ſumma;ducatum vnum.

In criminalibus verò, ſi pœna nō ſit corporis afflictiua; idem. Aliàs, poſſit habere flor. vnum,& non vltra.

Item,pro communi foſſura eorum;recipiant bol.quatuor.

Item,pro capturis non perſonalibus,ciuilibus,aut criminalibus ; recipiant ſecundum formam Statutorum,& non vltra.

In bonorum deſcriptione, vltra medium florenum non habeant ; ſi non interuenerit membri mutilatio,aut mortale vulnus.aliàs,recipiant flor.tres in Vrbe currentes.

Item,ꝙ ad petitionem creditorum requiſiti, teneantur facere executionem. aliàs , teneantur ad ſoluendum creditori totum quod debitor deberet . & teneatur Senator , ad requiſitionem creditoris, habita fide de requiſitione facta Mareſcallo, & ꝙ non fecerit executionem;compellere Mareſcallum ad ſolutionem dicti debiti,ſtatim.

*De regula, & norma, ſeruanda per Cuſtodes Pontium, & Portarum Vrbis.* Cap. 326.

TAbulam ordinatam,nuper de mandato Reuerendiſs. D. Camerarii prẹfati editam prẹcipimus inuiolabiliter obſeruari,& ꝙ in qualibet Porta, & quolibet Ponte , ponatur in pergameno , cum ſigillo DD.Conſeruatorum;vt quilibet tranſiens, poſſit videre ſi plus recipitur.& quòd deinde non remoueatur , ſub pœna decem ducatorum auri ; pro medietate,Cameræ;& alia medietate,accuſanti;cuius tenor talis eſt,

Per entrata,& ſimile per vſcita,per ciaſche ſoma de ſeta laborata,o nò,& de imbroccato d'oro, de libre quattrocento la ſoma,carlino vno.

Per entrata,& ſimile per vſcita,per ciaſche ſoma de panni Fiorentini,& de ogni altra raſcione.bol.

Per entrata,& vſcita,per ciaſche ſoma de ſola, de lino,de attiato,de pambace,de guarnella,canapacci,lana,canapa de foreſtieri;bol.vno.

Per entrata,per ciaſche ſoma de oglio,de fichi,de peſce,tonnina,& de coſe ſimili,bol. vno per ſoma.

Per entrata,per ciaſche ſoma de legname laborato,ferro,carbone,vena , & altre coſe ſimili,denari quattro per ſoma.

Per pane,& vnto per paſtori,non paghino cobelle.

Per entrata per ciaſche ſoma de lana,de cittadini,& de foreſtieri,denari quattro.

Per entrata,per ciaſche ſoma de caſo,denari quattro.

Per entrata,per ciaſche ſoma de capretti,& pe porchette che ſiano da quattro in ſu, de foreſtieri ſimile.polli,& oue,per ciaſche ſoma,denari quattro.

Per entrata,per ciaſche carco,o carico de legname laborato,bol.doi;& ſe non è laborato,ſecondo la conſuetudine,& coſi de fieno.

Per entrata,per ciaſche ſoma de vino foreſtieri,ſoli.vno.

Per entrata,per ciaſche ſoma de vino Romano,o acquato de vino Romano,cioè noſto;tutto lo die, per ciaſche beſtia,denari doi.

Per vſcita,o entrata , per ciaſche morra de pecora de Cittadini, per vna volta per tutto l'anno,bol.vno.

Per entrata per ciaſche ſoma de legna,vno pezzo,& per ciaſche ſoma de fieno , vno mannello,all'uſato.

Per ciaſche ſoma de guado,pelli concie,candelotte,& ſimili coſe,uno bol.per entrata.

Item,ſi quis præmiſſorum Notariorum,Officialium,& Cuſtodum, plus receperit ; puniatur in pœna quadrupli,eius quod receperit,danda Parti,& 1.duc.Cameræ applicādi.

Quia in aliquibus,cōcernētibus ordinē, & taxā Officialiū,de ꝗbus ſupra facta eſt mētio;forte

tio;forte ꝓut cõuenit nõ eſt ꝓuiſum, Statuimus, ꝙ in occurrẽtibus caſibus, de qbus ſupra nõ eſt facta mẽtio; fiat terminatio de ſimilibus ad ſimilia. Et hoc, iudicio DD. Conſeruatorum, pro tẽpore exiſtentiũ. Et ſimiliter, ſi alius pro alio exerceret officia, vt idem ſeruetur.

¶ *Tabula, facta pro ſolutionibus fiendis cuſtodi carceris Capitolij.* Cap. 327.

Supra c. 217. CVſtodi Cancellariæ Palatij Capitolij, nouum Capitulum conſtitutionũ nouiter editarum intimamus, cuius tenor talis eſt,

¶ Pro pauperum ſubleuatione, ſtatuimus, ꝙ pro ingreſſu, exitu, & manſione Cancellariæ, nihil pœnitus recipiatur per cuſtodes, niſi duo ſolidi tantùm pro ingreſſu, duo pro exitu, & ſex den pro qualibet nocte. Et, ꝙ Cancellaria decætero non vendatur, ſed cuſtodiri debeat per vnum idoneum virum, per Conſeruatores, ſecundum formam Statutorum, deputandum, per quem dari debeat idonea cautio, de fideli cuſtodia. Prothonotarius autem, non poſſit petere niſi tantum quantum Statuto cauetur.

¶ *De libro fiendo, ubi ſint ſcripti Officiales.* Cap. 328.

ITem, ſtatuimus, librum vnum, in Archiuio publico, ſub fide & legali cuſtodia conſeruandum, deputari debere; in quo, in principio ſcribi debeant omnes Officiales Vrbis, tam Ciues, q̃ forenſes, & hi, qui ad Terras Vrbi ſuppoſitas, ex Ciuibus deputati ſunt, & ſic ſucceſſiuè, qui per tempora erunt; vt poſſit haberi noticia, quis veniat, propter frequentiam Officiorum, repellendus. Sed & in eiuſdem libri altera parte, deſcribi debeãt cauſæ, quibus veniant aliqui ab Officiis repellendi, quarum aliquas in dicto libro demum annotandas aſſumpſimus, & prout tempori, moribus, & locis videbitur, augendas.

¶ *Quòd forenſis non admittatur ad Officium in Vrbe.* Cap. 329.

PRimò, nullus Officialis forenſis, admitti debeat, nec poſſit ad Officiũ in Vrbe, niſi fuerit diſtans ab Vrbe, per quinquaginta milliaria, & vltra, prout in nouis editis reformationibus continetur.

¶ *De eodem.* Cap. 330.

SEcundò, nullus poſſit eſſe Officialis in Vrbe, in officio quo ſemel fuerit, niſi mediauerint duo anni.

*Quòd primus Conſeruatorum, excedat trigeſimum quintum ætatis annum.* Cap. 331.

TErtiò, nullus poſſit eſſe primus Conſeruator, niſi exceſſerit ętatem trigintaquinque annorum. Alii uerò, & Capita Regionum; niſi exceſſerint ætatem annorum triginta. Mareſcallus Romanus, nullus fieri poſſit, niſi exceſſerit ætatem annorum triginta. Forenſis verò, niſi exceſſerit vigintiquinque annos. Comitatus Tiburis, Poteſtas Velletri, Malleani, & aliarum Terrarum, in quibus Romani Ciues deputari ſoliti ſunt; non conceduntur, niſi his, qui exceſſerint ætatem triginta annorum.

¶ *Quòd damnatus de crimine capitali, non habeat officium.* Cap. 332.

QVartò, nullus homicida, aut damnatus ex aliquo publico crimine, tam ciuis, quàm forenſis, poſſit in Vrbe aliquod officium obtinere, & idem ſi fuerit ex prædicto crimine quomodolibet diffidatus.

¶ *Quòd qui ceſſit bonis, non poſſit habere officium.* Cap. 333.

QVintò, qui ceſſit bonis, aut terminũ quinquẽnalẽ habuit, aut patrimoniũ nõ habẽs ex quo viuere poſſit, & aliquã artẽ nõ exercẽs; nõ poſſit ĩ Vrbe officiũ aliqđ obtinere

¶ *Quòd inimicati non ſint officiales.* Cap. 334.

SExtò, inimicatus, niſi obtulerit ſe paratum ad pacem, & cautelam omnino dederit inimicitiæ; in Vrbe officium habere non poſſit.

Quòd



¶ *Quòd obligatus quocunq; modo Cameræ, non ſint Officialis.* Cap. 335.

SEptimò, quicunq;, quocunque modo, Cameræ Vrbis obligatur, aut ratione delicti, aut contractus, gabellarum, aut aliarum quarũcũq; promiſſionum; non admittatur ad officium, niſi ſatisfecerit.

¶ *De libris, ſcripturis, & priuilegijs Vrbis, conſeruandis.* Cap. 336.

VLtimò, quia neceſſarium eſt, conſeruationi editarum conſtitutionum, & publicorum librorum, diligenti cura intendere, cum plurima facta ſint, quæ ꝑdita in deſuetudinem abierunt; præcipimus, & mandamus, capſam vnam fieri debere, duabus clauibus clauſam; quarum alteram teneat Secretarius, aliam Scriptor DD. Conſeruatorum; in qua originalia Statuta Vrbis, vnà cum omnibus hactenus factis, & præſentibus reformationibus, originales bullę, & mandata originalia, deſcriptiones ſacrarũ reliquiarũ Vrbis, & aliarũ rerũ ſacrarũ, & publicarũ, oẽsq; aliæ publicæ ſcripturę originales, Remp. concernentes, recondi debeant, & conſeruari. Cuius capſæ locus, & archiuii, pro libris maleficiorum, & aliorũ actorũ publicorũ, pro maiori eorum ſecuritate, ſit in Sacriſtia Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam.

¶ *Quòd Statuta & conſtitutiones prædicta legantur pub lice, et quando.* Cap. 337.

ITem, quòd omnes Conſeruatores, teneantur præſentes conſtitutiones, ſemel durante eorum officio, ſaltem per duos annos, in die qua reddetur ius; alias, ſi in dicto tempore ius non reddetur, in die qua forum publicum teneretur, in Capitolio legi facere publicè, vt nullus poſſit de his ignorantiam prætendere. Et ſi Conſeruatores non fecerint; incidant vice qualibet, in pœnam x. lib. pro quolibet Conſeruatore. quæ pœna, in eorum ſindicatu, ab eis irremiſſibiliter exigatur.

¶ Item, quòd de his reformationibus fiant diſtinctæ Tabulæ ad Officia, quantũ ad illud Officium tangit, prout de taxa Portarum, ſuperiùs eſt ſtatutum.

¶ Item, quòd ſi in his Statutis, maximè in taxis Notariorum, reperiretur aliqua diuerſitas vel contrarietas, ſtetur illis, quæ poſteriori tempore ſunt ſtatuta.

¶ *R. Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Sancti Georgij, S.D.N. Papæ Camerarius.* Cap. 338.

OLim tempore fœl. rec. D. Sixti Papæ. iiii. commoditati, & vtilitati, tam Ciuiũ Romanorum, & Mercatorum, quàm etiam Curialium, & Ro. Cu. ſequentium, circa fraudes, deceptiones, & malignitates macellariorum & lanionum almæ Vrbis, prouidentes, cõicato ſuper his in Camera Apoſtolica conſilio, & de mandato eiuſdem D. Sixti Papæ iiii. ſuper hoc, viuæ vocis oraculo nobis facto, ac auctoritate noſtri Camerariatus officii, per quandam generalem conſtitutionem declarauimus atq; decreuimus, Quòd quandocunq; contnigeret, per dictos Macellarios, aut eorum nomine, pro quibuſcunq; eorum debitis, dilationes quaſlibet, & tã quinquennales, quàm moratorias, & quaſuis alias, ad certum tempus obtineri, etiam ſi de dicta conſtitutione, expreſſa in illis mentio fieret, nullius eſſent roboris vel momenti, (Infr. lib. 4. c. 19. & lib. 5. c. 30.) & nullatenus conſtitutioni, & decreto noſtris hmõi, derogatũ cenſeretur, Sed perinde contra ipſos debitores, executio, ad creditorum & Mercatorum ſiue Ciuium inſtantiam (conſtito prius de uero credito) fieret, ac ſi dilationes ipſas nõ obtinuiſſent. Mandauimus quoq; pro tempore Gubernatori eiuſdem Vrbis, Vicecamerario noſtro, Curiæq; cauſarum dictæ Cameræ generali Auditori, Mareſcallo eiuſdem Curiæ, ac Soldano, & Senatori, Conſeruatoribuſq;, Capitlbus Regionũ Iudicibus, Mareſcallis, Executoribus, & aliis quibuslibet Officialibus Vrbis, & Curiæ prædictę, ac illis, ad quos ſpectat, vt conſtitutionem, & decretum hmõi, efficaciter obſeruarẽ, dictos macellarios debitores, ad moratoriam, dilationem quinquẽnalem, ſiue quamuis bonorum ceſſionem, ꝑ eos vel aliquem eorum, obtentam vel obtinendam,

obtinendam,deinceps nullatenus admitterent,nec propterea,contra ipſos facien-
dam executionem,retardarent; imò ad omnem requiſitionem creditorum eorun-
dem,poſtquam de vero credito conſtitiſſet,debitores ipſos, & quemlibet eorum
conſtringerent,& oportunè ad voluntatem creditorum eorundem,realiter,& per
ſonaliter,ad integram ſatisfactionem debiti cogerẽt,& illos nullatenus relaxarẽt,
niſi prius creditoribus ipſis,foret integrè,& efficaciter ſatisfactum; dilationibus hu
iuſmodi,legibus,Statutis,& conſuetudinibus Vrbis,cæteriſq; contrariis non ob-
ſtañ.quibuſcunq;, prout in deſuper tunc confectis literis,latiùs continetur.Et quo
niam ex quærela graui,tam Conſeruatorum,& Officialium, quàm Ciuium eiuſdẽ
Vrbis,ac etiam Mercatorum Ro.Cu.ſequentium,intelleximus,quòd ſimilis,immo
maior prouiſio neceſſarió fieri debet,ad obuiandũ fraudibus,dolis, & ſubterfugiis
piſtorum ſiue furnariorum,in eadem Vrbe artem piſtorum,& furnariorum exercẽ
tium,qm̃ ipſi oẽs,frumenta victui neceſſaria,vt plurimũ in credẽtiá,ad groſſũ eme
re,& populo ac Curialibus,ad minutum vendere conſueuerunt, & ſuos creditores
ſępiſſime,ſub prętextu & clipeo moratoriarũ,ſalinariarũ,ſeu quinquẽnaliũ,vel alia
rũ dilationũ,ceſſionis bonorũ,aut ſalui conductorũ,ſeu inhibitionum,propterea à
delegatis vel ordinariis Iudicibus emanatarum,creditoribus ipſis ſatiſfacere ceſſa
runt,& ceſſant; immò in ipſorum creditorum oculis,& contemptum,in eadem Vr
be publicé verſantur; & propterea Mercatores & Ciues ipſi,frumenta hmõi in cre
dentiam aliquibus vendere,& credere abſtinent,& recuſant; & propterea cariori
precio venduntur.Volentes igitur talibus victualium incõmoditatibus, & artificũ
fraudibus obuiare,idcirco,habito ſuper his cum S.D.N. Papa, & in Camera præ-
fata maturo conſilio,de eiuſdem S. D. N. Papæ mandato,ſuper hoc,viuę vocis ora
culo nobis facto,ac auctoritate noſtri Camerariatus officii,ex deliberatione quoq;
in eadem Camera ſuper hoc ſpecialiter facta,ad requiſitionem,& inſtañ. DD.Con
ſeruatorum,& Officialium Cameræ Vrbis præfatæ,& Ciuium ac Curialium prædi
ctorum,præſenti generali conſtitutione,perpetuó valitura,decernimus,declaram⁹
ac ſtatuimus,& ordinamus,quod ſtatutum,decretum, & ordinatio prædicta, per
nos contra dictos macellarios vt præmittitur e dita(quæ præſentibus innouamus)
etiam quó ad piſtores,furnarios,piſtoriæ ſiue furni artes in Vrbe pro tempore exer
centes,ſiue exercere ſolitos,eorumque fideiuſſores extendat, ac penitus,& omni-
no obſeruẽtur,& effectuali executioni,realiter,& perſonaliter,contra eos mandẽ-
tur;perinde ac ſi dicta in priori conſtitutione,contra piſtores, furnarios, eorumq;
fideiuſſores hmõi,ſpecificè,& nominatim emanaſſent,& contra illos in ſpecie de-
creta fuiſſent,Quódq; nullæ dilationes,etiam ſalinariæ,vel quinquẽnales,aut ſalui
conductus,vel ſignificationes, ſeu inhibitiones hmõi, in ipſorum fauorem, etiam
præcedente commiſſione,etiam Motu proprio,auctoritate Apoſtolica, illis conceſ
ſa,vel concedenda,nullatenus ſuffragentur,Et præſens conſtitutio,quó ad præſen-
tia,præterita,& futura negocia & debita, executioni mandetur; impetrationibus
ſiue,etiam Motu proprio,faciendis conceſſionibus moratoriarum,& ad quodcunq;
tempus, etiam quinquennalium,ſiue ſalinariarum dilationum,ceſſionis bonorum
vel ſalui conductorum,& inhibitionibus inde ſequendis hmõi,cæteriſq; contrariis
non obſtañ. quibuſcunq;. In quorum fidem &c. Dat.Romæ in Camera Apoſto
lica,anno à Natiuitate Domini,Milleſimo, quingenteſimo, duodecimo, die verò
octaua menſis Octobris,Pont. S. in Chriſto patris,& D.N.D. Iulii,diuina prouidẽ
tia Papæ ſecundi, anno nono.

Viſa in Camera Apoſtolica, Io. de Viterbio.

Do.de Iuuenibus.



# TABVLA TERTII LIBRI STATVTORVM,

*de uarijs, & extraordinarijs rebus Almæ Vrbis Romæ.*


DE STVDIIS generalibus Vrbis Romæ Cap. 1.
Quòd Conſiliarij non dicant niſi ſuper eo,quod proponitur in generali Conſilio Cap. 2.
De officio Magiſtrorum, et ſubmagiſtrorum viarum Cap. 3.
Quòd Senator non poſsit facere graſcerios, et alios Officiales. Cap. 4.
Quòd Conſeruatores dent ſuprà proximè dicta officia Cap. 5.
Quòd Officiales deponant officia eodem tempore, quo Conſeruatores deſinunt eſſe Cap. 6.
De deliberatione facta per Conſeruatores Cap. 7.
De Maſſario deputando per DD. Conſeruatores, ad cuſtodiam rerum Capitolij Cap. 8.
Quòd Conſeruatores loco Officialium impeditorũ, alios de eadem Regione ſufficiant Cap. 9.
De Officialibus ad vitam,habentibus brigã Cap. 10.
De officijs non exercendis per ſubſtitutos Cap. 11.
De eodem Cap. 12.
De eodem Cap. 13.
Quòd omnes Poteſtariæ,et dominia concedantur ciuibus Romanis,ſine aliqua ſolutione Cap. 14.
Quòd Poteſtates, et alij Officiales deputandi ad regimen alicuius Terræ, debeant ſatiſdare de ſtando ad ſindicatum,antequam uadant Cap. 15.
De non acceptantibus officia Cap. 16.
De baſtardis nõ eligẽdis ad aliquod officiũ Gap. 17.
De officio Mareſcallorum Cap. 18.
De eodem Cap. 19.
De eodem Cap. 20.
De eodem Cap. 21.
De eodem Cap. 22.
De eodem Cap. 23.
De antiquis ædificis non diruendis Cap. 24.
De aqua Circuli,et aliis aquis Cap. 25.
De aqua Maranæ Cap. 26.
De aqua Triuii,et de giottellis Cap. 27.
De eodem Cap. 28.
De eodem Cap. 29.
De eodem Cap. 30.
De eodem Cap. 31.
De eodem Cap. 32.
De eodem Cap. 33.
Quòd Conſeruatores ſemel in menſe, inquirant fontẽ Triuii,ne aliquis in eo teneat giottellũ Cap. 34.
De arte Bobatteriorum Cap. 35.
Quæ Artes habeant Conſules Cap. 36.
De Collegio Notariorum Cap. 37.
De Artibus, quæ aſsignare debent Statuta Senatori Cap. 38.
Qnòd nullus excedat annũ in officiis Artiũ Cap. 39.
Quòd Conſules Artium,reddant ius à turre Mercati, verſus Capitolium Cap. 40.
De Baronibus non intrantibus Capitolium Cap. 41.
De dubitantibus ad ſuas poſſeſsiones accedere Cap. 42.
De equis mortuis i ſeruitiũ Romani Populi Cap 43.
De tranſgreſſoribus banni Senatoris Cap. 44.
De naufragio Cap. 45.
Quòd fabri non faciant ſpontonem Cap. 46.
De viis non obturandis Cap. 47.
De eodem Cap. 48.
De eodem cap. 49
Quòd Communitates Terrarum, cuſtodiant ſtradas cap. 50.
De graſcia non extrahenda, & animalibus paſcendis cap. 51.
De eodem cap. 52.
De eodem cap. 53.
De eodem cap. 54.
De eodem cap. 55.
De eodem cap. 56.
De eodem cap. 57.
De eodem cap. 58.
De eodem cap. 59.
De eodem, contra ementes in Portis, & Pontibus cap. 60.
Quòd Portanarii videant apodiſſas ad Pontes,& extra Portas cap. 61.
Quòd omnes Romani, ſint liberi in poſſeſsionibus, quas habent in Caſtris, & in eis cogi non poſſint cap. 62.
De eodem cap. 63.
De eodem cap. 64.
De pedagio non exigendo cap. 65.
De eodem cap. 66.
De eodem cap. 67.
De eodem cap. 68.
De eodem cap. 69.
De eodem cap. 70.
De barattaria non facienda, nec vendenda in Vrbe cap. 71.
De ludentibus ad taxillos cap. 72.
De frangentibus cancellum cap. 73.
Quòd vineæ cuſtodiantur, & de colligentibus vuas cap. 74.
De tranſeuntibus per vineas alienas, ſine licentia domini cap. 75.
De occidentibus beſtias alienas cap. 76.
De eodem cap. 77.
Quòd liceat occidere porcum damnum dantem cap 78.
Quòd ementes iura Cameræ,non poſsint portare arma cap. 79.
Quòd Mareſcalli non valeant largiri licentiam tenendi tabernas apertas. cap. 80.
De petentibus debitum iam ſolutum cap. 81.
De licentia piſcandi cap. 82.
De eodem cap. 83.
De piſcibus,& ſeluaginis,vendendis in qualibet parte Vrbis cap. 84.
De cottigio piſcium cap. 85.
De electis ad ludendum in Teſtacia, & Agone, non ludentibus cap. 86.
De corrigentibus, & verberantibus familiam ſuam cap. 87.
De inimicatis, non admittendis ad aliquod officium cap. 88.
De diffidatis de contemptu mandati cap. 89.
De pelipariis cap. 90.
De eodem cap. 91.
De eodem cap. 92.
De eodem cap. 93.
De eodem cap. 94.
De Macellariis cap. 95.
De eodem cap. 96.

De eodem cap. 97.
De eodem cap. 98.
De eodem cap. 99.
De eodem cap.100
De menſuris,& tabernis cap. 101
De eodem cap.102
Quòd Tiburtini teneant menſurã Romanã cap.103
Quòd Romani,& foreſes vtãt vnarublitella cap.104
De menſura calcariorum cap 105
Quòd oẽs menſuræ ſigillẽtur ſigillo Senatus.cap.106
De Mareſcallis inquirere debẽtibus p Vrbẽ cap.107
De ponderibus campſorum adiuſtandis cap.108
De ſignantibus pondera cap.109
De aurificibus cap.110
De eodem cap.111
De campſoribus,& mercatoribus cap.112
De eodem cap.113
De eodem cap,114
De eodem cap.115
De paterentibus vinearum cap.116
De Caſtellanis Roccharum, & Caſtrorum Romani Populi cap.117
De recipientibus accomanditam,contra aliquem Romanum cap.118
De interficientibus lupos cap.119
Quòd Mareſcalli non capiant aliquem,poſt tertium ſonum campanæ cap.120
De impedientibus argaſtarolos cap.121
Quòd habitatoribus Vrbis, non liceat iurare vaſſallagium cap.122
De proiicie̅tibus cũ arcu,ad feneſtras vitreas.cap.123
De Iudæis exercentibus vſuras cap.124
De ronzinariis,& aſinariis cap.125
De deuaſtantibus armaturas,& picturas cap 126
De mercatoribus, & ferrariis,non debentibus tenere apothecas apertas cap.127
De mercatoribus pannorum veterum cap 128
De ioculatoribus,& uillariis cap 129
De piſcatoribus cap.130
De molẽdinariis,& quibus diebus macinẽt. cap.131
De ſutoribus cap.132
De banditoribus cap.133
De ſandalariis cap.134
De curribus,& carrettis cap.135
De uendentibus incenſum falſum cap.136
De ſpetiariis cap.137
De barbitonſoribus cap.138
De trahentibus ſal de campis Salinæ cap.139
De retinentibus porcum ad manum cap.140
De venatoribus,& aucellatoribus cap.141
De Notariis maleficiorum, non debentibus cogere aliquem ad recolligendum abſolutionem.cap.142
De uendentibus muſtum Iudæis cap.143
De lapidantibus de turribus, & domibus Tiburtinis cap.144
De tenentibus canale,& ſtillicidium cap.145
De facientibus ligna in ſilua aliena cap 146
De molendinariis cap.147
De coriis, & beſtiis non emendis à paſtoribus, ſine domino cap.148
De paſtoribus vendentibus corium cap.149
De vaccinariis cap.150
De habentibus famulos,ſibi ſeruire nolentes.cap.151
De coriis piloſis,extrahendis de Vrbe cap.152
De immunditia non proiicienda ad portam Septimianam,nec in Agone. cap.153
De communitatibus debentibus aptare ſtratas, & vias cap.154
De remũdãdo carbonariã portæ Septimianæ. ca.155
De piicie̅tibus immunditias in viis publicis.cap.156
De immunditia non proiicienda in Agone cap.157
De ædificantibus in viis cõibus,& Põtibus cap.158
De Iudæis debẽtib. portare tabarros rubeos cap.159
Quòd Mareſcalli non cogant Iudæos, ad ſoluendũ ſibi aliquid cap.160
De Iudæis,non cogendis per Conſules,ad ſoluendũ duplerium beatæ Virginis cap.161
De Iudæis,non ſepeliendis,niſi in cãpis eorũ ca.162
De Baronibus iurare debentibus ſequimenta Romani Populi cap.163
Quòd diffidati à tempore primæ miſericordiæ, habeantur pro reaffidatis à Camera cap.164
De facientibus ſal per ſeipſos, ſine licentia Cameræ cap.165
De damnis datis cap.166
De eodem cap.167
Quòd Senator cogat Barones damnum dantes,ad faciendam emendam,& liceat damno paſſo,damnũ dantem percutere cap.168
De molendinariis,& hortulanis dãnũ dãtib. cap.169
De Ciuibus Romanis portantibus pannos ad Vrbem cap.170
De mercantia extrahenda, & pecunia ſoluenda Cameræ cap.171
De iuramento Conſiliariorum cap.172
Di iuramento Camerarii Vrbis cap.173
De officio Aduocati, & Procuratoris Cameræ Vrbis. cap.174
De iuramento Notarii Cameræ cap.175
De libris,& bacchalariis Notarii Cameræ,finito officio reſignandis. cap.176
De eodem cap.177
Quòd Officiales ſint cõtenti ſalariis cap.178
Quòd Clerici non admittantur ad officia ſecularia. cap 179
De Camerario Vrbis, Dohaneriis, & eorum officiis cap.180
De ſalario Notarii Cameræ Vrbis, & de expenſis Officialium dictæ Cameræ. cap.181
Quòd Officiales Cameræ Vrbis,faciant reſidentiam die noctuque,in eadem cap.182
Quòd Notarius, & Scriptores,ſint contenti eorum ſalariis,& aliud perueniat ad Cameram cap.183
Si Dohanerius reperiretur defraudator cap.184
Quantum recipiat Camerarius pro apodiſſa ſalis, & focatici,& pro impoſita ſalis,& aliis cap.185
Quantum recipiat Notarius Cameræ, pro ſubſcriptione reaffidationis cap.186
De eodem cap.187
De eodem cap.188
Quantum recipiat Notarius Cameræ, pro ſecuritate ſalinariorum cap.189
Quantum recipiat pro ſecuritate Barchæ, & Galeæ cap.190
Quantum recipiat, pro apodiſſa expeditionis ſalis cap.191
Quantum recipiat pro relaxatione cap.192
Quantum recipiat, pro apodiſſa pecudum Montaneã aſcendentium cap.193
Quantum recipiat, pro ſecuritate Ciuitatis, Caſtri, vel Burgi cap.194
Quantum recipiant Scriptores Cameræ, pro copia condemnationis. cap.195
Quantũ recipiãt,pro ſcriptura fideiuſsionis cap.196
Quantum recipiat Notarius executorum,pro aſsignatione inſtrumenti. cap.197
Quantum recipiat,pro ſcriptura bonorum diffidatorum,& condemnatorum cap.198
Quantum recipiat pro interlocutoria ferẽda.cap.199
Quantũ recipiat,pro cancellatura ſententiæ cap.200
Quòd Notarius,& Officiales Cameræ, omnia ponãt in Camera cap.201
Quantum recipiat Notarius maleficiorum, pro abſolutione accuſati de crimine capitali cap.202



Quantum recipiat Notarius maleficiorum,pro abſolutione accuſati de crimine capitali. cap.202
Quòd Notarii maleficiorum,pecuniam per eos receptam,aſſignent Camerario Cameræ Vrbis.cap.203
Quantum recipiat Notarius maleficiorum,pro abſolutione inquiſiti, vel accuſati cap.204
Quantum recipiat Notarius maleficiorum, ab accuſato de facie deturpata,reperto culpabili. cap.205
Quantum recipiat ab abſoluto de percuſsione cum ſanguine cap.206
Quantum recipiant Notarii maleficiorum, pro viatico cap.207
Quantum recipiant, pro aſsignatione Capitulorum, inſtrumentorum,& teſtium examinatione.cap.208
De pecunia quam ſunt conſueti ſoluere Iudæi, pro ludis Agonis,& Teſtaciæ, quæ perueniat ad Conſules Bobatteriorum,& Mercatorum Vrbis, & de pecunia Cancellariorũ Vrbis,& Senatus. cap.209
Quòd Camerarii ludorum Agonis,& Teſtaciæ,teneãtur reddere rationem Conſeruatoribus cap.210
De ſalario Camerarii ludorum Agonis, & Teſtaciæ cap.211
De pecunia ſoluẽda luſoribus in dictis ludis.cap.212
De his,quæ in dictis ludis debentur cap.213
De pecunia dicti ludi, ſoluenda tubatoribus, & alijs Officialibus cap.214
De pecunia dicti ludi,ſoluẽda ſindicis Vrbis. ca.215
De pecunia dicti ludi,ſoluenda Conſeruatoribus Cameræ. cap.216
De pecunia dicti ludi,ſoluẽda Scribis Senatus.ca.217
De reſiduo pecuniæ dicti ludi, Cameræ applicando cap.218
De campo Teſtaciæ,de cætero nõ ſeminãdo cap.219
De pecunia Cancellariorum Vrbis,recipiẽda de cenſu Tiburis cap.220
Quòd Iudæi non ſint exempti à collecta fienda per Romanum populum cap.221
Quantum recipiat Notarius Cameræ, pro relaxatione cap.222
Quòd nulla reaffidatio fieri poſſit,quo ad Cameram abſque ſigillo Conſeruatorum cap 223
De tabernis inuẽtis apertis poſt tertium ſonum cãpanæ cap.224
Quòd officia ſupra ſalinarum,& pannorum veterum uenientiũ ad Vrbẽ,Cameræ deuoluantur.cap.225
De oblationibus non dandis Officialibus,& de dandis Sanctæ Mariæ ad Aræ cœli cap.226
De Cãcellaria,&eius cuſtodia,& Cuſtodibus.ca.227
De eodem cap.228
De Officialibus ſalariatis,miſſuris ſex denarios in capſa Cameræ Vrbis,de eorum ſalario,quando receperint cap.229
De non debentibus piſcari,vel ire per riuos.cap.230
Quòd nullus proiiciat immũdicias in curſibus aquarum cap.231
De ſalario Notarii Conſeruatorum cap.232
De fideiuſsionibus factis Magnatibus, per Caualla roctos cap.233
De exceptionibus non opponendis contra aliquos Notarios infraſcriptos. cap.234
De pecunia recipienda per Scriptores maleficiorum, pro copiis cap.235
Quòd Notarii maleficiorum,dent copiam accuſationum,& inquiſitionum,petentibus cap.236
De ſententiis dandis in Camera, per Notarios maleficiorum cap.237
Quòd forenſes citentur ad domum Procuratoris eorum,quando pararent ſe aduerſarios pro rebus cõfiſcandis Cameræ cap.238
Quòd quando aſſignatur memoriale contra Cameram,citentur Aduocatus,& Procurator eius, aliàs aſſignatio ipſa ſit nulla cap.239
Quòd Cuſtodes Cancellariæ,non relaxent aliquem ſine apodiſſa relaxationis,manu Notarii maioris Cameræ,vel Prothonotarii,ſubſcripta cap.240
Quòd nullus portet arma per Vrbem,poſt tertium ſonum campanæ cap.241
Quòd non mittatur cathena captiuis cap.242
Quòd bannitores faciant bannimenta, & relationes cap.243
Quòd nullus poſsit cogere aliquem,qui non ſit de arte ſua,litigare coram Conſulibus cap.244
De pecunia ſoluenda Scribis Senatus cap.245
De eo,quod debent recipere Cancellarii Vrbis, & eorum Notarii, pro infraſcriptis, & de eorum officio cap.246
De inimicatis,& diffidatis, non tenendis in Capitolio per Officiales cap.247
De mercatoribus portantibus mercantiam ad portũ Ripæ Romeæ, quòd debeãt eam facere ſcribi per Riparium cap.248
De cõpoſitionibus,& quomodo fieri debeãt.cap.249
De forenſibus habendis pro Ciuibus cap.250
De capitulis pecudum cap.251
Quantum ſoluatur per centenarium pecudum forenſium cap.252
De ſcoriantibus,& furantibus arbores cap.253
De petentibus ſecuritatem, ualentibus portare arma defenſibilia cap.254
De executione fienda in bonis diffidatorũ. cap.255
De eodem cap.256
De eodem cap.257
De eodem cap.258
De eodem cap.259
De eodem cap.260
De eodem cap.261
De eodem cap.262
De eodem cap.263
De eodem cap.264
De eodem cap.265
De eodem cap.266
De eodem cap.267
De eodem cap.268
De eodem cap.269
De eodem cap.270
De eodem cap.271
De eodem cap.272
De eodem cap.273
Quòd Officiales ad uitam,non habeãt aliquod aliud officium In Vrbe. cap.274
De graſcia non incottimanda cap.275
Quòd omnes Romani ſint graſcierii cap.276
De facientibus contra Statuta cap.277
Statuta,iuſſu,& ordinatione Sanctiſsimi D.N.Eugenij Quarti,compoſita cap.278
Seruatio Statutorum cap.279
Sequuntur alia capitula,ordinationes, & reformationes,quorũ,& quarũ tenor talis eſt,uidelicet,ca.280
Tenor uerò dictarum Reformationum, ut ſupra præſentatarum,talis eſt; cap.281
Primò ordinationes,& Statuta, ædita per Collegium Notariorũ Vrbis,præcipimus inuiolabiliter obſeruari, quæ dudum in Palatio Capitolii publicata fuerunt,quorum tenor talis eſt. cap.282
Alia reformatio Notariorum Vrbis cap.283
De creatione Officialium Collegii Notariorum Vrbis cap.284
De eodem cap.285
De Tribunali Proconſulum cap.289
De Notariis creandis cap.287
Qui poſsint Notariatũ in Capitolio exercere. ca.288
De Notariis matriculandis cap.289
De eodem cap.290
De Notariis rogatis de inſtrumentis cap.291



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

# Tabula

De Officialibus Collegii Notariorum Vrbis. cap.292
De Notariis ad banchum deputatis, & perdentibus inſtrumenta cap.293
De habentibus protocolla Notariorum mortuorum cap.294
Quòd nullus matriculetur, niſi honeſtæ vitæ. ca.295
De Notariis ad banchum deputandis cap.296
Quòd Iudices habeant ante ſcriptos Notarios in ſuo libro cap.297
Quòd Notarius non matriculatus, non ſedeat ad banchum cap.298
Quòd Notarii nõ ludãt ad ludos inhoneſtos cap.299
Quòd omnes Notarii banchi, faciant libros manuales cap.300
Quòd Notarii non recedant a bancho, Iudice ſedente cap.301
Quòd Notarii actuarii, antequam diſcedant à bãcho, ſint concordes in actis cep.302
Quòd Procuratores non ſcribant acta bãchi. cap 303
Quòd Notarii ſint taciturni ad banchum. cap.304
Quòd Notarii faciãt protocolla ſingulis annis. ca.305
De protocollis præſentandis Officialibus Collegii. cap.306
Quòd Notarii ſint modeſti in recipiendis mercedibus cap.307
De mercedibus Notariorum, pro actis iudiciariis cap.308
De mercedibus Notariorum, pro inſtrumentis quibuſcunque cap.309
De regiſtris fiendis cap.310
De duobus Notariis, ſimul rogatis de uno inſtrumento cap.311
De ſalariis Aduocatorum, & Procuratorum in cauſis cap.312
Quòd perſonæ miſerabiles, benè tractentur in ſolutionibus cap.313
Quòd Notarii non exerceãt aliquod officium, vt ſubſtituti cap.314
De prothocollis, & ſcripturis Notariorum mortuorum conſeruandis cap.315
Quòd Officiales Collegii, teneantur Notarios congregare cap.316
Aliæ reformationes, factæ tempore Martini Papæ Quinti cap.317
De ſalariis Scribæ Senatus cap.318
De mercede Notarii Conſeruatorum cap.319
De mercedibus Scriptoris Conſeruatorum cap.320
De mercede Prothonotarii cap.321
De mercedibus Notarii Cameræ cap.322
De mercedibus Scriptoris Cameræ cap.323
De mercedibus Notariorum maleficiorum. cap.324
De mercedibus Mareſcallorum cap.325
De regula, & norma, ſeruanda per Cuſtodes Põtium, & Portarum Vrbis. cap.326
Tabula facta pro ſolutionibus, fiendis Cuſtodi carcerum Capitolii cap.327
De libro fiendo, vbi ſint ſcripti Officiales cap.328
Quòd forenſis non admittatur ad officium in Vrbe cap.329
De eodem cap.330
Quòd primus Conſeruatorum, excedat trigeſimum quintum ætatis annum cap.331
Quòd damnatus de crimine capitali, non habeant officium cap.332
Quòd qui ceſsit bonis, non poſsit habere officium cap.333
Quòd inimicati, non ſint Officiales cap.334
Quòd obligatus quocunque modo Cameræ, non ſit Officialis cap.335
De libris, ſcripturis, & priuilegiis Vrbis, conſeruandis cap.336
Quòd Statuta, & conſtitutiones prædicta, legantur publicè, & quando cap.337
R. Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Sancti Georgii, D. Papæ Camerarius cap.338

FINIS TABVLÆ LIBRI TERTII.



# STATVTORVM VRBIS ROMÆ LIBER QVARTVS.

ADSIT DOMINVS DEVS NOSTER, *illuminator iuſtitiæ, bonorumque operum adiutor, & fautor.*

*Mandatum facultatis condendi Statuta, Apoſtolica auctoritate conceſſæ, cum expreſſa confirmatione D. N. Papæ.*

## ALEXANDER PAPA VI.

DILECTIS filiis, Alexio Boccacii de Vrſis, Auguſtino Martini, & Silueſtro Colę Pauli Silueſtri, Conſeruatoribus Camerę *Almæ* Vrbis noſtræ, præſentibus Capitibus regionum præfatæ Vrbis; Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paſtorali incumbit officio, ad ea vigilantiùs attendere, per quę moderatus, & concors omnuim Ciuitatũ, & populorum ſtatus gubernetur, & perpetuæ quietis tranquillitas, ac ſalubritas cuſtodiatur. Cuius rei, tãto maior nos cura tenere debet circa regimen præfatæ Almæ Vrbis noſtræ, & ciuium; quanto magis peculiares filios noſtros, eos præ cæteris paterna complectimur charitate. Quorum inteſtina, ac diuturna odia, & diſcordias, ciuileſque diſſenſiones (quas brighas appellant, quæ ſemper in Vrbe pernitioſæ fuerunt) pœnitus euellere, & extinguere cupientes; non ignorantes à noſtris prædeceſſoribus ſummis Pontificibus, ad huiuſmodi brighas compeſcendas, & ad armatorũ damnatas collectas, illicitaſque vltiones reprimendas, minaſq; terribiles, & malefactorum receptationes, vulnera, incendia, veneficia, aſſaſſinia, ſtupra, aliaque nefandiſſima crimina, quæ frequenter, & paſſim in Vrbe perpetrantur, prohibendum, illiſque reſiſtendum, quàm plurimas æditas fuiſſe conſtitutiones; quæ ſiue propter nimium ſeueritatis rigorem, ſiue Magiſtratuum incuriam, parum in vſu fuere; conſideranteſque, quòd tanta Vrbs, quæ vniuerſo Orbi leges dedit, propriis legibus decretiſque regi, & viuere mauult, quàm alienis, Ea propter prudentiæ veſtræ nõ paruam in Domino fiduciam ſumentes, mandamus vobis, atque committimus, vt aſſumptis vobiſcum præſentibus Capitibus Regionum, ac quatuordecim aliis ciuibus Romanis infraſcriptis, electis, & deputatis, videlicet, Chriſtoforo Bufali de Cãcellariis, perpetuo vrbis Cancellario; Paulo Planca, vtriuſque iuris Doctore, & Aduocato Conſiſtoriali, ac Pacerio; cum Laurentio de Cafarellis eius ſocio, & collega; Luca de Caſalibus, vtriuſque iuris Doctore; Carolo de Maximis, vtriuſque iuris Doctore; Camillo de Bene in bene, legum Doctore; Mario Salamonio, cauſarum Procuratore; Ioanne de Palonibus, Alto de Nigris, Lelio de Subactariis, Franciſco de Fuſcis, Bernardino de Perleonibus, Antonio Gratiani de Perleonibus, Romanis ciuibus, Quibus plenam, & omnimodam concedimus poteſtatem, & auctoritatem, vt prædictas, & alias quaſcunque, nouas ſiue antiquas, tam pontificales, quàm municipales conſtitutiones, Statuta, & decreta quæcunque, tam ad ciuiles, quàm ad criminales cauſas, pertinentes, ſiue pertinentia, ac Senatoris, & Iudicum, & Capitolini fori iuriſdictionem reſpicientia, ſi qua, vel ſi quas, correctione, vel emẽdatione aliqua, vel etiam additione, ſeu mutatione, necnon & declaratione, ſiue inter-

pretatione indigere cõperta fuerint, addere, corrigere, mutare, interpretari, & declarare, pro veſtro arbitrio poſitis, & valeatis. Quibus oĩbus futuris correctionibus, emendationibus, additionibus, mutationibus, declarationibus, ſiue interpretationibus p vos faciendis; ex nunc, velut ex tunc, noſtrã, & noſtræ Sedis Apoſtolicæ interponimus auctoritatẽ, ac ppetui obtinere volumus roboris firmitatẽ; necnõ & in Statutorũ antiquorũ volumine deſcribi, & inſeri, & ſolennibus pconiis p Vrbẽ publicari mãdamus; & ppetuò, & inuiolabiliter ab oĩbus Magiſtratibus, & Iudicibus, tã eccleſiaſticis, q̃ ſecularibus, & quacũq; iuriſdictione fungẽtibus, in ſuo foro, & Tribunali obſeruari. Ita tamẽ, q contra Romanos ciues, ſolus Senator, & Iudices Capitolini, ad executionẽ hmõi conſtitutionũ nouiter edendarũ, procedere poſſint, & debeãt, & nullus alius manus apponere valeat; ſalua Gubernatoris auctoritate. Decernentes irritũ, & inane, quicquid ſcienter, vel ignoranter, in contrariũ contigerit attẽtari; Supplentes motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, oẽs defectus, ſi qui ſint, iuris, vel facti, vel in his peragendis interuenerint; In contrarium facientibus, non obſtãtibus quibuſcũq;. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die

1494. prima Martij, Mccccxciiii. Pont. noſtri anno ſecundo.

B. Floridus.

## ALEXANDER PAPA VI.

MOTV proprio, &c. vt oĩs cõtentio iuriſdictionũ, ſubmoueatur; & priuilegiis Romanorũ, non præiudicetur; Decernimus, q ciues Romani, citati extra forũ Capitolii, ad exceptionẽ declinatoriã admittãtur; dũmodo in forma Cameræ Apoſtolicæ nõ ſint obligati; niſi res eſſet veriſimiliter ſcandalum paritura; vel niſi eſſent pauperes, & inopes, qui cõtra potẽtiores, iuſtitiã in Capitolio reportare nõ poſſent. quo caſu, Gubernator Vrbis, ad prohibendũ rixas, ſe intromittere poſſit; & qui aliis quoque caſibus, ſemper habeatur, & ſit ſuperior, & ſuperintendẽs, & pro ſuo arbitrio puideat, quãdocũq; ſibi videbitur expedire; & non poſſit aliquis Iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis, ſi cũ alio Iudice Capitolii, cõtentio iuriſdictionis de pdictis perſonis oriatur, de ſua iuriſdictione cognoſcere. Sed ſi fuerit inhibitũ in caſu nõ permiſſo; & ad petitionẽ eius, cuius intereſt, non reuocetur; Camerarius noſter adeatur. qui ſuo arbitrio, omni mora ceſſante, decernat apud quẽ agi, vel pſecutio fieri

Infra c. 8. eo. lib. debeat. Priuilegiati aũt, qui conſenſerint in iuriſdictionẽ prorogabilem, poſt litem conteſtatam, vel poſt eum actũ, qui fit poſt litis conteſtationẽ; non poſſint poſtea ſe eximere vſque ad terminationẽ cauſę, effectualemq; executionẽ. Cõtumaces verò, nullatenus, niſi primò refectis expenſis, remittantur; & ſemper in oĩbus cauſis, tam ciuilibus, q̃ criminalibus, in pari iuriſdictione, ab eo, qui priùs cognoſcere cœperit, & iuriſdictionem præoccupauerit, proſecutio fiat; & intimatione facta, ab altero deſiſtatur. Cæterùm, reſcripta aliqua de cætero non concedantur, niſi Partibus auditis; per quæ, cauſæ ab ordinariis Iudicibus auocantur; & interim ſi cauſa criminalis fuerit; ad mandatum DD. Referendariorum. ſi veró ciuilis ſit cauſa; ſpacio quinque dierum ſuperſedeatur; qui in inſtantia non computẽtur. Quæ omnia, perpetuò & inuiolabiliter obſeruari, & inter Statuta Vrbis inſeri volumus, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, mandamus. Cõſtitutionibus, & indultis, priuilegiis Apoſtolicis, per nos, vel prædeceſſores noſtros, Gubernatoribus Vrbis, qui fuerint, vel qui nũc eſt, conceſſis (quorum tenores pro expreſſis, & hic inſertis haberi volumus, & quibus ad effectum perpetuæ validitatis, & obſeruationis præmiſſorum, ſimili motu, & ſcientia, expreſsè derogamus) cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Placet, & ita motu proprio mandamus, R.

SEQVVN-



# REFORMATIONVM, ET NOVORVM STATVTORVM IN CAVSIS CIVILIBVS LIBER PRIMVS.

*Qua hora ius reddi debeat.* Cap. 1.

OMni tempore non prohibito, in foro Capitolii, de mane ius reddatur; & ſecundum mutationem dierum, arbitrio Conſeruatorum, conſtituatur hora, qua Iudices ſedere, & ſimul campana Iuſtitiæ cõſueta, pulſari incipiat; & per quartam partem vnius horæ, pulſetur, ne aliquis poſſit prætendere ignorantiam. Sedere autem Iudices debeant horas duas continuas, computato tempore, quo ſedet Locumtenens in Tribunali Senatoris; Alioquin, ſi iuſtam non habuerint excuſationem; pœnam decem librarum, totiens quotiens contra fecerint, ipſo facto incurrant.

*De citatione minorum.* Cap. 2.

MInores annorum viginti, & pupilli pubertati proximi, ſi ter citati vt legitimè compareant, contumaces fuerint; mulctentur arbitrio Iudicis; & procedatur contra eos, ad miſſionem in poſſeſſionem, ſeu tenutam, & ad decretum bonorum mobilium, ſeu ſtabilium, & demum ad ſubhaſtationem, & dationem in ſolutum; ſeruata forma antiquorum, & nouorum Statutorum De pignoribus prætoriis ſubhaſtãdis, ſiue De in ſolutum dandis. Et ſi comparentes, interrogati, ſe tutores, vel curatores non habere, dixerint; minores ipſi, ſtatim petant curatorem acceptare paratum, & infra ſex dierum ſpatium, de eo ſibi faciant effectualiter prouideri. Quibus elapſis, alterato grauamine, ab eo nòn deſiſtatur, donec cum legitima perſona comparuerint, cum qua poſſit iudicium ſuſtentari. Poſſit etiam Iudex, in contumaciam, ex ſuo officio, dare curatorem, ad illam tantúm litem mouendam, & agitandam, nec impugnari poſſit iudicium cum eo agitatum, ex defectu nullitatis perſonæ curatoris ſic deputati. Et in omnibus caſibus prædictis, expenſas contumacię ſemper reficere teneantur. Dicti autem impuberes, & pubertati proximi, compareant cum tutore ſicut dictum eſt, ſi habent; aliàs, proximiores agnatos nominare cogantur, quorum vnus proximior, & magis idoneus, ſecũdum iuris diſpoſitionem, infra eundem terminum, tutelam ſolemniter capere cogatur, vel ex officio prouideatur, vt ſupra dictum eſt. In aliis autem pupillis infantibus, & infantiæ proximis; ſeruetur Supra lib. 1. c. 43 forma prioris Statuti. & eadem forma ſeruetur, propter ſexus honeſtatem, quoad omnes pupillas. Adultæ verò, mittere teneantur excuſatorem, vel defenſorem. Vbicumque tamen Iudici videbitur, ex officio, & ad cuiuſque poſtulationem, ſpecialiter in contumaciam, poſſit de curatore prouidere, ſicut prædictum eſt, vel creditorem in poſſeſſionem mittere, ad ipſius actoris electionem; & altera uia electa, in odium contumacis, alteri non præiudicetur. Interrogari etiam poſſint agnati, & cognati, ſi ſunt, vel eſſe volunt tutores; & ſi excuſationem non habent, omni mora poſtpoſita, onus ſuſcipere compellantur. Poſſit etiam Iudex, ſiue propter difficultatem inueniendi tutorem, qui onus acceptet, vel quando pupillus pauper eſſet, vel in paruis cauſis; prouidere pupillis, vel adultis de perſona Procuratoris, ſpecialiter ad cauſam, cum quo iudicium agitetur, & valeat. Iudices autem, qui in his exequendis negligentes fuerint; decem aureorum pœnam incurrant.

*De citatione ad domum.* Cap. 3.

CItationes, quæ fiunt ad domum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, non afficiant citatos, domi non inuentos, niſi dimiſſa ſaltem breui cedula in manibus

cohabitantium;

cohabitantium;vel,ſi nemo inuentus ſit,in oſtio affigatur ; per quã certiorari poſſint,ad cuius inſtantiam,apud quem,& ad quid citentur. Præſentes autem in iudicio,legitimis dilationibus ſeruatis,ſi vna die pro altera per Iudicem moniti ſint;pro citatis ſolemniter,habeantur. Et ſimiliter vna die pro altera , & non aliter,citationes fieri poſſint,niſi aliter in ſpecie prouiſum non ſit.

### ¶ *De cauſis ſummarijs.* Cap. 4.

IN omnibus cauſis forenſium,diſtrictualium, clericorum , & curialium quorumcumque,qui forum Rei ſequi debent; ſummariè,ſimpliciter,& de plano,ſolaq; facti veritate inſpecta,ferиis non obſtantibus,ad celerem terminationem,arbitrio Senatoris,& Iudicum(ſeruata tamen circa probationes æqualitate)procedatur.

### ¶ *De eodem.* Cap. 5.

Supra lib. 1. c. 49. IN cauſis mercedum,penſionum, & reſponſionum, cenſus, vel canonum , & locationum quarumcunque(in quibus de iure non poteſt quęſtio dominii,vel poſſeſſionis referri)& in cauſis Hoſpitalium,miſerabiliumque perſonarum,ſimili modo, ad terminationem,effectualemque executionem procedatur.Poſſit etiam extraiudicialiter,omnibus horis,ſi iuſta ſubſit cauſa,etiam diebus feſtis , arbitrio Senatoris,& Iudicum,procedi ; & idem ſeruetur in omnibus cauſis , quæ de iure celeritatem deſiderant.

### ¶ *De eodem.* Cap. 6.

In Leon. c. 1. Supra lib. 1. c. 52. IN cauſis verò aliorum quorumcunque non priuilegiatorum,quæ ſummam vigintiquinque ducatorum non excedunt;ſeruetur forma tradita,quando petitur ſumma minor decem ducatorum. Et eadem forma ſeruetur in omnibus cauſis merè poſſeſſoriis,& interdictis,& in omnibas aliis cauſis, quę de iure communi ſummariæ ſunt,in quibus Statuta Vrbis non prouident.

### ¶ *De prorogatione inſtantiæ.* Cap. 7.

INſtantia ſexaginta dierum vtilium,ſi iuſta cauſa videbitur; prorogetur arbitrio Iudicis,ſemel,vel pluries,vſque ad centum dies vtiles;ita quòd tota inſtantia nõ egrediatur dictam metam centum dierum;quibus elapſis,perempta remaneat.quæ inſtantia ſexaginta,vel (ad ſummum) centum dierum vtilium,etiam in cauſis ſummariis ſeruari debeat.

### ¶ *De declinatione fori.* Cap. 8.

Supra eod. lib. ante c. 1. PRiuilegiati,qui ius habent declinandi forum, de quorum exemptione notorie non conſtaret;ſi citati,non comparuerint,& contumaces fuerint; non remittantur,niſi refectis expenſis contumaciæ. Et ſi conſenſerint in iuriſdictionẽ , & iuriſdictio ſit prorogabilis; non poſſint ſe in eadem cauſa poſtmodum eximere, vſque ad determinationem,effectualemque executionem.Et ſemper in omnibus cauſis, tâm ciuilibus,quàm criminalibus, ab eo, qui prius cognoſcere cœperit , & iuriſdictionem legitimè præoccupauerit, proſecutio fiat; & intimatione legitimè , & auctenticè facta;ab altero deſiſtatur;& ſiquid attentetur,irritum,& nullum exiſtat.

### ¶ *De compromiſſis.* Cap. 9.

IN cauſis non liquidis , ſeu quæ facilè liquidari non poſſint,inter conſanguineos vtriuſque ſexus,vſque ad gradus ſtatutos;& inter ſocerum,& generum ; ſocrum, & nurum;



& nurum ; ſeu priuignum,& nouercã;& inter alios affines primi gradus, affinitate durante;ad inſtantiam alterius Partis petentis , prout Statuta antiqua prouident, compromiſſa fieri mandentur.Intelligantur autem cauſæ liquidæ,etiam inſtrumẽtorum,& apocharum,in quibus facta eſſet perſonarum mutatio ; non obſtante , ꝙ aliqua extrinſecus venirent liquidanda,quæ per probationem mortis alicuius , ſuperexiſtentiæ,& ſucceſſionum,& conſanguinatum,facillimè liquidantur ; nec per aliquam exceptionem oppoſitam,intelligatur res facta dubia,nec ſuper exceptione oppoſita,poſſit peti fieri compromiſſum.Et ne per reiterata compromiſſa(ſicut plerunque contingere ſolet)longiùs quàm cauſæ iudiciales differantur, elapſis triginta diebus(quorum quindecim ad probandum, & probatum habendum; decem,ad reprobandum,& cauſas inſtruendum ; quinque, ad laudandum conſtituuntur ) ſi arbitri in aliquo articulo,pendente compromiſſo , vel in terminando principales controuerſias, non conuenerint,& controuerſias omnes terminare diſtulerint ; infra alios tres dies immmediatè ſequentes, Partes ipſæ,in electione tertii conuenire debeant.Et ſi non conuenerint;Senator aditus,illicò,ex ſuo officio, det ipſe tertium,qui ſit peritus Doctor in iure;cuius conſilio in ſcriptis redacto , ambo arbitri, ſeu vnus ex arbitris,altero requiſito,cauſam terminare cogantur.Et ſi poſt acceptũ onus,infra decem dies,conſilium non reddiderit;incidat in pœnã vigintiquinq; aureorum,qui de facto per Senatorem auferantur, & alius ſimili modo deputetur. & intelligatur tandiu compromiſſum factum manere,& non ſpirare, donec prædicta omnia fuerint impleta,& executa.Et ſi propter aliquas difficultates legitimas, non potuerint in tempore compromiſſi triginta dierum,probationes fieri, vel cauſa ſufficienter inſtrui; antequam ad electionem conſultoris deueniatur,poſſit bis peti iterum fieri compromiſſum,& non vltra.Et in vltimo, detur omnino conſultor ; & ſecundum modum ſupraſcriptum,cauſa terminetur.Et ſi terminari non poſſit;remittatur ad primum Iudicem,apud quem incæpta fuit, & ordinario iure iudicialiter infra inſtantiam ſtatutariam,terminetur;& de cætero compromiſſum peti non poſſit.aliàs,inſtantia pereat,& in eo numerentur dies ante decurſi , vſque ad tempus petiti compromiſſi;ita quòd in eodem ſtatu,in quo erat antea,intelligatur cauſa reaſſumpta;& fides adhibeatur teſtibus,qui coram arbitris,citata Parte,inducti, & examinati fuerint;perinde ac ſi iudicialiter examinati fuiſſent.poſſint tamen repeti ſuper interrogatoriis,ſumptibus petentis.

Infra in Leon. c. 1

### ¶ *De cauſis commiſſarijs, & earum inſtantia.* Cap. 10.

QVoniam ſæpe contingit,in foro Capitolii,Senatori,& ſuis Iudicibus,ac Iudici appellationum,per ſpeciales commiſſiones Apoſtolicas,negocia, & cauſas committi;ſtatuimus,vt tam in procedendo,quàm in terminando,Statuta, & ſtilus fori,& conſuetudo ſeruentur ; & infra inſtantiam Statutariam ſexaginta dierum vtilium(ſalua facultate prorogandi,ſicut in aliis permiſſum eſt)terminentur. Quæ inſtantia ſexaginta dierum,cum facultate prorogandi vſque ad centum dies,etiam in cauſis appellationum commiſſariis,ſeruari debeat,quibus elapſis, appellatio deſerta,& prima ſententia firma remaneat.

### ¶ *De ſportulis.* Cap. 11.

STatutum De ſportulis per ordinarios Iudices non recipiendis;etiam in cauſis in quibus percommiſſiones excitata eſſet iuriſdictio;vel quæ cum facultate ſummariè procedendi, committantur; & quæ ſuper aliquo articulo emergenti vel incidẽti obtentę,eſſent,ex quibus eſſet alterata iuriſdictio; indifferenter ſeruari mandamus. Sup. lib. 3. c. 178 & 278.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

mus. Si tamen per aliquas commiſſiones, iuriſdictio, merè delegata eſſet effecta, ſu
per negocio principali; ſportulæ recipiantur, dummodo moderatę, & palã ab vtra-
que Parte, vel ſaltem (altera Parte citata, recuſante, vel differente) in iudicio depo
nantur. Et qui aliter dederint, & acceperint, quàm palam, & in iudicio; ad quadru-
plum teneantur. Et nihilominus, ſententia nulla remaneat. In decretis autẽ, & via-
ticis; ſeruetur conſuetudo fori, hactenus obſeruata.

### De ſuſpitione Iudicum. Cap. 12.

Supra lib. 1. c. 50 & inf. lib. 5. c. 41

SI ex aliqua iuſta cauſa, & tempore debito, aliquis ex Collateralibus recuſetur; Se-
nator adiunctum dare; vel primo remoto, alium non ſuſpectum, ſiue ex ſuis, ſiue
extra Capitolium, deputare poſſit, & debeat. qui in locũ Ordinarii, in omnibus &
per omnia ſuccedat, & ab eo ad Capitaneũ appellari debeat. Si verò in principio
litis, vel tẽpore debito, Capitaneus ſuſpectus poſtuletur; Conſultor petatur, cuius
conſilio cauſa terminetur; & aliter, ſententia non valeat. In quo Conſultore eligen
do, ſi Partes infra triduum concordes non fuerint; nominatis ſuſpectis, cum expreſ-
ſione cauſæ, & cum iuramento; Senator, vel Capitaneus decem peritos Doctores,
in Vrbe commorantes, à Partibus non nominatos (quorũ vnus, ſorte immiſſa, Con
ſultor remaneat) eligere teneatur. Qui ſi onus ex aliqua legitima excuſatione recu
ſare potuerit; iterum ſorte immiſſa, alius ex eis, Conſultor electus remaneat. Poſ-
ſint etiam ex iuſta cauſa, eligi Conſultores extra Vrbem, prorogata dilatione, ſecun
dum loci diſtantiam, arbitrio Senatoris, vel Capitanei. & Conſultor, ſi negligens
fuerit; ad refectionem damnorum, & ad pœnã xxv. ducatorũ, teneatur. Tempora
verò electionis, & acceptationis Conſultoris, in inſtantia non computentur.

Supr. lib. 1. c. 89. & 167.

### De purgatione contumaciæ, in reſponſione articulorum. Cap. 13.

Supr. lib. 1. c. 58. & 63.

COntumacia in reſpõdendo poſitionibus, purgari poſſit, antequã pronuncietur
Ipſas haberi pro confeſſatis; refectis tamen expenſis, ob eã cauſam legitimè fa-
ctis, & reſponſione illicò facta. Et ſi pendente iudicio, aliquẽ ex litigatoribus, ſine
fraude abeſſe contigerit; Procurator legitimus, ſi ſe inſtructum, pleneq; informatũ
iurauerit, ad reſpondendum admittatur. Idemque, in quolibet abſente ex quacun-
que cauſa, ſeruetur, ſi de proximo non ſit rediturus. Et ſufficiat mandatũ in ſcriptis,
etiam contra abſentem executum, ad conſtituendum in mora, & contumacia, cita-
tum, ac monitum cum comminatione, ꝙ ſi non reſpondeat, habebitur pro confeſ-
ſo; & ad effectum, vt deueniri poſſit ad pronunciandũ Articulos haberi pro confeſ-
ſatis, ſicut de ſtilo ſeruatum fuit; dummodo perſonaliter, citatus apprehendatur, vel
cedula ſibi in domo dimittatur, & iuxtà traditam formam citetur.

### De examine teſtium. Cap. 14.

Supr. lib. 1. c. 69. & lib. 3. ca. 177. uerſ. Item ſcriniarii.

SI Notarii diſcordes fuerint, vel negligentes in examinãdo, poſt vigeſimũquintũ
diem vtilem; ab examine remoueantur, & vnus ſolus ad examinandum ſorte de-
putetur. Et collegiatim prima die Ianuarii, eligantur annis ſingulis, decem probi, &
periti Notarii ex matricula, ad primum Tribunal; & ſex alii ſimiles, ad ſecun-
dum Tribunal. quorum vnus, inſcriptis nominibus in parua chartula, Iudice decer
nente, ſorte eligatur. ad quam tamen electionem citentur hi, quorum intereſt.
qui examen teſtium infra decem, vel quindecim dies, ſecundum multitudinem te-
ſtium, perficiat; ſub pœna vigintiquinque ducatorum, inremiſſibiliter auferenda; &
ſub eadem pęna, infra quinque alios dies, copiã teſtium, Partibus tradere teneatur,
& nihilominus in omnibus cauſis prædictis, ad intereſſe, Parti obligetur. Omnis
autem vtilitas, & lucrum, tam examinis, quàm copiarum; ſit ipſius Notarii exami-
nantis. Si verò Notarius ſic ſorte deputatus, ex aliqua iuſta cauſa ſuſpectus iuretur;
adhibeatur



adhibeatur præſentia Iudicis in examine, ſumptibus poſtulantis, vel alius etiam ſi
mili ſorte extrahatur. In quibus caſibus prorogari poſſit inſtantia, ſecundum modũ
ſuprà traditum. Et hoc, locum habeat in omnibus cauſis.

### De appellationibus. Cap. 15.

EXemplo Statuti permittentis appellari à ſententia Capitanei, ad Senatorẽ; quan Sup. lib. 1. c. 167.
do ſecunda ſententia non eſt cõformis cum prima, in totum, vel in partem; etiã
quando ſententia Capitanei, interlocutoria, vel diffinitiua, vnica eſſet, & prima; ad
eundem Senatorem pariformiter appelletur; dummodo appellatio ſit admiſſibilis
de iure Ciuili. quo caſu, in diffinitiuis ſeruetur eadem inſtantia, quæ in ſecundis
cauſis coram Capitaneo ſeruatur. In interlocutoriis verò, in quibus de iure Ciui
li appellari poteſt (ſicut ſunt ſententiæ ſuper deſertione appellationum latæ, & ſi-
miles) ſeruetur inſtantia decem dierum vtilium, à Statuto in cauſis appellationum
ad Senatorem introductis, tradita; cum poteſtate prorogandi ad quinque alios
dies tantùm. Et eadem inſtantia quindecim dierum vtilium, ſeruetur in omnibus Infra lib. 5. c. 54
cauſis appellationum, etiam coram Capitaneo, & quibuſcunque Iudicibus, quæ
ab interlocutoriis ſententiis interponuntur. quæ iuſtificari debent infra quinque
dies vtiles, & finiri infra quinque, cum prorogatione aliorum quinque dierum
vtilium, tantùm; quibus elapſis, deſertæ remaneant, & ipſo iure ad primum Iudi-
cem reuoluantur.

### De eodem. Cap. 16.

SImilique modo, à ſententiis Senatoris, in cauſis appellationum ferendis, in to-
tum, vel in partem infirmatoriis, ſeu diuerſis; quæ nec cum prima, nec cum ſecũ
da ſententia, claram haberent in effectu & ſubſtantia conformitatem; ad eundem
Capitaneum, iterum appelletur. qui, ſi fuerit idem iudex, qui primò de eadem cau Supra c. 12.
ſa cognouit; conſultore (ſecundum modum ſuprà traditum) electo; ſecundum conſi
lium terminetur. In quo conſultore eligendo, ſi peremptoriè citatus, cõtumax fue
rit, vel Partes in eligendo diſcordes fuerint; ſeruetur in omnibus, & per omnia,
ordo ſuprà traditus. Ita tamen, quòd allegatio ſuſpectorum in genere, nullatenus
admittatur.

### De retardantibus proceſſum, uel expeditionem cauſarum. Cap. 17.

SIquis malitioſè diſtulerit producere inſtrumenta, vel priuatas ſcripturas, vſque Sup. lib. 1. c. 201.
ad finem decurſarum dilationum, ad probandum datarum; ne Parti, contra quã
producuntur, auferatur defenſio; in quocunq; ſtatu cauſæ, producta fuerint; detur
noua dilatio ad opponendum, & oppoſita probandum, arbitrio iudicis moderan
da. Et idem, ſi contingat differri examen, vel publicationem teſtium, ex aliqua iuſta,
vel rationabili cauſa; ita quòd ſi inſtãtia perimatur; ille, qui malitioſè cauſam retar
dauerit (ſiue actor ſit, ſiue reus) ſemper expenſas reficere teneatur, ei, qui diligens in
proſequendo, ſeu defendendo extiterit.

### De præſcriptione perſonalium actionum, & hipothecæ, ſeu pignoris. Cap. 18.

STatutum contra negligentes debitum petere, vim habere decernimus contra
omnes creditores, etiam ius hipothecæ habentes (ſi corporalem, actualemq; ade
pti non fuerint poſſeſſionẽ, vel ſi interruptã præſcriptionem, vel ſaltẽ de interpella
tione iudiciali, vel extraiudiciali (per quam, interrumpi huiuſmodi pręſcriptionem
volumus) legitimè non docuerint) & inuiolabiliter ſeruari; & ex ea præſcriptione,
extinctam, & ſublatam eſſe actionem, ſtatuimus; & præſumptionem ſolutio-
nis induci; quæ præſumptio, iuris eſſe intelligatur, cui ſtetur, niſi contrarium
probetur

probetur per debitorem; vel niſi contraria præſumptio, præponderãs, ac præualẽs, deducatur, ac legitimè probetur. Inſtrumenta autem, & codices quarumcumque rationum, quibus de iure, vel ex quocunq; priuilegio, fides adhibetur; necnon ſcripturæ, & cautiones quæcunque, etiam viuentibus debitoribus, poſt curſum ſexdecim annorum, ſimiliter nullam faciant fidem, nullumq; ſortiri poſſint iuris, aut executionis effectum; exceptis caſibus, in primis Statutis reſeruatis.

*De ceſſione bonorum.* Cap. 19.

Infra lib. 5. c. 30 AD ceſſionem bonorum, vel ad quinquennales inducias, non admittantur niſi calamitoſi tantùm, & qui ſe fatalia damna, & fortuitos caſus, vel alia aduerſa, poſt contracta debita, incurriſſe docuerint; à quibus, luſores, dilapidatores, fraudatores omnes, & qui ſcientes ſe ſoluendo non eſſe, multiplicia debita contraxerint, omnino excludantur. In electione verò, illi præferantur, qui ſe veros creditores eſſe, delato calumnię, & malitiæ iuramento, legitimis documentis, vel per idoneos teſtes, docuerint. Chyrographarios autem creditores (niſi ſcripturæ, tẽpus contineãt, & ſint trino, vel ſaltem bino teſte notatæ) poſt omnes concurrere volumus; omnib⁹ colluſionibus, fictionibus, & fraudibus (quæ ex mutua debitorum, & creditorum intelligentia, machinari ſolẽt) pœnitus excluſis. Deprænhenſi autem in aliqua fraudis, vel alterius cuiuſcunque malignæ fictionis ſuſpitione, vel mendacio; indigni omnino habeãtur. Saluis aliis decretis contra Macellarios; qui nullatenus ad aliquod dictorum beneficiorum admittantur. Et in dictis cauſis, nullæ peti, nec exigi poſſint ſportulæ; aliàs, ſententia nulla ſit.

Sup. lib. 3. c. vlti.

*De uſufructu dotis, & alimentis.* Cap. 20.

Supr. lib. 1. c. 78. DOtis fructus, ex antiqua conſuetudine fori, redacti ſunt ad computum ſeptem florenorum, cum dimidio, pro quolibet centenario; & ſic taxentur, tã pro oneribus matrimonii, poſt moram non ſolutę dotis, quàm pro alimẽtis viduarum, etiã habentium pignus dotale, ex quo poſſint percipere fructus loco alimentorum; & non imputentur fructus in ſortem. Et ſimiliter mariti ſoluto matrimonio cum liberis, percipientes ex pignore dotali; non imputent fructus in ſortem; ſed ſint ipſorum, pro alendis communibus filiis, donec dos reſtituta (à quocunque debita) ſit; ſi in pecunia debeatur. et in omnibus caſibus vbi alimenta peti poſſint, in his ſeruetur forma tradita quando alimenta petuntur.

*De donatione propter nuptias.* Cap. 21.

QVoniam ex nouella conſtitutione prouiſum fuit, vt vir, vxore ſine filiis præmoriente, poſt conſummatũ matrimonium; quartam partem dotis lucretur, ad æqualitatem donationis propter nuptias, quam vxor præmoriente viro lucratur; Statuimus, quòd vxor donationem huiuſmodi acquirat, ſiue dos ſoluta fuerit in pecunia, ſiue pignore tradito, vel fundo dotali conſtituto, vel aliter ſatisfacta fuerit; etiam ſi in inſtrumento dotali nulla fiat mentio de donatione facta; niſi expreſſe de contrahentium voluntate, de qua manifeſtè conſtiterit, remittatur.

*De donatione inter uiuos, uel cauſa mortis* Cap. 22.

CVm Reipublicæ interſit, fraudibus, quę in donationibus, frequenter, & facilè committuntur, obuiare; ſtatuimus, quòd donationes, quæ inter viuos, vel á moriẽtibus, irreuocabiliter, ſeu mortis cauſa, fiunt; niſi donans, in illa, coram Notario, & teſtibus, manu propria ſe ſubſcripſerit, vel (ſi ſcribere nequeat) alium loco ſui adhibuerit; & niſi ſaltem duo teſtes ex quinque, qui in donatione cauſa mortis adhibentur; & ſimiliter duo in donatione inter viuos, in originali ſcriptura, vel abbreuiatura

uiatura



uiatura ſe ſubſcribant; irrita ſit, & nulla, & nullum ius donatario ex ea acquiratur; nullaque oriatur, nec exerceri actio valeat. Quam tamen abbreuiaturam, liceat Notariis extendere, cum clauſulis, & cautelis conſuetis, non mutata ſubſtantia. Nec renunciari poſſit ſolemnitati inſinuationis legitimè fiendæ; etiam ſi fuerit iuratum, nõ contrauenire ex defectu inſinuationis non factæ.

*De pactis, & donationibus non ualituris.* Cap. 23.

AD obuiandum fraudibus (cum Rei publicæ interſit, mulieres ex earum ſimplicitate, ſeu puberes etiam maſculos, qui adhuc imperfectæ ætatis exiſtunt, non defraudari) ſtatuimus, qnòd pacta de non petendo, & refutationes, & quietationes, quæ à quibuſcunque mulieribus (ſiue ſub patria poteſtate, ſiue etiam ſui iuris exiſtentibus) quibuſcunque perſonis fieri contingat; irrita ſint, & nulla, & nullius effectus; niſi duobus conſanguineis proximioribus adhibitis, quorum non interſit (vel aliis eorum loco, ſi non extent conſanguinei, vel affines) & expreſſè medio iuramento approbantibus (& ſi ſub patria ſint poteſtate; vocentur qui ſint ex linea materna) & ſolemni Iudicis decreto, ſimul interuenientibus. Et ſi puberes maiores decem & octo annorum ſint, ſine curatoris legitimi auctoritate, & Iudicis ſolemni decreto, vt ſupra; & aliter, iuramentum præſtitum, præſumatur metu, & dolo extortum, & irritum reddatur.

*De pignoribus Prætoriys, & conuentionalibus.* Cap. 24

IN omni pignore rei immobilis, tam prætorio, quàm conuentionali, vendendo auctoritate Iudicis; ſeruetur forma tradita in Statuto De executione inſtrumentorũ dotalium; & procedatur ad inueſtituram, adiudicationem, æſtimationem, & ſubhaſtationem; demum ad dationem in ſolutum, in omnibus, & per omnia, ſicut ibi prouiſum eſt. in aliis verò pignoribus rerum mobilium, vel ſe mouentium, auctoritate Iudicum captis; in vendendo, ſubhaſtando, & deliberando, abbreuientur termini Statuarii, arbitrio Iudicum. In pignoribus autem conuentionalibus; ſi immobilia ſunt, ſeruetur Statutum antiquum. Nec poſſint termini Statutarii, ſine Partium conſenſu, vel niſi ex pacto renuntietur, abbreuiari.

*De altercantibus ſuper eadem poſſeſſione.* Cap. 25.

SI plures de eadem poſſeſſione contendant, & neuter velit agere; ſed altercantes inter ſe, quiſque aſſerat ſe poſſeſſorem, & in poſſeſſione eſſe, & velle inſiſtere; ad prohibendum rixas, quę inde veriſimiliter exoriri poſſent; Senator, vel eius Iudices, ex eorum officio, ſequeſtrata poſſeſſione, terminum vtrique Parti, quinque dierum vtilium, ad docendum de eorum poſſeſſione, ſtatuant; & illum, qui melius aptiuſq; de actuali poſſeſſione, & eius iure, docuerit; in poſſeſſione manuteneant, atq; defendant, etiam manu militari, ſi opus fuerit; & ad cauendum cogant de non turbando, nec moleſtando vlteriùs, via facti. Necnon ad agendum, ſiue ſuper poſſeſſorio ad recuperandam poſſeſſionem amiſſam, ſiue alio remedio, vel interdicto, à iure, vel Statuto prodito, terminum duorum menſium ſtatuant. Quo elapſo, ad Partis petentis inſtantiam, ſi agi cœptum non fuerit; quo ad poſſeſſorium, perpetuum imponat ſilentium; dictamque cauſam retinendæ poſſeſſionis, omninò, appellatione reiecta, infra viginti dies vtiles terminet; aliàs, in pœnam vigintiquinque aureorum, tẽpore ſindicatus de ſuo ſalario retinendorum, incidat.

*De repreſalys.* Cap. 26.

COnſtitutionẽ fœl. re. Sixti Papę Quarti, ſuper repreſaliis ęditam, Statuta Vrbis antiqua moderantem, imitantes, Si cõtra diſtrictuales, cũ aſſignatione termini

Q octo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

octo dierum, ad cogendum debitores, vt ſatisfaciant, vel cõram Senatore compareant, literæ rogatoriæ, ad Communitates, & Officiales locorum diſtrictualium deſtinatæ, decernantur. Poſtquam per Nuntium fuerint legitimè executę, & reportatæ; ſi nec ſatisfactum in termino, nec comparitum fuerit; facta coram Senatore plena fide debiti, & calumnię iuramento præſtito; ad conceſſionem repreſaliarum procedatur. Nec reus de cętero audiatur, niſi refectis omnibus expenſis, & domicilio, in quo citetur, prius in Vrbe electo; & niſi idoneum dederit fideiuſſorem, de ſtando iuri, tam in prima, quàm in ſecunda, & aliis quibuſcunque inſtantiis; & de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum; & de reſarciendis, ac reficiendis damnis, & intereſſe, omnibus, damnum paſſis, ſeu quos in futurum dicta ex cauſa damnificari contigerit. Et ita demum, & non aliter, etiam poſt conceſſum mandatum repreſaliarum, ex integro audiantur, & ſummatim cauſa cognita, ad condemnationem, vel abſolutionẽ de nouo deueniatur; & ad executionem, de facto, & abſque alio proceſſu, contra fideiuſſorẽ procedatur. Verũ ſi contra non diſtrictuales, Romanæ Eccleſiæ tamen ſubiectos, agatur; ſi debitum, fuerit in Vrbe, vel diſtrictu contractum; ſub ſimili forma literæ rogatoriæ deſtinentur. Sed conſtituatur primò Procurator, cum pleno mandato, ad agendum, & petendum, cum iuribus plenè inſtructus, necnon ad exigendum, & quietandum; qui debitorem coram ſuo ordinario Iudice citari faciat, & docto de debito per inſtrumenta, vel ſcripturas auctenticas, vel per teſtes, prius extra iudicialiter in Vrbe, coram Senatore inductos, & examinatos; Poſtquam per octo dies expectauerit, vt ad debitam executionem procedatur; ſi interim aliquod releuans non deducatur, propter quod creditoris intentio ſubmoueatur; vel de nõ debito liquidè probetur, vel ſi vertatur aliquod dubium; Nuntius, ſeu Procurator miſſus, moneat debitorem, vt infra alios octo dies compareat in Vrbe, ad faciendũ omnes ſuas defenſiones quas voluerit, vel de iure potuerit. Quibus elapſis, Senator decernat ſecundum acta, & probata, an veniant repreſaliæ concedendæ, vel nõ concedendæ. Sed ſi debitum non fuerit in Vrbe contractum; expectetur vſque ad terminationem cauſæ, in loco, ſeu municipio, vbi debitor conuentus extiterit; dummodo cauſa expediatur infra quindecim dies vtiles, & non feſtos in honorem Dei; alioquin, in defectũ denegatæ, vel neglectæ iuſtitiæ; facta fide de geſtis coram Ordinario, vel ſaltem per ipſius Nuntii relationem, cum iuramento atteſtantis, quòd acta habere non valuerit; conſtito de debito, & iuramento calumniæ, vt ſupra præſtito; ad repreſaliarum remedium procedatur. Verùm ſi literæ reſponſiuæ, cum aliqua iuſtificatione, vel legitima excuſatione, remittantur; iterum per alias literas replicetur id, quod legitimè, & de iure replicari poterit; & non aliter ad repreſalias deueniatur. Et ſemper in conceſſione repreſaliarum contra non diſtrictuales, licentia à Camera Apoſtolica obtineatur. Idem modus in omnibus, & per omnia, ſeruetur, ſi ad alias Ciuitates, vel ad alia quęcunque loca, Eccleſiæ non ſubiecta, rogatoriæ literæ deſtinentur; ſed expectetur per viginti dies vtiles, & non feſtos, vt ſupra. Et in literis fiat mentio, quòd Nuntius, vel Procurator expectabit per viginti dies; ſed nullatenus ad decretum repreſaliarum deueniatur, niſi conſulta Camera Apoſtolica, & licentia ab ea obtenta. Et poſtquam fuerint repreſaliæ decretæ, intimentur per Nuntium, antequam ad illarum executionem deueniatur. Verùm quia nonnunquam contingit, debitores latitare, & ſoluendo non eſſe; ſi per veras, & legitimas probationes, legitima excuſſione ſic eſſe doceatur; nullatenus repreſaliæ concedantur. Repreſaliæ nullatenus exerceantur contra habitantes, & domicilium in Vrbe habentes; nec contra eos, qui operas ſuas ad annum, vel ad menſem locarunt. nec cõtra deferẽtes victũ, & victualia ad Vrbẽ. cuius appellatione, oĩa quæ ſunt eſui neceſſaria, cõtinentur; dũmodo non ſint res minimę, & oĩs fraudis conſiliũ abſit. In cæteris, Statuta priſca ſeruentur, quatenus præſentibus non aduerſentur.





### De ferijs, & ueneratione Sanctorum. Cap. 27.

PIa, ac laudabilis conſuetudo, quám plurimos dies feſtos in honorem Sanctorũ recepit, qui in veteribus conſtitutionibus aſcripti non ſunt. De menſe Ianuarii, vſque ad Epiphaniam, ſequentes omnes dies poſt feſta Natalitia, æquè celebrantur. eiuſdem menſis die vigeſima, feſtum Sanctorum Sebaſtiani, & Fabyani martyrũ, pari honore habetur. Item, propter ludorum publicorum ſpectacula, ante diem Cineris, decem præcedentes dies Carniſpriuii, eadem conſuetudo feriatos fecit. Menſe autem Martii, Sanctæ Agatæ quintum diem, & Beatæ Franciſcę nobilis Romanę, nondùm canonizatæ, nonum diem, inter feſtos dicauit. Menſe Aprilis, vigeſima prima, Natalem Vrbis celebramus. De menſe Maii, die ſexto feſtũ, Sancti Iohannis ad portam Latinam, pariformiter obſeruamus. Menſe Iunii, die vndecima, feſtum Barnabæ Apoſtoli; tertiadecima die, feſtum Sancti Antonii de Padua. Menſe Nouembris, vndecima die, feſtum colimus Sancti Martini. In aliis autem feriis feſtisq; diebus, nihil eſt à veteribus conſtitutionibus immutatum De feriis meſſium, ac vindemiarum, generalibuſque vacationibus.

### In quibus cauſis feriæ non obſtent. Cap. 28.

IN omnibus cauſis, de iure, & ſecundum Statuta ſummariis; & in omnibus cauſis præparatoriis iudiciorum, & executiuis, etiam vbi facta eſt perſonarum mutatio; & in cauſis forenſium, & macellariorum; & penſionum, & euacuationis domorum, cenſuum, & reſponſionum quarumcunque; feriis gratia meſſium, ac vindemiarum indictis, non obſtantibus, ius reddatur; in aliis, antiqua Statuta ſeruentur.

### De mercedibus inſtrumentorum. Cap. 29.

PRo inſtrumentis in publicam formam redactis, vſque ad quantitatem vigintiquinque florenorum currentium; carlenos duos. vſque ad quinquaginta; carlenos quatuor. vſque ad centum; florenum ſimiliter vnum. inde vſque ad quingentos florenum vnum pro centenario. A' quingentis vſque ad mille; florenum dimidium pro centenario. Inde vſque ad quamcunque ſummam; quartã partem vnius floreni pro centenario. Quæ locum non habeãt in inſtrumentis tenutarum, & inueſtituris, pro quibus ſoluantur carleni quinque, ſaluis viaticis; & tantundem recipiat, pro inſtrumentis conſenſuum, & pro caſſationibus inſtrumentorum, & obligationum, ſi eſt idem Notarius de obligationibus rogatus. Idem pro locationibus ad non longum tempus. Pro contractibus autem emphyteoticis, ſuperficiariis, & cenſuariis, in quibus non eſt appoſita æſtimatio rei, & pro quietationibus, in quibus non eſt appoſita certa quantitas; ſoluatur dimidium eius, quod ſolueretur pro aliis inſtrumentis principalibus. Pro inſtrumentis autem mandatorum ad cauſas; carlenos duos. ad negocia verò, ad exigendum, & quietandum; carlenos quatuor, vel qninque. Pro inſtrumentis autem tutelæ, ſeu curæ, cum inuentario tutelari; recipiant pro ſtipulatione; carlenos duos. pro inſtrumento publico; carlenos quinque. Pro inuentario autem ſolemni, cum aditione hæreditatis; principalis Notariꝰ recipiat computatis bãnimentis, & relationibus, in totum carlenos quatuor; reliqui omnes ſubſcribentes, carlenos alios quatuor, inter eos diuidendos. Pro inſtrumento publico inuentarii; principalis Notarius, ducatum vnum: reliqui, carlenum vnum, pro quolibet; niſi eſſent hæreditates multum opulentæ, de quibus fierent inſtrumenta tutelarum, & inuentarii. in quibus caſibus, & in omnibus aliis vbi eſſet aliqua contentio ſuper mercedibus; ſtetur iudicio Correctorum; & relatione cum iuramento per eos facta, Iudex taxet mercedes per Statuta non taxatas.

*Communia de mercedibus.* Cap. 30.

VBicunque contingeret, ſpecialiter prouiſum non eſſe de certa mercede, in Statutis antiquis, vel in Tabulis mercedum, æditis, & publicatis (quæ ſeruari debeant) Tunc in dictis caſibus non expreſſis, procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Et ſi non daretur ſimilitudo: Senator, & alii Iudices, adhibitis duobus Correctoribus, ac delato eis iuramento, iudicio Correctorum taxent, & declarent. Et ſi quis ex Correctoribus allegetur, vel iuretur ſuſpectus; loco ſuſpecti, adhibeatur Proconſul; vel adhibitis duobus antiquis, peritiſque Notariis, in caſu legitimę ſuſpitionis Correctorum allegatæ, taxentur.

*De mercedimus ſententiarum, & actorum.* Cap. 31.

SI ſententia ſit diffinitiua, continens quantitatem, vel res, valoris centum ducatorum, vſque ad ducentos; recipiant Notarii ducatum vnum. Inde vſque ad quingentos; ducatos duos. Inde vſque ad quamcunque ſummam, vel æſtimationem; ducatos tres. Si verò certam quantitatem non contineant, vel facile æſtimari non poſſint; recipiant ducatum vnum, vel plus, aut minus, ſecundum declarationem Correctorum, & Iudicis taxationem, pro rerum, & perſonarum qualitate. Pro ſententiis verò ſuper executione inſtrumentorum, laudorum, teſtamentorum, legatorum, & priuatarum ſcripturarum; ſi certam contineant quantitatem, vſque ad ſummam ſiue valorem vigintiquinque ducatorum; carl. tres. Inde vſque ad quinquaginta; carl. quinque Inde vſque ad centum; carl. octo. Inde vſque ad ducentos; ducatum vnum. Inde vſque ad quamcunque ſummam ſiue æſtimationem; ducatos duos. Pro interlocutoriis veroſi, publicentur cum ſigno: carl duos. Alioquin, ſi cū ſola ſubſcriptione; recipiant ſicut de aliis actis iudiciariis; videlicet bol. tres pro quolibet actu, cum relàtione citationis. Et debeant acta integra, & non diuiſa, ſeu mutilata, ſcribi & aliter, mercedem exigere non poſſint.

*De protocoll.s Notariorum defunctorum.* Cap. 32.

PRotocolla, abbreuiaturæ, & originales omnes ſcripturæ Notariorum Romanorum defunctorum; peractis exequiiti, ſtatim poſt triduum, per Proconſulem, & primum Correctorem Vniuerſitatis Notariorum, in vna capſa, incluſa (retenta per vnum ex eis claue) in domo hæredis dimittantur. Deinde ante lapſum vnins menſis, adhibito ſcriptore, repertorium omnium protocollorū, cum numero chartarum & (ſi fuerint abbreuiaturę, vel ſcripturæ in foiiis, non alligatæ) ſingulatim omnes in dicto repertorio per nomina contrahentium, & contractuum, cum annotatione anni, & menſis, & diei, in eorum repertorio deſcribantur, & in poteſtate hæredum liberè omnia conſignentur. Qui, vel eorum tutores, vel curatores (ſi hæredes pupilli, vel minores viginti annorum ſint) ad cuſtodiam eorum obligentur; aliàs, de dolo, & culpa, & negligentia, omnibus intereſſe habentibus, teneantur. Si verò Proconſul, & Corrector, poſtquam ad eorum notitiam deuenerit caſus mortis alicuius Notarii, negligentes fuerint ad prædicta exequendum; ipſi teneantur ad damna, & intereſſe prædicta. Et Camerarius Mandatariornm, ſtatim denunciare teneatur Proconſuli, ſeu Correctori, funera Notariorum, ad quæ ipſi Mandatarii interuenerint, ſub pœna decem ducatorum, quotiens ceſſauerint. Hæredes autem, ſi minores viginti annorum non exiſtant; aliàs, eorum tutores, & curatores, ſi dati, vel decreti fuerint, huiuſmodi denuntiationem facere teneantur; aliàs, ipſi ad damna, & intereſſe pariter obligentur, & eadem pœna plectantur. Hæredes autem Notariorum defunctorum





pro mercede inſtrumentorum exemplandorum, recipiant duas tantùm tertias partes totius mercedis debitæ. Reliqua tertia pars diuidatur inter Notarium, & exemplantem, & Correctores, & Iudicem decretum interponentem.

*De ſalaryjs Aduocatorum, & Procuratorum.* Cap. 33.

VT circa ſalaria, & mercedes Aduocatorum, & Procuratorum, temperamentum habeatur; ſi Aduocati in tota cauſa interuenerint, & omnibus ſcripturis ſuas appoſuerint manus, illas corrigendo, & ſubſcribendo; recipiant in ordinariis, excedentibus ſummam centum ducatorum, ducatos tres; & tantundem Procurator vnus, vel plures, in prima inſtātia recipiant. In ſecundis autem inſtantiis, dimidium dictæ ſummæ. Sed ſi in fine, vel in medio cauſæ fuerint ſuper aliquibus dubiis, ad allegandum verbo, vel in ſcriptis, requiſiti; pro vno quoque dubio explicando, carlenos papales quinque, Aduocati recipiant. Procuratores verò ſubrogati in alterius locum, pro rata, ſtatu cauſæ conſiderato, partem dicti ſalarii accipiant. In ſummariis autem cauſis, ducatum vnum pro tota inſtantia petere poſſint. Si tamen cauſæ, quę ordinariæ eſſent, per reſcripta, ſummariæ fierent; vel implicitæ, aut arduæ cauſæ fore cognoſcantur; pro menſura, & modo laborum, plus recipiant; dummodo ſummam trium ducatorum, pro tota inſtantia, non excedant. In aliis autem leuioribus, minus accipiant, ſecundum perſonarum, & cauſarum qualitatem. Sed ſi cauſæ eſſent multum ponderoſæ, & difficiles, vel implicitæ; vel ſi verterētur inter Barones, vel inter alios nobiles diuites, de Caſtris, vel de caſalibus, vel de hæreditatibus opulentis, vel ſimilibus; tunc locum non habeat taxatio ſalariorum prędicta. Sed moderatè recipiant vltra, arbitrio Iudicum, & Correctorum, qui adhiberi debeant ſemper, quando eſſet de ſalariis contentio, & Iudices taxare non poſſint expenſas, vltra ſalaria ſupra diffinita.

*De Sindicis Senatoris, & Officialium forenſium.* Cap. 34.

ITem, quòd Sindici Senatoris, & Officialium forenſium, imbuſſulentur; & non extrahantur ante vltimum diem exitus officii dicti Senatoris, & Officialiū; quibuſcunque conceſſionibus factis, vel fiendis, non obſtantibus.

*De officio Conſeruatorum.* Cap. 35.

AD officium Conſeruatorum, &c. Vide ſupra libro primo, cap. 29. vbi iſtud cap. legitur de verbo ad verbum.

## LIBER SECVNDVS DE MALEFICIIS.

*De interpretatione, & moderatione Bullæ Paulinæ, contra brigoſos editæ.* Cap. 1.

CONSTITVTIONEM Paulinam, per ſucceſſores Pontifices confirmatam, & ad alios caſus extenſam, propter nimiam (vt credibile eſt) rigoris ſeueritatem, in vſu non habitam; ad compeſcendas diſſenſiones ciuiles, & brigas, in ea parte, in qua aduerſus eos, qui contra innocuos, & eos, qui ipſi offenſores non extiterunt, vindictam ſumere, vel aliter quomodocunque iniuriis afficere audent, pœnam capitis ad mortem, & publicationis bonorum, ac perpetuæ infamiæ irrogantem; ſaluberrimam fore decernentes; in omnibus (præter quàm ad dirutionem domorum) perpetuò ſeruari mandamus. Sed ſi reus in poteſtate habeatur, & decapitatus fuerit, & mortis ſupplicio affectus; publicationis bonorum pœna, locum non habeat, ſi homicidium vindictam ſumendo non ſit commiſſum. Si verò homicidium interuenerit; vltra pœnam capitis, etiam ſi decapitatus

fuerit,publicentur bona;& in omni caſu,pro dimidia parte applicentur Parti offen
ſæ,vel ſuis hæredibus.quam ſi habere noluerint, tota applicetur Cameræ. Ad do-
morum autem dirutionem,non aliter deueniendum eſſe ſtatuimus, niſi quando ali
ter in perſonam,vel in aliis bonis,excedentibus tamen valorem quingentorum du
catorum,puniri non poſſent.Et ſi domus eſſet communis cum aliis, vel nexu hypo/
thecę alicui obligata;ſi ſocius partem delinquentis emere, vel creditor hypothecā
habēs,in ſolutum recipere,& quicquid ſupereſſet, ęſtimatione illico facta, refunde
re voluerit;omnibus præferantur, & precium applicetur, vt ſupra. Aliàs, facta ſine
mora diuiſione,pars tota,quæ Fiſco,& Parti leſę obuenerit,diruatur; vel ſi diuiſio-
nem non recipiat,tota Parti offenſæ, vel ſuis hæredibus adiudicetur, & pleno iure
transferatur;quæ vera debita ſatisfacere teneatur.

*De tumultuoſis armatorum collectis.* Cap. 2.

SImilique modo,aduerſus omnes,qui tumultuoſas armatorum collectas,non ſo-
lùm ad vindictam ſumendam,ſed etiam ad iniuriam inferendam,& ad quoſcū-
que actus illicitos,ſiue aliàs,ſine legitima cauſa,de die,vel de nocte,facere auſi fue-
rint;in omnibus,& per omnia procedendum eſſe;eoſque in eiſdem pœnis incidere,
& pariformiter puniri debere,ſtatuimus.

*Quæ dicantur illicitæ collectæ,& quot illam faciant.* Cap. 3.

TVmultuoſas autem collectas facere intelligantur,ſi numerum decem armatorū
excedant;ad quam pœnam principales ductores tantùm obligentur. Sequaces
verò,vltra alias pœnas delictorum perpetrandorum,ſinguli aureorum quinquagin
ta pœna,ſine diminutione aliqua,necnon & quatuor tractibus cordæ, mulctentur.
Si verò minor numerus fuerit,ſed ſint ſupra quatuor; principales arbitraria pœna
plectantur.quam vſq; ad ſanguinem,& mutilationem membrorum,incluſiuè, pro
perſonarum qualitate,arbitrari Senator poſſit. Sequaces verò, pœna vigintiquin-
que ducatorum,ſinguli,ſine diminutione,& trium tractuum cordæ,mulctentur. Et
nihilominus pro delictis commiſſis,puniātur. Si verò ſint quatuor,vel infra;omnes
tam principales,quàm auxiliatores,pari pœna puniantur,ſecundum antiqua,& no
ua Statuta,pro delictorum,& facti,& perſonarum qualitate.Quæ pœnæ,aduerſus
eos,qui tomultuoſas collectas fecerint,locum habeant in omni tumultu illicito, &
in omni collecta armatorum prohibita,& non in caſibus à iure permiſſis. In quibus
caſibus,locum nō habeat capitalis,ſeu publicationis bonorum pœna. Sed ſi aliqua
delicta interuenerint,vel ſi aliquam illicitam violētiam intulerint,vel exercuerint;
extra ordinem,vel ſecundum antiqua,vel noua Statuta,puniantur.

*De receptationibus, prohibitis à brigoſis fieri.* Cap. 4.

ITem,rigorem nimium dictæ nouę conſtitutionis,temperantes; ſtatuimus, quòd
ſi aliquando contingat aliquem non offenſorem,ſed interdum offenſum, vel in-
iuſtis minis præcedentibus,ad brigam prouocatum;vel qui aliam iuſtam ſuſpitio-
nis cauſam habeat,& pro ſecuritate ſuæ perſonæ, vel ſuorum,qui ſint eiuſdem fami
liæ, vel aliter,ex iuſta,& rationabili cauſa,domi ſe includere,& in briga continere
neceſsitetur; impunè id facere liceat; habita tamen prius licentia à Senatore,& Pa
ceriis.Et ſi fuerit de offenſoribus,iuſtam cauſam habere etiam intelligatur,poſtquā
ſoluta pœna delicti,offenſor Magiſtratibus parere,& obediēs eſſe paratus ſit, & de
parendo mandatis eorum, idoneas cautiones dederit; & aduerſarius inobediens
fuerit,& Superiorū mandatis parere recuſauerit,vel diſtulerit,ſeu latitando ſe ſub
traxerit,& capi non poſſit. In quibus caſibus,pœnæ ſupra ſcriptæ,& in noua conſti
tutione expreſſę,locum non habeant; dummodo vltra eos, qui ſunt de eadem fa-
milia,



milia,abſque Senatoris,vel Paceriorum expreſſa licentia (de qua in ſcriptis appa-
reat)aliquos armatos non retineat.Ita tamen,quòd ſi licentiam retinendi aliquos
armatos obtinuerint,nec diffidatos pro crimine,nec brigoſos,nec aliquos, qui mi-
nas alicui intulerint;nec inobedientes Magiſtratibus;nec ſecurare recuſantes, eos,
qui ſecuritatem petierint;nec aliquos criminoſos de grauibus delictis infamatos,
receptare;nec condemnatos,pro ciuili debito,apud ſe ſtare permittant. Alioquin,
candē pœnam incurrant(ſi pecuniaria ſit pœna) ad quam diffidati, vel condemna-
ti obligantur.Et ſi debitum ſit ciuile;ad tantundem obligētur.Sed ſi capitaliter, vel
ad pœnam ſanguinis diffidati ſint; receptantes brigoſi,in pœnam centum ducatorū
incidant. Sed ſi nondum eſſent diffidati,vel condemnati(ita tamen quòd nec homi
cidas,nec publicos raptores,nec falſificantes monetas,nec alios latitantes,& à mani
bus Curiæ ſe eximere quęrentes,quouis modo audeāt receptare)ſi ſcienter receptē
tur;ad quinquaginta ducatorum pœnam obligentur;à qua pœna eximantur, ſi illi,
qui receptantur,de iuris permiſſione receptari poſſunt;non tamen diffidati,vel con
demnati de crimine.Et ſi tales brigoſi,plures,quàm de dicta licentia permiſſum fue
rit,receptauerint armatos,aut apud ſe in domo ſtare permiſerint; incidant in pœ-
nam centum ducatorum,quotiēs contrafecerint;ſalua ſemper prohibitione, & pœ
na illicitæ collectæ,de qua ſupra,ſi vltra decem armatos receptauerint, vltra pœnā
in mandato prohibitionis impoſitam,ſi qua per Magiſtratum in prohibitione, pœ-
na appoſita fuerit. Nullamque poſt huiuſmodi prohibirionem, prætendere igno-
rantiam poſſint excuſabilem.Et Senator,& Iudices,ex eorum officio, teneantur in
omnibus dictis caſibus,diligenter inueſtigare,& inquirere,& perquirere, ſeu per-
quiri facere ſingulis menſibus,in domibus brigoſorum, & ad executionem dictarū
pœnarum procedere; aliàs,ipſi,qui talia impunè tranſire permiſerint, ad eandem
pœnam obligentur.

*De brigoſis,non permittentibus Officiales perquirere prohibitos receptari.* Cap. 5.

SI aliquis brigoſus,vel inimicitias habens,non permiſerit,Magiſtratus,vel ipſorū
Officiales,& Executores mandatum habentes,intrare in eorum domos,& rece-
ptacula,& perquirere ſi contra conſtitutiones,armati,& diffidati,apud eos exiſtāt;
in pœnam centum ducatorum incurrat.Et ſi maiores Magiſtratus,videlicet Guber
natorem,vel Senatorem non admiſerint; capitaliter puniantur ad mortem.Quam
pœnam pecuniariam ſi ſoluere nequeant;luant in corpus,arbitrio Senatoris,& Iu-
dicum;& contra hos Senator inquirere teneatur.

*De uiſitatione brigoſorum permiſſa.* Cap. 6.

VIſitantes brigoſos,ſi ſint amicitia,vel beneuolentia coniuncti,conſanguinei,vel
affines,vel vicini,quando & quotiēs(vt fieri ſolet)humanitatis cauſa,& ex cha
ritate,hoc faciant;impunè liceat.Et præſumantur charitatis cauſa facere, ſi armati
non incedant; vel ſi continuam reſidentiam in eorum domibus non faciant, vel niſi
per Magiſtratus fuerint prohibitu.quo caſu,incidant in pœnas ſupra contra arma-
tos impoſitas.Deferentes autem arma in domibus brigoſorum,& propter cauſam
brigæ,vltra permiſſos,& armati ibi commorantes;in pœnam vigintiquinque duca
torum incidant;& contra hos inquirere Senator debeat.

*De ulciſcentibus ſe contra offenſores,& quando dicatur aſſaſſinium.* Cap. 7.

Supr. lib.2.c.15.

SI contra offenſores vltio ſumatur,non ſit locus pœnæ dictę nouæ conſtitutionis;
ſed aliis pœnis Statutariis,& infraſcriptis,obligentur.Sed ſi per aſſaſſinium, vel
per mandatum,id fiat;de aſſaſſinio,vel mandato puniantur. Nec præſumatur per
aſſaſſinium

aſſaſſinium factum.ſi per aliquē de familia offenſi,vel de agnatis,aut cognatis vſque
ad tertium gradum ,de iure ciuili computandum,vltio cōtra offenſores ſumatur.

¶ *De receptatoribus in gener:, ſi per alios quàm per brigoſos fiat.* Cap. 8.

SAnctiſſimam conſtitutionem fœl.recor. Innocentii octaui, Pontificis Maximi,
contra receptatores,& minas inferentes,nondum vſui receptam,comprobātes;
Statuimus,ꝙ ſiquis,etiam non brigoſus,diffidatos de crimine,vel condemnatos,ſi
ue de enormibus delictis infamatos,vel alios quoſcunque,mandatorum à Magiſtra
tibus factorum,contemptores,vel inobedientes,& contumaces;ſeu mandatis de ſe
curando,parere recuſantes,aut ceſſantes,ſcienter receptauerint; pœnam ducento
rum ducatorum patiantur. Præſumatur autem ſcientia,ſi diffidati, vel per ſentētiā
condemnati appareant.Et ſi Ciuitas,vel Communitas,vel ipſarum domini imme-
diatè,vel Vicarii ſint,apud quos illicita prohibitorum fieret receptatio;contra do-
minos,& Officiales,& Vniuerſitates ipſarum,ex officio inquiratur , & diffidentur,
aut condemnetur ad pœnam ducentorum ducatorum;& ad effectualem executio
nem,per pignorum captiones,perſonarumque,& animalium arreſtationes , & per
generales repreſalias,procedatur.Et non reaffidentur , nec à repreſaliis deſiſtatur,
donec fuerit integra pœna ſoluta,& à tali receptatione deſtitiſſe,per legitimas pro
bationes docuerint.Et ſi de diffidatione,vel condemnatione eorum,qui ſic fuerint
receptati,non appareat; poſtquam per literas Senatoris, moniti, aut aliter legiti-
mè certiorati Officiales ipſarum Communitatum,& Vniuerſitatum fuerint,vt à re
ceptione abſtineant,vel deſiſtant;eandem pœnam, niſi paritum fuerit , incurrant.
Senator autem,& Iudices,quomodocunque ad aures,& notitiam eorum peruene-
rit,quo in loco tales perſonæ receptentur;ſtatim monere debeant receptantes , vt
eos capiant,vel expellant. Alioquin,contra eos procedant,& exequantur,vt ſupra
eſt dictum.Et ſi negligens in his fuerit Senator;vigintiquinque aureorum pœnam
in ſindicatu patiatur; & Camerarii Cameræ Vrbis,ad omnem requiſitionem Sena
toris,teneantur ſoluere mercedem Nunciorum,aut Curſorum,ad prædicta depu-
tandorum.Et ad id,officio eiuſdem,ſi opus fuerit,compellantur.Et hæc,locum ha-
beāt contra diſtrictuales; contra alios,ſeruetur dicta conſtitutio Pontificalis,quę,
quoad cenſuras,contra omnes firma remaneat.

¶ *De inferentibus iniuriam Nuntys.* Cap. 9.

COntra inferentes iniuriam Nuntiis,ad deferendum mandata,& citationes, &
edicta,per Magiſtratus deſtinatis; qui ius gentium violare, & Principis maie-
ſtatem offendere videntur; ſeueriſſimè inquiratur;& Cōmunitates,& domini Ca-
ſtrorum,diffidentur,ad pœnam quingentorum ducatorum. Sed contta ipſos iniu-
riam inferentes,ſi capi poſſint,ad capitalem pœnam procedatur, & vltimo ſuppli-
cio afficiantur; & concedantur repreſaliæ, & credatur iuramento ipſorum Nuntio
rum,cum aliquo inditio; & non ſit opus tales citare,niſi in valuis Capitolii,per affi
xionem cedularum.

¶ *De inferentibus minas in genere.* Cap. 10.

SI quis,per ſe,vel per Nuntium,vel per literas,ſeu quocunque alio modo,quibuſ-
cunque conſanguineis,vel amicis,vel inſtitoribus, vel ſociis,vel factoribus,ſeu fa
ctoribus,ſeu famulis,ſeu mercennariis,vel quibuſcunque aliis,propter cauſam bri-
gæ,vel ad nocendum ſuis inimicis, minas intulerit , ſeu minas inferendo , aliquem
domi ſe includere,& euſtodire fecerit,vel quocunque aliò modo ad brigam pro-
uocauerit;Si plebeius,vel filiuſfamilias,vel iuuenis,aut adultꝰſit;de facto capiatur,
& arbitrio Senatoris,tormentetur;& ad ſemeſtre,in carceribus,& cōpedibus deti-
neatur.



neatur.Similique pœna,Nuncius,qui ſciēter litteras reddiderit,vel tales minas, e
alicuius mandato denunciauerit,puniatur;nèc de carceribus liberetur , niſi ſoluta
prius pœna vigintiquinque aureorum,ac præſtita fideiuſſoria cautione(ſi petatur)
pro ſeipſis,& pro omnibus eorum attinentibus,vſque ad quartum gradum, de non
offendendo perpetuò,in perſona,vel in bonis , nec offendi facièndo . Sed ſi capi Infra c. 24.
non poſſint;ad quærelam cuiuſcunque,vel ex mero officio,inquiratur contra eos ,
& procedatur ;ad diffidationem,per contumaciam,& pro confeſſis habeātur, & ad
capitalem pœnam mortis condemnentur.Et in omni caſu contumacię , ſeu latita-
tionis,aut fugæ;liceat eos poſt diffidationem,impunè offendere.Poſſint etiā ꝑ eos,
quorum intereſt,capi,& tradi in manibus Curiæ.Et ſi in Vrbe capti fuerint : nō poſ
ſint detineri vltra ſpacium quinque horarum.Si extra Vrbem : ſeruetur diſpoſitio
iuris,ſecundum locorum diſtantiam;ita vt quàm primúm poſſit,Iudici illę ſi præſen
tētur,nec poſſint poſt capturam impunè offendi; vel ſi tutó præſentari non poſſint;
denuncietur Curiæ,vt mittat familiam.Contrafacientes veró,puniantur de violen
tia arbitrio Senatoris.Poſſit etiam ſuo arbitrio Senator,ſi ſibi videbitur,conſtitue
re præmium capientibus,vel occidentibus tales perſonas , in contumacia perſeue-
rantes,& illud de introitibus Cameræ,ſolui facere.Et idem ſeruetur contra quoſ-
cunque contemptores mandatorum,& inobedientes,& contumaces, ſecurare re-
cuſantes,vel ceſſantes;& in omnibus grauibus,& atrocibus criminibus , & contra
quoſcunque facinoroſos,ac rebelles,diffidatos,vel condemnatos; quos liceat im-
punè offendere; & præmium capientibus conſtituatur,arbitrio Senatoris,vt ſupra.
Si verò tales, minas inferentes ,aut inferri facientes, vel ad brigam prouocantes ;
patreſfamilias exiſtant;pœnam ducentorum ducatorum incurrant;& ad cuiuſcūq;
ſuſpitionem habentis inſtantiam,vel etiam ex officio,ſi ad notitiam Curiæ quomo
docunque deuenerit;illicò,& ſine mora,præcipiatur eiſdem,vt ſub pœna quingen
torum aureorum(quæ tamen pœna augeri poſſit ad quamcunque ſummā,arbitrio
Iudicum,ſecundum perſonarum conditionem,& qualitatem)cum idoneis fideiuſ-
ſoribus ſecurare debeant,ſecundum modum ſupra dictum.Et ſi neutra Partium, ta
lem ſecuritatem prętari petierit,aut petere voluerit;Senator,& Iudices,ex eorum
officio,vbi,& quotiens cognouerint. inter ciues Romanos, diſſenſionem aliquam,
aut rixam exoriri poſſe(de quó,extra iudicialiter,& ex ſola probatione famę,inue-
ſtigare,& ſe informare ſufficiat)vtrique Parti mandet,mutuas ſecuritates pręſtari
& ad præſtandum cogat,per diffidationes,condemnationes,carcerationes, & per
alia iuris,& facti remedia.Et contra inobedientes,& contumaces:ſi in contumacia
perſeuerarint;ſeruetur modus ſuorà traditus,cum omni ſeueritatis rigore.Pręſuma
tur autem is,qui inculpatur de talibus minis;illas feciſſe,vel fieri feciſſe;ſi illum,con
tra quem minę inferuntur,ſecurare recuſet, vel ſemel monitus, diſtulerit .

¶ *De ferentibus arma uenenata.* Cap. 11.

SI quis arma venenata,vel medicata,deferre in Vrbe,deprehenſus fuerit : ſtatim
torqueatur ,& per acerrima tormenta eliciatur veritas,& cauſa cur dicta arma
venenata deferantur;& puniatur ſecundum Statuta De veneficiis : quæ approban-
tur, & confirmantur .

¶ *De ferentibus,uel iacentibus plumbatam.* Cap. 12.

DEferentes autem plumbatam,deprehenſi,pœnā vigintiquinque ducatorū pa- Sup.lib.2.c.145
tiantur;& nihilominus carcerentur,& tormententur tribus tractibus cordę,
vel arbitrio Senatoris.Si quis illā iecerit contra aliquem percutiendi animo pœnā
quinquaginta ducatorum incurrat,licet non percuſſerit. Sed ſi percuſſerit,& quo-
modocunq; lęſerit; ſit pœna centum ducatorum.Sed ſi deliberato animo, & conſi
lio

lio occidendi,plumbatam deferens,aliquem aggrediatur,& cum plumbata percuſ
ſerit;pœna aggreſſorum,ſecundum aliud Capitulum infra poſitum,puniatur.

*De fractione pacis, & ſecuritatis.* Cap. 13.

Supr.lib.2.c.29 30.31.& 32. PAx,aut ſecuritas,rupta intelligatur per quamcunque violẽtam inuaſionem, ad
domum,iniurandi animo factam.Item,per ſolam violentam, & iniurioſam ag
greſſionem.Item,per ſolam euaginationem gladii,& per adminationem, cum quo-
cunque genere armorum,licet non tangatur perſona.Item,per ſolam infrigationẽ
cum armis,vel ſine armis.Item,ſi per pallium iniurioſè apprehenderit; vel ſi equi-
tantem, per frenum cœperit,& retinuerit.Similiter etiam contra frangentem ſecu-
ritatem perpetuam,vel ad tempus,vltra pœnas conuentionales,eadem pœna capi-
tis ad mortem,ſicut contra frangentes pacem,imponatur. In quibus omnibus caſi-
bus, vel ſimilibus, vltra expreſſos in veteri Statuto; pax, vel ſecuritas fracta intelli-
Infra c. 27. gatur. Pro verbis autem iniurioſis,vel contumelioſis,non intelligatur pax,nec ſecu
ritas fracta;ſed agi poſſit ciuiliter,& criminaliter,ęſtimatoria iniuriarũ. Et ſi crimi-
naliter agatur ; imponatur pro quolibet verbo iniurioſo, vel contumelioſo, pœna
decem ducatorum; vel arbitrio Senatoris,puniatur etiam pœna corporali,pro per
ſonarum,& verborum qualitate. Si ciuiliter;æſtimetur arbitrio Iudicis.Quę autem
dicta ſunt de pœna verborum iniurioſorum, locum habeant etiam inter quos nul-
la eſt pax,vel ſecuritas.Mitigetur tamen pœna eius,qui prouocatus, verba iniurio-
ſa reſponderit,vel ( ſi modum,& menſuram non exceſſerit ) impunitus euadat.

*De aggreſſoribus, & percuſſoribus in facie.* Cap. 14.

COntra aggreſſores,& eos,qui primi offenſores fuerint,pœnæ aggrauẽtur,& Se
natoris arbitrio,in carceribus,vel in compedibus,ad id tempus,quod ſibi vide-
bitur,detineantur,vel tormententur,vel aliter puniantur. Contra eos verò,qui in-
ſultantur,& primi offenduntur,pœnæ ſemper mitigentur.Ipſis verò aggreſſoribus,
qui ex propoſito faciem alicuius vulnerando,vituperabili ſigno deturpauerint, vel
cum ſimplici cicatrice dehoneſtauerint, dextra manus amputetur. Sed ſi nares in
parte abſciderint; naſus ſimiliter abſcindatur. Et ſimiliter oculus pro oculo effo-
diatur,& nihilominus amputetur manus dextra,vltra pœnas prædictas.Sed ſi mem
brum aliquod,vel articulum mutilauerint;membrum ſimile,pro membro ſecetur.
Sed ſi non mutilatum ſit membrum,ſed ſit debilitatũ aliquod ex principalibus mẽ-
bris,& perpetua debilitatio futura ſit,ſimiliter dextra manus amputetur, vel punia
tur in eodem membro,arbitrio Senatoris. Sed ſi vnus vel duo digiti debilitentur,
& non tota manus, aggrauetur pœna antiquorum Statutorum, per tormenta, &
carceres,arbitrio Senatoris,vt ſupra. Sed ſi capi non poſſint, & ad effectualem exe
cutionem amputationis manus,vel pœnarum talionis, procedi non poſſit; condem
nentur,& diffidentur in quingentis ducatis,& fiat executio in bonis, ſi inuenta fue
rint,pro integra pœna. Et nihilominus, quandocunque in manu, & poteſtate Cu-
ṛiæ deuenerint,ad executionem dictarum pœnarum ſanguinis, procedatur. Quæ
pœnæ,locum non habeant in rixis ſubitaneis,& quæ ex improuiſo, & incontinen-
ti,ex contentione verborum,& rerum altercatione,vel aliter,non præmeditato cõ
ſilio,exortæ fuerint;in quibus,præſentes reformationes locum non habeant.

*De percutientibus cum fuſte, uel baſtone.* Cap. 15.

SI quis ignominioſè,& appenſatè, & ad maiorem iniuriam faciendam, aliquem
cum fuſte,vel baſtone percuſſerit; ſi capi poſſit,acriter, campana pulſata, & pu-
blicè,tormentetur,& in carceribus per ſex menſes detineatur,& non liberetur, do
nec ſoluerit ducatos centum,pro pœna. Quam ſi ſoluere non potuerit: recipiat tot
verbera



verbera cum ſimili fuſte, quot dedit, vel aliter luat in corpus, arbitrio Senatoris,
perſonarum conditione,& qualitate,ſeruata,& conſiderata.Quæ pœna,locum nõ
habeat,ſi alicui vili,& abiectæ perſonæ,cauſa leuiùs offendendi,talis iuiuria infera-
tur;vel ſi ex improuiſo,in aliqua rixa,cum fuſte,vel baſtone ad manus occurrente,
offenderit;in quibus caſibus antiqua Statuta ſeruentur.

*De percutientibus pugno, uel alapa, in facie.* Cap. 16.

ITem,ſi quis ſimiliter ex propoſito,& iniuriandi animo,alapa,vel pugno, in facie Supra lib.2.c.74
percuſſerit; ſi plebeius ſit;recipiat ſimilem alapam in ſcalis Capitolii;& vltra,car-
ceretur,vel tormẽtetur,arbitrio Senatoris.Alii verò maioris ęxiſtimationis, ſimili-
ter carcerentur,& ſecundum qualitatem,ſi ſimilem alapam,vt ſupra ſuſtinere nolue
rint;tormententur arbitrio Senatoris;& vltra,pœnam vigintiquinque ducatorum,
ſoluere compellantur.quæ,locum non habeãt in rixis ſubitaneis, vt ſupra eſt dictũ.

*De arbitrio Senatoris, & pœnarum aggrauatione, pro perſonarum qualitate.* Cap. 17.

DElicta omnia aggrauentur,ſi perſpicuis inditiis, appareat aliquem occidendi
animum habuiſſe.quod ex armorum genere,& ex qualitate vulnerum, maxi-
mè argui poteſtiquo caſu,vltra alias pœnas Statutarias,amputetur manus dextra.
Item,ſimiliter aggrauentur ad eandem pœnam amputationis manus, ſi à iuuene in
ſenem,qui annum quinquageſimum impleuerit;à plebeio in nobiles;& ſi cõtra gra-
ues,& honoratos viros, vel contra Doctores,vel contra Procuratores,vel in quacũ
que dignitate conſtitutos,grauis iniuria inferatur. ſimiliter ſi contra Notarios, ex
cauſa ſui officii.in quibus,& aliis ſimilibus caſibus,eadem pœna inferatur.In aliis ve
rò offenſionibus leuioribus;contra tales perſonas,& à talibus commiſſis, liceat ex-
cedere,& aggrauare pœnas à Statutis antiquis limitatas,& illas pro modo, & quali
tate facti,& perſonarum,exacerbare,arbitrio Senatoris, & Iudicum omnium, vel
maioris partis,ſimul conuenientium,facto Aſſectamento. Quod arbitrium,non ſo-
lum ad pecuniariam pœnam,ſed etiam ad carceres,& tormenta,& ad exilium,& fu
ſtigationes,extendatur contra viles homines,vel qui infames,aut crimínoſi eſſent,
& conſueti delinquere.Et in omni caſu,vbi reus pœnam ſoluere non poteſt,aut ma Infra c.24.
litioſè differt,luat in corpus,arbitrio Senatoris,vt ſupra dictum eſt.

*De offendentibus Magiſtratus, uel Executores.* Cap. 18.

OFfendentes Magiſtratus,ius coerctionis habentes,in officio,vel propter officiũ
capitaliter ad mortem plectantur.Sed ſi iniurioſa,aut contumelioſa verba pro-
tulerint;capiantur,& carcerentur,vel torqueantur,vel aliis arbitrariis pœnis,arbi-
trio Senatoris,& Iudicum,plectantur;verborum,& perſonarum qualitate conſide-
ratis.Reſiſtentes verò Mareſcallis, vel executionem impedientes; ſi cum armis re-
ſtiterint; carcerentur,& in carceribus ad menſem detineantur, & torqueantur, vel
aliis pœnis corporis afflictiuis,ſecundum perſonarum,& facti qualitatem,afician-
tur.Et non liberentur, niſi prius integraliter omne intereſſe,& pœnam, Fiſco, vel
Parti perſoluerint;ſi pecuniarium ſit intereſſe,vel pœna.Sed ſi pœna eſſet capitalis,
vel ſanguinis,ad quam exemptus tenebatur; ſimilem pœnam,is,qui exemit, patia-
tur. Si verò ſine armis reſiſtatur;Statuta antiqua ſeruentur.Pro offenſionibus autẽ,
in perſonam Executorum illatis; duplicentur pœnæ,tam in antiquis, quàm in nouis
conſtitutionibus,pro delictorum qualitate limitatæ.

*De falſa moneta.* Cap. 19.

STatuta priſca,aduerſus fabricatores falſarum monetarum, non ſolum ſi auream Supra lib.2.c.64
vel argenteam monetam cudant,verùm etiam ſi ęnea,vel alia quæcunque expẽ-
dibilis

dibilis moneta cudatur,vel ſtampetur,vel fundatur, aut quomodocunque fabricetur,& quocunque ſtigmate,vel ſigno,non ſolùm Pontificis, ſiue Imperatoris, ſed etiam Regum, & Ciuitatum, ius cudendi monetas habentium,falſificentur;vltimi ſupplicii pœnam irrogantia;extendi, ac ſeruari volumus. Et diligentiſſimè contra hos inquiri,non ſolum contra fabricantes, & fabricari facientes, ſed etiam contra permittentes,& ſcientes,receptantes,& contra quoſcunque conſcios, lucri participes. Et ſi fuerint domini alicuius Caſtri,vel villę;ipſi domini, ſi in poteſtate haberi poſſunt, capitaliter ad mortem puniantur.Sed ſi haberi non poſſunt,diffidentur ad capitalem pœnam,& publicentur bona omnia. Et contra ſubditos, & vaſſallos, & contra Communitates,& vniuerſitates eorum,ad diffidationes,& repreſalias procedatur. Et quandocunque capi poſſint,ad executionem dictæ capitalis pœnæ procedatur.Communitates verò,etiam ipſæ,ſi ſciuerint,& non prohibuerint,vel ſi prohibendi facultatem non habeant,ſi quàm primum potuerint, non denunciauerint Principi,vel aliis Superioribus; incidant in pœnam mille ducatorum, & ad dictam pœnam diffidentur,& ad repreſalias contra omnes municipes,& eorum bona, deueniatur. Contra alias verò priuatas perſonas,ſcientes,qui lucri participes nõ fuerint,nec auxilium,conſilium,vel fauorem,ante,vel poſt factum dederint; arbitraria ſit pœna.quam Senator,& Iudices arbitrari poſſint ad pœnam ſanguinis,mutilationis membrorum, fuſtigationis, carcerum, tormentorum, exilii, perſonarum qualitate,& conditione conſideratis. Et in omnibus dictis caſibus, ex ſola infamia, per ſex ſaltem,veridicos,& fide dignos teſtes,probata, vel per pauciores, cum aliquali inditio; Senator inquirere teneatur. Et ſi accuſator,vel denunciator,palàm, vel ſecretè,nominatis teſtibus,interuenerint;quartam partem pœnæ,ſi pecuniaria ſit,lucretur.Si verò capitalis,vel corporis afflictiua; conſtituatur ſibi præmium, arbitrio Senatoris,& Conſeruatorum Cameræ Vrbis.quam partem pœnæ, ſiue præmium, de manibus Camerarii,cum ſolemni bulletta Senatoris,& Conſeruatorum, recipere debeant,& non aliter.

*De uendentibus falſam monetam.* Cap. 20.

Supr.lib.2.c.62. vel 63.

VEndentes autem ſcienter, monetas falſas, ſeu reprobas, & ſcienter ementes, mercandi, ſeu lucrandi cauſa; ſi ſummam vigintiquinque ducatorum exceſſerint; capitaliter, vt ſuprà, puniantur. Et ſi minor ſit ſumma; amputentur ei manus; dummodo vltra quàm ſemel, talia non perpetrauerint. Verùm ſi bis, vel vltra,vendere,vel emere ſcienter falſas,vel reprobas monetas, quis compertus fuerit; capitaliter ad mortem,vt ſupra mulctetur.Et idem in omnibus,& per omnia ſeruetur contra inciſores monetarum; videlicet ſi ſemel,vſque ad ſummam viginti quinque ducatorum inciſerint;capitaliter,pro minori ſumma,pœna manus; ſi vltra quàm ſemel; ſimili pœna capitis damnentur. In expendentibus, ſeruentur dicta antiqua Statuta; & contra hos omnes inquiratur, & credatur; & accuſatores partem lucrentur, vt ſupra.

*De ſtupris, & uiolentijs.* Cap. 21.

SI quis libidinis cauſa,cum vociferatione,& conuicio,turpia verba dixerit contra pueros,vel contra honeſtas mulieres;capiatur,& acriter tormentetur. Et ſi viles ſint perſonæ;virgis cedantur,& per menſem non liberentur,nec relaxentur,niſi pręſtita idonea cautione de non offendendo,& de ſe præſentando ad integrum annũ, totiens quotiens requiſiti fuerint. Si verò quis ex eadem cauſa,pueros,vel honeſtã mulierem verberauerit,vel clamidem,vel infulam,vel quid aliud rapuerit; amputetur ei manus dextra,ita,quòd à brachio ſeparetur.& ſi capi non poterit,ad eandẽ

pœnam



pœnam diffidetur. Si quis verò ſtuprandi cauſa,vim intulerit, vel inuitis parentibus pueros,aut honeſtas mulieres abduxerit;etiam ſi aliter ſtuprum non ſequatur; capite puniatur ad mortem,& ſeruentur antiqua Statuta. Et ſuper his. Senator,& Iudices inueſtigare,& inquirere diligenter teneantur. Supr.lib.2.c.54

*De raptoribus meretricum.* Cap. 22.

SI quis per vim rapuerit meretricem,inuitamq; retinuerit;amputetur ſibi manus dextra.quam redimere poſſit,ſoluendo infra decem dies poſt condemnationẽ immediatè,ducatos centum. vel ſecundum conditionem perſonarum,& facti qualitatem,carceretur, tormentetur,fuſtibus cedatur,vel in exilium mittatur,arbitrio Senatoris,& Iudicum.Et ſimilibus pœnis puniantur principales, facientes trentones meretricibus.ſequaces verò,ſinguli quatuor tractibus cordæ tormententur, & in carceribus ad menſem detineantur. Sed ſi cum armata decem perſonatum,id fecerit;capite puniatur,ſicut in aliis in prohibitis colleſtis prouiſum eſt.

*De incendiarijs oſtiorum meretricum.* Cap. 23.

INcendiarii verò,qui ad oſtia meretricum ignem immittunt,ſi capi poſſint, acriter tormententur.Et ſi viles perſonæ fuerint,fuſtigentur,& fronte ignito ſtigmate ſignata,in exilium perpetuum damnentur.Et ſimiliter ſi nobiles, vel bonæ æſtimationis fuerint; torqueantur.ſed loco fuſtium,& ſtigmatis, ad annum in carceribus detineantur,vel in exilium mittantur,arbitrio Senatoris; & vltra, ad quadruplum damni illati,Parti cuius intererit,teneantur. Et ſi capi non poſſint;diffidentur ad dictam pœnam.In aliis incendiis,ſeruentur Statuta antiqua.Similiq; modo, ad exemplum incendentium oſtia meretricum,procedatur aduerſus eos,qui ſtercora, vel cornua,& his ſimilia,ad limina domorum,& ianuas, iaciunt, vel immittunt, & Supr.lib.2.c.75. qui iaciunt ſaxa,ſeu lapides,tecta,ſiue feneſtras,vel ianuas quatientes.Et ſi quid eorum fiat ad ignominiam honeſtarum perſonarum, vel ſi quis famoſas literas, vel ſcripturas,vel picturas affixerit;capitaliter,ſecundam qualitatem perſonarum delinquentium,& in quas delinquitur, arbitrio Senatoris, & Iudicum; Paceriorum conſilio adhibito,puniantur.

*De ſecuritatibus præſtandis,uel non præſtandis.* Cap. 24.

STatutum de non cogendo offenſores principales,ad ſecurandum, infra annum, Supr.lib.2. c.40 vel biennium; locum non habeat,ſi contra offenſores, ad effectualem executionem debitæ,& integræ pœnæ,proceſſum fuerit; vel ipſe offenſor integram pœnam ſponte ſoluerit,vel depoſuerit. Sed ſtatim ſoluta pœna, vel illius effectuali executione facta;ad cuiuſcunque ſecuritatem petentis (præſtita per eum prius ſecuritate, & compromiſſo facto in Pacerios)ex officio Senatoris,& Iudicum,omni mora poſt poſita,periuris,& facti remedia,compellantur. Ad ſecurandum autem ipſos principales offenſores,vel auxiliatores,offenſi,etiam poſt annum, nec ante, nullatenus cõpelli poſſint,niſi exacta,vel ſoluta pœna,effectualiq; executione facta,& facto etiam compromiſſo in Pacerios,vt ſupra. Poſſint tamen incontinenti, conſanguinei, vel affines vtriuſque partis,ad ſe inuicem ſecurandum,compelli.Et ſi non petierint; Senator,& Iudices,etiam ex officio,tales conſanguineos,vel affines,ſine mora, inter ſe ſecuritatem præſtare compellat,& cogat,in quibus, liberum habeat arbitrium. Et ſi minæ præceſſerint;non ſolum pro ſe, ſed pro omnibus attinentibus vſque ad tertium gradum incluſiuè,ſecurare teneantur,vt ſupra dictum eſt.

*De libro diffidatorum, & inueſtigatorum.* Cap. 25.

SEnator Vrbis, retineat apud ſe vnum librum cum chartis numeratis, & ſtampatis ſigno Cameræ Vrbis; in quo, per alphabetum, nomina omnium diffidatorũ deſcribat, ſeu deſcribi faciat; illumque diligenter cuſtodire, & finito officio, in manibus ſindicatorum, ſucceſſori tradendum, conſignare teneatur; aliàs, ad omne intereſſe, & vltra, ad pœnam centum ducatorum, Cameræ obligetur; & de ſuo ſalario in ſindicatu retineantur. Similiter etiam retineat, ſicut hactenus conſuetum eſt, librum (quem ſacchettam appellant) in quo Notarii maleficiorum, ſua manu, nomina delinquentium, qui ad eorum notitiam peruenerint, cum annotatione temporis, & diei, & qualitatis delicti, ſummatim annotare debeant. Et aliter ad capturas inueſtigatorum (niſi in grauioribus delictis) deueniri non poſſit. quæ capturæ, ſemper ſigillo Senatoris fieri debeant; & aliter non valeant. Et dictus liber conſeruetur, & reſtituatur vt ſupra, ſub dicta pœna. Omnes autem & ſinguli diffidati pro crimine, & qui de præſenti ſunt in brigha; in dicto libro deſcripti; deſcribantur in charta membrana capaci, per nomina, & cognomina; & Regiones, cum expreſſione pœnæ. Et ſingulis hebdomadibus, dum ſit forum in Capitolio, exhibeantur in publicum, & in valuis, vel columnis eadem charta appendatur, & vt ab omnibus inſpici, & legi poſſint; ibi ſaltem per vnam horam, dum ius redditur, retineatur. Et fiat dicta annotatio ſimiliter per alphabetum. Et ab vna parte deſcribantur Ciues, & incolæ domicilium in Vrbe habentes; ab alia foreſes, extra Vrbem habitantes. Vel fiant duæ chartæ diſtinctæ, vt faciliùs inueniantur, & maiori infamia notentur; & vt omnibus magis innoteſcant. Et detur fides huiuſmodi ſcripturis, ad effectum procedendi ad capturam diffidatorum, & offendendi ipſos, in caſibus permiſſis; ac etiam excipiendi contra eos, vt ab agendo, & ab officiis publicis, ac dignitatibus repellantur. Et ſi contingat aliquos ex hiis reaffidari, vel diffidationes caſſari; pariformiter Scribæ Senatoris Vrbis, aut Prothonotarius Curiæ Capitolii, nomina eorũ ex dictis chartis, de mandato Senatoris, & Iudicum, & ad cuiuſque petentis inſtantiam, delere, & cancellare teneantur, ita quòd legi non poſſint. Et nullus alius, ſub pœna falſi, manus apponere poſſit, aut corrumpere præſumat dictas parentes ſcripturas. Et ſi Senator, vel eius Iudices maleficiorum, vel Scriba Senatus, in his exequendis ceſſauerint; is, qui ceſſauerit, aut neglexerit; decem aureorum, toties quoties omiſerint, pœnam incurrant. Item, Senator habere, & retinere debeat vnum alium Codicem, ſimiliter cum numero chartarum ſignatarum, & Stampatarum; in quo omnes infamati de homicidiis, de furtis, vel aliis huiuſmodi facinoribus, diligenter annotentur, & deſcribantur. & ſi ex his aliquem pro aliquo delicto capi contigerit, carcerari, & torqueri poſſit; dictaque ſola infamia, ſaltem per quatuor idoneos teſtes probata, & abſque aliis inditiis, ſufficiat contra tales ad torturam.

*De corrigenda ignauia inertis iuuentutis.* Cap. 26.

ET quoniam plerunque facinora multa committuntur, ab iis, qui ſine induſtria, nullamque artem exercentes, cum ignauia vitam ducunt; & qui plerunque in aleis, & ludis non permiſſis, & in baratationibus, aut nonnunquam etiam in comeſſationibus, & crapulis, aut in meretricationibus, & lenociniis, deſidem, & infamem vitam agentes, nihilque communi hominum ſocietati vtilitatis conferentes, continuè verſantur; Ad obuiandum hiis, vnde fomenta, & cauſæ delictorum præbentur; Senator Vrbis, vnà cum Conſeruatoribus, & Paceriis, vel ipſi Pacerii tantum, per ſingulos tres menſes, dum renouantur, & creantur noui Magiſtratus Romanorum, in ingreſſu eorum officii, admonere debeant Capita Regionum Vrbis,



Vrbis, vt quiſque ſingula capita omnium, tam Romanorum, quàm foreſium, in ſua Regione habitantium, cenſere debeat. Et ad id, etiam preſbyteri, & Rectores parrochialium eccleſiarum, compelli poſſint. Diligenterque exploretur de vita, & de moribus, & de artibus, & de facultatibus, vnde veſtes ſericeas, vel laneas mutet, vnde anulos, & alia precioſa bona comparent; vnde immoderatos ſumptus effundant. Et hæc, & alia diligenter inueſtigent, & exquirant. Et ſi poſtquam tales inertes, fuerint ter moniti; ad meliorem vitæ frugem non reducantur, & ad aliquod laudabile exercitium ſe non accommodauerint; carcere, exiliis, & aliis mulctis, & pœnis, ipſorum Senatoris, & Conſeruatorum, & Paceriorum arbitrio, plectantur, atque damnentur, in perpetuum, vel ad tempus, & prout eis magis expediens viſum fuerit. Supr. lib. 1. c. 35

*De æſtimatione iniuriarum.* Cap. 27.

PRo quibuſcunque iniuriis, grauibuſque contumeliis, & conuiciis, de quibus etiã criminaliter, proceſſum fuerit ad condemnationem, vel diffidationem; & pro quibus Pars offenſa nullam partem pœnæ receperit, aut recipere velit; poſſit ciuiliter agi ad æſtimationem iniuriarum. Et Senator, & Iudices, dictas iniurias, quò ad priuatum intereſſe, ſecundum qualitatem, & conditionem perſonarum, & iniuriarum, cum moderatione debita, eorum arbitrio (delato Parti iniuriam paſſæ, ſolemni iuramento) taxent, & ad debitum temperamentum reducant. Similique modo pro ſumptibus, & expenſis, factis in curandis vulneribus, & pro dãnis paſſis in operibus, quibus offenſi caruerint, aut ſint carituri; vltra criminalem pœnam, ciuiliter agi poſſit contra offenſores. Et in hiis procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſolaque facti veritate inſpecta, & ad celerem executionem, iuſtitia mediante, procedatur.

*De pacis beneficio.* Cap. 28.

SI quis terrore, vel minis præcedentibus, aliquem ad pacem præſtandam adduxerit; omni pacis commodo, & beneficio (quò ad diminutionem pœnæ) ſit excluſus; & omni beneficio cuiuſcunque reſcripti, ſeu gratiæ, omnino priuatus. Nec pax minis præcedentibus ſecuta, pro ſit illis, qui ſic illam fuerint conſecuti, quoad dictos effectus. Sed tali beneficio indigni reddantur, & habeantur; & pax ſic præcedentibus minis, vel aliis violentiis, facta; violenta, & coacta præſumatur. Et quo ad effectum remiſſionis pœnæ, vel obtinendæ gratię, ex reſcripto Principis, aut Superiorum; conceſſio, nulla, nulliuſque momenti exiſtat. Quo autem ad effectum ſecuritatis præſtitæ De ſe mutuò non offendendo; valida ſit, & perpetuò inuiolabiliter obſeruetur, & ſalua, & firma remaneat, & vim perpetuę ſecuritatis obtineat. Perpetua autem ſecuritas, nullatenus intelligatur vim pacis habere, ad dictos effectus gratiæ, vel remiſſionis alicuius partis pœnæ, ex beneficio Statuti, vel reſcripti.

*De defenſoribus non audiendis.* Cap. 29.

COnſtitutionem per Sixtum Papam Quartum, æditam; per quam prohibitum eſt, excuſatores, & defenſores, aut Procuratores, pro abſentibus, in criminalib' cauſis admitti, cum hac qualitate, & forma obſeruari mandamus; videlicet, quód Senator, & Iudices, ſicut ex eorum officio, diligenter pro delictis nocentum, indagandis, & inueſtigandis, inquirunt, & teſtes examinant; ita & pariformiter ex eorum officio, æqualitate ſeruata, pro innocentia inueſtigare, & indagare, & teſtes de veritate facti informatos, per quoſcumque ad eorũ notitiã deducantur, interrogare, & examinare, & in actis annotare, & deſcribi facere, teneantur, & debeant. Et nõ prætermittere teſtem, & teſtium dicta, pro innocentia deponentium; aliàs tam Iudices, Supr. lib. 1. c. 7.

quãm Notarij, veritatem facti, pro innocentia examinare, & dicta teſtium ſcribere, & annotare, & in actis ponere, aut per malitiam, aut per manifeſtam deſidiam ceſſantes; in ſindicatu, ad intereſſe obligentur, & pœna falſi puniantur.

*De teſtibus contraria deponentibus.* Cap. 30.

IN quacunque cauſa, ciuili, vel criminali, teſtes, iudicialiter, vel coram arbitris, vel arbitratoribus, citata tamen Parte, examinati, contraria in facto deponentes, ſi ad concordiam eorum dicta reduci non poſſint; ante prolationem ſententiæ, de facto capiantur, & carcerentur, vel denuncientur per arbitros, ſeu arbitratores, Senatori. Qui, viſis & conſideratis atteſtationibus, contrarietate reperta, de facto, ad capturam procedat; & per quæſtiones, & tormenta, veritatem eliciat. Incipiat autem, tam quò ad capturam, quam quò ad tormenta, ab hiis, qui magis ſuſpecti videbuntur, perſonarum qualitate, & aliis circunſtantiis conſideratis; & illis demum fides adhibeatur, qui habita quæſtione, in ſuo dicto perſeuerauerint. Et Senator teneatur dictum articulum falſitatis, infra octo dies expedire; ad pœnam infraſcriptam. quibus octo diebus elapſis, ad terminationem ciuilis cauſæ, iuſtitia mediante, & non antea, procedatur. Iudex autem, vel arbiter, ſiue arbitrator, qui in denũciando negligens fuerit; in pœnam vigintiquinque ducatorũ, incidat. Poſſit etiã, & debeat Senator, ad cuiuſcunque quærelam, ſeu denunciationem, de iis inquirere, & inquiri facere, & ſecundum antiqua Statuta puniat. in quibus, ſi negligens fuerit, eandem pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, de ſuo ſalario retinendam.

Supra lib.2.c.13

*De raptoribus, & diſrobatoribus.* Cap. 31.

INſidiatores itinerum frequentatorum, impunè occidere, vnicuique permittitur. Pro prima autem diſrobatione; in loco, vbi reperti ſunt (ſi in flagranti crimine reperiantur) ſuſpendantur. Sed ſi non ſit repertus in flagranti crimine, & in poteſtate habeantur; cauſa cognita, ſimiliter pro prima diſrobatione ſuſpendantur. Et idem ſeruetur contra raptores nocturnos, qui cum violentia, in Vrbe ſpoliant tranſeuntes, ſi vulnera intulerint. Et ſi non intulerint vulnera, ſed aliter verberauerint; amputetur manus dextra; alioquin, fuſtigentur, & acriter tormentati, in perpetuum exilium mittantur. Illi verò, qui bis tales rapinas facere inuenti ſunt; vltimo furcarum ſupplicio damnentur.

*De officio Paceriorum.* Cap. 32.

PAcerii duo, ad annum conſtituantur. quibus poteſtas data eſt, ex officio, per bannimenta, ſeu præcepta pœnalia, & alia iuris, & facti remedia, omnes brigoſos, & inter ſe odia, & inimicitias habentes, tam Romanos, quàm forenſes, tam laicos, quàm clericos, Prælatis exceptis (accedente tamen Reuerendiſſimi Gubernatoris Vrbis auctoritate) etiam ſi ſecuritas perpetua, vel ad tempus, data ſit; ad compromittendum, & compromiſſum in eos, de iure, & de facto, cum idoneis fideiuſſoribus faciendum, cogere, & cogi facere. Inobedienteſque, ſeu contumaces carcerare, mulctare, & ad qnaſcunque grauiſſimas pœnas condemnare, vel diffidare, ſeruata tamen conſtitutione De non cogendis offenſis, ante ſolutam per offenſorem pœnam, de qua ſupra. Condemnationes etiam, vel diffidationes, quas ipſi fecerint, ſequuta pace, vel perpetua ſecuritate; ad quamcumque voluerint, etiam paruam ſummam, reducere, vel in totum remittere. Et ad dictas compulſiones faciendi compromiſſum, vbi ſecuritas præſtita eſt, non niſi ad Partis

cuius



cuius intereſt, poſtulationem deueniatur. Alioquin ex officio, etiam nullo petente, contra omnes alios, ad prædicta procedant; dummodo Pars offenſa, partem pœnæ, ad quam offenſor condemnatus, vel diffidatus extitiſſet, ſponte prius non receperit. Poſſint etiam, vbi, & quando eis videbitur, patrem pro filio, & fratrem pro fratre, ad effectum tantum ſecurandi (ſi petatur) ad compromittendum in eos, compellere; niſi probetur inter fratres extare lites, vel odium, ſeu maleuolentiam, vel niſi frater ſeorſum à fratre, diuiſione facta antea, ſaltem per vnum annum, habitaſſet. Quibus Paceriis, parere teneantur omnes Executores, & in eorum declarationibus, arbitrariiſque ſententiis, aſſiſtere. Et ſi recuſauerint; incidant in pœnã quam ipſi Pacerii declarauerint. In quorum arbitrio, & poteſtate ſit, quaſcunque emendas, ſiue in pecuniis, ſiue etiam cum vulneribus, & verberibus, etiam cum ſanguine, per offenſores (ſi partem pœnę ſibi tangentis, offenſus ſponte non recepiſſet) præſtari facere. Sed ſi partem pœnæ, offenſus habuerit; alia emenda ſibi non præſtetur, quoad vindictam. Sed ſi qua damna paſſus fuit, vel ſi expenſas in medicando feciſſet; ad reſartiendum, vltra partem pœnæ ſolutæ, offenſorem condemnare poſſint. Nec à ſententiis Paceriorum, liceat appellare, nec reclamare; nec per viam quærelę, nec recurſus, nec ſupplicationis, cõtrauenire. Nec poſſint ipſi Pacerii quouiſmodo recuſari. Sed ſi ex aliqua iuſta, & legitima cauſa, aliquis ex eis, ſuſpectus eſſet; ſemper Reuerendiſsimus D. Gubernator Vrbis, ſeu Vicecamerarius, qui tũc erit, in dicto caſu ſuſpitionis, tertius ſit inter eos; & cum altero non ſuſpecto procedat, & cognoſcat, & Pacerii fungatur poteſtate. Quod, locum habeat, vbicumque clerici, vel aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, ad compromittendum in eos, compelluntur, vt ſemper Gubernator ſit tertius.

*De congregatione Officialium fienda, pro obſeruantia conſtitutionum.* Cap. 33.

ITem, quòd pro obſeruatione præſentium, & aliarum bonarum, & laudabilium conſtitutionum, & pro aliis neceſſariis ad bonum regimen, & ſtatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ad tutelam Vrbis, & Ciuium; ſingulis menſibus, ad minus, fiat ſemel congregatio per Conſeruatores; in qua interueniant Cancellarii, & Notarii, Capita Regionum, Pacerii, & treſdecim, & vigintiſex Cõſiliari⁹, & Notariis, & Cancellarius Conſeruatorum. Ceſſantes verò conuenire; mulctentur in vno ducato, vice qualibet; niſi iuſtam habuerint excuſationem, & excuſatorem miſerint. Quæ pœna, de facto auferatur. Et ſi Conſeruatores in ea exigenda, negligentes ſint; ipſi teneantur in ſindicatu ad duplum, totiens quotiens exigere negligentes fuerint. Et ſi ceſſauerint Conſeruatores, dictam congregationem ſingulis menſibus facere; incidant in pœnam decem ducatorum, vice qualibet, & in ſindicatu de eorum ſalario retineantur.

*De portione pœnarum, & quòd Rei luant in corpus.* Cap. 34.

IN omnibus caſibus, in quibus pecuniariæ pœnę debentur, vel damnatorum bona publicantur; ſemper dimidia pars applicetur Parti offenſæ, vel ſuis hæredibus, ſi habere voluerint; alioquin, Fiſco integra remaneant. Prӕterea, in omnibus delictis, quarta pars ſit accuſatoris, vel denunciatoris, quorum diligentia, & ſollicitudine, delicta in lucem veniunt. Quibus etiam, Senatoris, & Conſeruatorum arbitrio, præmium conſtitui poſſit. Et in omni caſu, in quo reus non vult; vel non poteſt pecuniariam pœnam perſoluere; luat in corpus, arbitrio Senatores, & Iudicum. Et ſi quando expediens fuerit pro bono pacis; Pacerii adhibeantur.

Sup.co.li.2.c.17



Vt de

*Vt de ſimilibus ad ſimilia procedatur.* Cap. 35.

IN omnibus etiam caſibus, in quibus per præſentes conſtitutiones, vel antiquas, non eſſet expreſſa limitata pœna; procedatur de ſimilibus ad ſimilia, & ſufficiat in genere ſimilitudinem accipere. Sed vbi omnino aſſimilari caſus non poſſent; arbitrio Senatoris, & Iudicum, pœnæ declararentur, vel alterentur, adhibitis Paceriis, ſi quando expediens fuerit ad effectum pacis, & concordiæ Partium & ad diſſenſiones Ciuium ſedandas. quod arbitrium extendatur ad relegationem, ad opus Galearum, necnon & ad ſanguinem, carcerationes, tormenta, fuſtigationes, & ad exilium perpetuum, vel ad tempus, ſecundum facti, & delictorum, & perſonarum qualitatem. Deo gratias.

## Tabula primi libri reformationum Alexandri Sexti Pont. Max. De cauſis ciuilibus.

QVA hora ius reddi debent Cap. 1
De citatione minorum Cap. 2
De citationibus ad domum Cap. 3
De cauſis ſummariis Cap. 4
De eodem Cap. 5
De eodem Cap. 6
De prorogatione inſtantiæ Cap. 7
De declinatione fori Cap. 8
De compromiſsis Cap. 9
De cauſis commiſſariis, & earum inſtan. Cap. 10
De ſportulis Cap. 11
De ſuſpitione Iudicum Cap. 12
De purgatione contumaciæ, in reſponſione articulorum Cap. 13
De examine teſtium Cap. 14
De appellationibus Cap. 15
De eodem Cap. 16
De retardantibus proceſſum, vel expeditionem cauſarum Cap. 17
De præſcriptione perſonalium actionum, & hipothecæ, ſeu pignoris Cap. 18
De ceſsione bonorum Cap. 19
De uſufructu dotis, & alimentis Cap. 20
De donatione propter nuptias Cap. 21
De donatione inter uiuos, uel cauſa mortis Cap. 22
De pactis, & donationibus non ualituris Cap. 23
De pignoribus prætoriis, & conuentionalibus. Cap. 24
De altercantibus ſuper eadem poſſeſsione Cap. 25
De repreſaliis Cap. 26
De feriis, & ueneratione Sanctorum Cap. 27
In quibus cauſis feriæ non obſtent Cap. 28
De mercedibus inſtrumentorum Cap. 29
Conuenia de mercedibus Cap. 30
De mercedibus ſententiarum, & actorum Cap. 31
De prothocollis, & libris Notariorum defunctorum Cap. 32
De ſalariis Aduocatorum, & Procuratorum Cap. 33
De Sindicis Senatoris, & Officialium forenſium Cap. 34
De officio Conſeruatorum Cap. 35

## Tabula ſecundi libri, De cauſis criminalibus.

DE interpretatione, & moderatione bullæ Paulinæ contra brigoſos æditæ Cap. 1
De tumultuoſis armatorum collectis Cap. 2
Quæ dicantur illicitæ collectæ, & quot illam faciat Cap. 3
De receptationibus, prohibitis à brigoſis fieri. Cap. 4
De brigoſis, non permittentibus Officiales perquirere prohibitos receptari Cap. 5
De uiſitatione brigoſorum permiſſa Cap. 6
De ulciſcentibus ſe contra offenſores, & quando dicatur aſſaſsinium Cap. 7
De receptationibus in genere, ſi per alios, quàm per brigoſos fiant Cap. 8
De inferentibus iniuriam Iudici Cap. 9
De inferentibus minas in genere Cap. 10
De ferentibus arma uenenata Cap. 11
De ferentibus, uel iacientibus plumbatam Cap. 12
De fractione pacis, & ſecuritatis Cap. 13
De aggreſſoribus, & percuſſoribus in facie Cap. 14
De percutientibus cum fuſte, uel baſtone Cap. 15
De percutientibus pugno, uel alapa in facie Cap. 16
De arbitrio Senatoris, & pœnarum aggrauatione, pro perſonarum qualitate Cap. 17
De offendẽtibus Magiſtratus, uel Executores. Cap. 18
De falſa moneta Cap. 19
De uendentibus falſam monetam Cap 20
De ſtupris, & uiolentiis Cap. 21
De raptoribus meretricum Cap. 22
De incendiariis oſtiorum meretricum Cap. 23
De ſecuritatibus præſtãdis, uel nõ præſtãdis Cap. 24
De libro diffidatorum, & inueſtigatorum Cap. 25
De corrigenda ignauia inertis iuuentutis Cap. 26
De æſtimatione iniuriarum Cap. 27
De pacis beneficio Cap. 28
De defenſoribus non audiendis Cap. 29
De teſtibus contraria deponentibus Cap. 30
De raptoribus, & diſroboratoribus Cap. 31
De officio Paceriorum Cap. 32
De congregatione Officialium fienda, pro obſeruantia conſtitutionum Cap. 33
De portione pœnarũ, & ꝙ Rei luãt in corpus. Cap. 34
Vt de ſimilibus ad ſimilia procedatur Cap. 35

Noua



# Noua Vrbis Romæ Statuta, ſuper cauſis ciuilibus, à Magiſtratibus Populi Romani promulgata, & per Sanctiſſimum D. N. D. Leonem X, Pont. Opti. Maxi. Motu proprio confirmata.

QVONIAM ſæpenumero, propter temporum, ac negociorum uarietatem, variantur, & leges; proptereaque illarum reformationes, & interpretationes, de nouo fieri expediat; contingatq; à Curia Capitolii (ex eo, quòd in aliis Curiis Vrbis, ſummariè proceditur, nec iudiciarius ordo, ex quo multæ nullitates deſcendunt, in eis ſeruatur) multos diſtrahi, & litigantes ſæpe plus ſuper nullitatibus, quàm in principali negocio, laborare; ac etiam pro negociorum deciſione, multa vtilia reformanda eueniunt; Idcirco, magiſter Iohannes Baptiſta de Verallis; magiſter Cęſar de Maniliis; Petrꝰ paulus Veccius, Almæ Vrbis Conſeruatores; ex publicoque decreto adhibiti D. Angelus Medices, de Cæſis, I. V. D. & Marius Millinus, Cancellarii Vrbis; Dominicus de Pichis, Capitum Regionum Prior; Petrus de Gelatis, Iacobus de Nobilibus, Petrus Stephanuccius de Alberteſchis; Bartholomęus de Federicis; Iohannes Baptiſta de Sanguineis, Virgilius Cincius, Laurentius Mattabuſus, Marcus Marcellus Lenus, Iacobus de Buccabellis, Paulus Antonius de Sanguineis, Laurentius Bernardinus, & Franciſcus Maccius, Capita Regionum, eiuſdem almę Vrbis; Paulus Planca, dictꝰ Angelus Medices, de Cæſis; Antonius Leonius, Tarquinius de Sancta Cruce, Mariꝰ Salamonius, Sacroſancti Conſiſtorii Aduocati; Marcus Antonius de Alteriis, Petrus Antonius de Matthæis, Franciſcus de Branca, patriti; dictus Antonius Leonius, ac Iacobus Liricus, Capitolini Collegii patronorum, & Notariorum præfecti; dictuſq; Franciſcus Maccius, ac Hieronymus Riccio, eiuſdem Collegii Correctores ad id ſæpe per diuerſa publica Conſilia deputati, ob publicam vtilitatem, ſanctiones has à Sanctiſſimo in Chriſto patre, & D. N. D. Leone, diuina prouidentia Papa X. confirmandas, ſtatuerunt, & ordinauerunt.

*De modo procedendi, in omnibus, Cauſis excedentibus ſummam uiginti quinque ducatorum, ſeu illorum ualorem.* Cap. 1.

STatuimus, quòd actor teneatur citari facere reum, perſonaliter, vel aliàs (iuxtà formam citationis Ad ſententiam, inferiùs deſcribendam) Ad vidẽdum productionem petitionis, & reſpondendum illi. quam, facto teneatur exhibere in ſcriptis. Et altera die, vel aliàs, ad libitum actoris (ante tamen productionem articulorum) reo verbaliter citato Ad conteſtandum litem, aliás, ad videndum pronuntiari Litem haberi pro conteſtata; & ad videndum præſtari iuramẽtum calumniæ; eo non comparente; vel comparente, & litem huiuſmodi minimè conteſtante; in eius contumaciam, lis habeatur pro conteſtata; & actor iuramentũ calumniæ præſtet. Quibus peractis, producantur articuli, inducantur teſtes, aliaq; fiant hincinde in cauſa, quæ pro verificatione, ſeu impugnatione dictæ petitionis, reſpectiuè, neceſſaria fuerint, aut opportuna. Teneatur tamen Iudex, in ſimilibus cauſis dare trinas dilationes Partibus, ad probandum de eorum iure, competentes, iuxtà importantiam cauſarum, & difficultatem illarum, videlicet duas ad probandum, & vnam ad probatum habendum per omne genus probationis. Quibus dilationibus elapſis, Iudex cauſam expediat, nec requiratur alia tela, ſeu ordo iudiciarius; & aliàs prędictis non ſeruatis, ſententia ferenda, ſit ipſo iure nulla. Non poſſit tamen

Supr. lib. 1. c. 58.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tamen actor, aliquid addere, vel minuere dictæ petitioni, poſt huiuſmodi litis conteſtationem, ſeu habitam pro conteſtata, abſque refectione expenſarum. Et Iudex teneatur totam cauſam petitionis expedire, abſoluendo, vel condemnando, reſpectiuè, prout iuſtum fuerit, ſub pœna vigintiquinque ducatorum.

*De cauſis à uigintiquinque ducatis infrà, ſeu illorum ualore.* Cap. 2.

ITem etiam, ſtatuimus, & ordinamus, vt in cauſis à vigintiquinque ducatis infrà, procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ſine libello, litis contentione, iuramento de calumnia, & aliis ſolemnitatibus, & ordinibus Iudiciorum, etiam ſubſtantialibus, cum aliquali petitione verbali (apud acta tamē redacta) ſeu per viam monitorii, nullis terminis ſeruatis, in Curia Capitolii ſeruari ſolitis. Et dictum Statutum extendatur etiam in penſionibus Caſalium, prædiorum, pretii herbarum, & domorū, reſponſionum vinearum, & mercedis, etiam cuiſcunque ſummę, & valoris exiſtant.

*De inſtantiis, & fatalibus.* Cap. 3.

CVpientes, quantum poſſumus, finem litibus imponere, & intricationes dierum vtilium, & prorogationum, tollere; Statuimus, quòd in prima inſtantia, cauſa ciuilis terminari debeat infrà annum qui currere incipiat, à die litiſconteſtationis, ſeu habitæ, pro conteſtata. In ſecunda verò inſtantia, ſcilicet appellationis; cauſa terminetur infrà ſex menſes. In tertia verò inſtantia (vbi eſſe contingat) infrà quatuor menſes decidatur. Quibus terminis, ſeu inſtantiis decurſis; reſpectiuè; actor condemnetur in expenſis, & Iudex incidat in pœnam vigintiquinque ducatorum. Et nihilominus, etiam poſt lapſam inſtantiam, teneatur Iudex ad inſtantiā Rei, cauſam expedire, & omnia acta in dicta inſtantia facta, fidem faciant in quocumque iudicio.

*De citationibus, ac modo, & forma citationum.* Cap. 4.

IN omnibus actibus iudiciorum, ſeruetur Statutum antiquum ſub rubrica De forma citationis ciuilis; & ad executionem inſtrumentorum, teſtamentorum, apodiſſarum, & aliorū quorūcunque; necnon immiſſionē in poſſeſſionē, ex primo, vel ſecūdo decreto; & ad ſententiam audiendā (in qua etiam Procurator citari debeat) ac etiam ad habendum aliquem pro confeſſo; ſufficiat citatio ſub hac forma, videlicet.
Lib.1.cap.46. & lib.4.c.3. *Coram tali Iudice. Romana caſalis, domus, ſeu pecuniaria, & ſimilia. Citetur N. ex aduerſo principalis, ad uidendum deferri iuramentum ſuppletorium, & concludendum, & audiendum ſententiam, ad primam diem iuridicam. Inſtante N. principali, ſiue eius Procuratore.* Cuius citationis copia (quatenus Pars principalis, perſonaliter apprehēdi non poſſit) relinquatur in manibus domeſticorum domus, ſiue affigatur per Mandatarium, in valuis domus ſolitæ habitationis eiuſdem citati.

*De cauſis executiuis inſtrumentorum.* Cap. 5.

Lib.1.c.75. QVòd in cauſis executiuis inſtrumentorum, & apocharum; terminus ſtatutarius ad opponendum, & probandum; ſit peremptorius ad omne genus probationis, & perfecti examinis; ita quod nō ſufficiat iuraſſe teſtes, niſi realiter depoſuerint. quo elapſo, & non probato; Iudex exequatur realiter, & cum effectu, vnica citatione præcedente, ſine alio mandato, quod vulgò dicitur executiuo, concedendo ſimpliciter apodiſſam; non obſtante alio Statuto, vel ſtilo, contra diſponente. Et dicto termino durante, actor teneatur liquidare dictum eius inſtrumentum, quatenus opus ſit. Idem fiat, vbi factæ fuerint aliquæ probationes, quæ non releuant. Si verò con-



verò contingat publicari teſtes, & fieri reprobationes, eo caſu, poſt datas copias, per præſentem legem, reprobare volens, habeat terminum quinque dierum vtiliū, ad reprobandum. quo elapſo; Iudex infra alios quinque dies iuridicos, cauſam expediat. In qua non ſit opus alia pronuntia, quàm vel apodiſſam concedere, aut pronuntiare inſtrumentum, vel apocham non mereri executionem. Quibus terminis, & diebus elapſis, perempta intelligatur inſtantia. Lib.2.c.4.uerſ. additum.

*De interrogatoriis ad teſtes dandis* Cap. 6.

ITem, ſtatuimus, quòd citatus ad dandum interrogatoria, ad illā, & ſequētē dies poſt habitam copiam articulorum, vel alterius actus ſuper quo intenditur teſtes examinari facere; ſi nō dederit; ſibi imputetur, & examinetur ſine interrogatoriis, ſub religione tamen Notarii interrogantis. qui omnino teneatur interrogare de cauſa ſcientiæ, loco, tempore, & præſentibus; nec opus ſit alia pronuntia ſuper dandis interrogatoriis. qui terminus intelligatur per hanc legem datus, cui per Iudicem non poſſit derogari. Volumus tamen, quòd quocumque tempore, nondum perfecto examine, darentur interrogatoria, expenſis tamen examinari volentis, ſuper dictis ſuis interrogatoriis recipiantur; & ſuper illis interrogentur illi teſtes, qui non eſſent tunc examinati, arbitrio tamen Iudicis interueniente, ne fiat fraus circa ſubornationem teſtium, & expeditionem cauſæ; quocunque ſtilo in contrarium, non obſtante; quem volumus per hanc legem abolitum eſſe.

*De Notariis moroſis in teſtibus examinandis.* Cap. 7.

ITem, quòd Notarii ſint diligentes in examinādis teſtibus; & ſi requiſiti legitimè, oblato, vel depoſito viatico, ſiue debita mercede, non examinarent; ipſo iure intelligantur eſſe priuati ipſa cauſa. qui non poſſint per Iudicem reintegrari. & ſi fuerint reintegrati; eorum acta, & examen non valeāt, niſi fuerint iuſta cauſa impediti, & à iudice approbata; & interim ante approbationem cauſæ, non ſcribant, neque aliquid faciant in illa cauſa; ſub pœna falſi. quo caſu retardati examinis, teneantur Parti ad intereſſe, & alter ſolus examinet, niſi alius ſtatim ad inſtantiam Partis, addatur ad examen; qui illico habitis ſcripturis ad examen neceſſariis, ſub ſimili pœna examinet.

*De Notariis notatis, & remotis.* Cap. 8.

VOlumus, quòd Notarius, qui ter remotus fuerit à cauſis, in quibus ſcribebat, ipſo iure intelligatur eſſe priuatus ab officio Notariatus, illius, & alterius Capitolii Tribunalis; ita quòd perpetuò ibi ſcribere non poſſit; ſub pœna falſi. & hæc exceptio, & accuſatio, contra eum, ſit popularis.

*De excommunicationis, ſeu diffidationis exceptione.* Cap. 9.

ITem, ſtatuimus, quòd obiiciens exceptionem excommunicationis, ſeu diffidationis, poſt concluſionem in cauſa; per Iudicem, vel Statutum, vel Partes; præſumatur calumnioſè opponere; & ſententiæ interim promulgatio non retardetur, & valeat. Ante verò concluſionem opponens; deponat certam quantitatem pecuniarum, arbitrio Iudicis, in ea mulctandus, aduerſario aſſignanda illicò, ſi non legitimè probauerit; & aliàs, non audiatur, tanquam præſumptus calumnioſus. Idem ſeruetur cōtra opponentes exceptiones noui pacti, conuētionis, vel liberationis, aut ſatisfactionis, pendentiſue alibi litis, factæ; quando opponuntur ad impediendum executionem rei iudicatæ, vel aliam quamcumque executionem, & executio rei iudicatæ non impediatur, niſi facto deponatur res, pro qua executio petitur. Lib.2.c.37.in fi.

Qua litera

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *Qua litera, ſiue quibus caracteribus, extractus, et regeſtra fiant.* Cap. 10.

ITem, ſtatuimus, quòd extractus, & regeſtra, fiant litera Italica, ſimpliciter deſcriptis actis de verbo ad verbum, prout iacent ſcripta ab initio, nihil addito, neque diminuto; aliàs, Partes non teneantur pro illo aliquid ſoluere, & Notarius incidat in pœnam decem ducatorum, Item, deponens pro aduerſario, non deponat niſi debitam mercedē; & quicquid vltra depoſuerit, non ſit ius recuperandi ab aduerſario, pro quo depoſuit; nec valeat depoſitio ante cauſam inſtructam, & finitum extractū, & legitimè factum computum chartarum.

¶ *De temporibus dandarum, & reluendarum copiarum.* Cap. 11.

ITem, ſtatuimus, quòd debeat Notarius omnes copias petitas, dare ad primam; & ſi nimis magnæ fuerint, infra duos, aut tres dies; ſub pœna remotionis à cauſa; niſi fuerit iuſta cauſa impeditus. Et intelligatur ipſo iure priuatus; & acta per eius manus in illa cauſa, poſtea; ſint nulla. Et ſimiliter Pars petens, intelligatur ipſo iure monita ad reluendum, ad illam eandem diem, qua Notarius tenetur dare; & non opus ſit vlterius citare ad reluendum; quocumque ſtilo in contrarium non obſtante. qui per præſentem legem intelligatur abolitus, & ſublatus. Declarantes, quòd tempora dandarum copiarum, non computentur in dilationibus pendentibus, & Notarius teneatur ſub eadem pœna, diem datæ, vel oblatæ copiæ, in actis annotare.

¶ *Vt nihil pro oſtendendis portandiſue actis, exigatur.* Cap. 12.

QVòd Notarii nihil recipiant pro oſtendendis actis, & ſcripturis productis, Iudici; neque pro portatione actorum, & extractuum, vel regeſtrorum; ſub pœna priuationis officii, ipſo iure. Ita quòd poſſit ab alio, tanquam vacans impetrari, ſed ſufficiat ſibi ſua merces.

¶ *De ſtilis ſublatis.* Cap. 13.

PEr preſentem Legem, tollimus ſtilum De aſſignando termino trium dierum, ad iuſtificandum, & impugnandum commiſſionem; ſed ſufficiat citatio Ad dicendū contra cōmiſſionem, & prorogatio termini ad primā, poſt habitā copiā à petente. Si verò aliquid opponatur, quod probatione indigeat; tunc petenti terminus per hāc Legem, vtrique Parti quinque dierum, ad probandum, & probatum habendū ſtatutus ſit. Item, quòd depoſita ſportularum, non poſſint repeti, niſi vnà cum expenſis litis, per eum, qui finalem victoriam obtinuerit. Accedentes autem ad alias Curias; incidant in pœnas amiſſi depoſiti, ipſo iure; & Procurator, qui interuenerit pro eo, ſit ipſo iure infamis, infamia iuris, & facti, & interdictus officio Procuratorū, & eius nomen ſcribatur in Tabula infamium, in valuis Capitolii, & nihilominus, teneatur Senator, in hoc iuriſdictionem Capitolinam defendere.

¶ *De eodem.* Cap. 14.

SImiliter, tollimus ſtilum citandi Ad reluendum copiam. Et imputetur petenti, ſi non inſteterit pro ipſa habenda; & ſufficit accuſatio contumaciæ non reluentis. Item, tollimus ſuperſtitioſum ſtilum petēdi ſpecificari materias, ſed ſufficiat medio iuramento datas.

¶ *De eodem.* Cap. 15.

SImiliter, tollimus ſtilum faciendi mandatum reo, de ſoluendis expēſis taxatis, infra octo dies; ſed taxatione facta, ſufficiat vnica citatio Ad ſoluendum ſecundum taxationem, & apodiſſetur.

Stilus



¶ *Stilus quomodo probetur.* Cap. 16.

ITem, quòd nullus ſtilus poſſit probari per folium ſubſcribentium, neque valeat talis probatio, Sed probetur per teſtes, iure iuratos, & examinatos, & interrogatos ſuper articulis, & interrogatoriis Partium, reſpectiuè, quatenus dare velint; aliàs, probatus per tales ſubſcriptiones, nullam fidem faciat.

¶ *De reſcriptis ſubreptitijs, & ſportulis.* Cap. 17.

ITem, quòd proceſſus, pronunciæ, ac ſententiæ, latæ in vim reſcripti ſubreptitii, vel obreptitii; ſint ipſo iure nullæ, & Iudex, qui ſe gerit pro commiſſatio, virtute talis reſcripti ſubreptii, vet obreptitii, nullas ſportulas exigat, neque modo aliquo recipiat, quas ſi receperit, in dicto caſu, imputetur ſibi in ſimoniam, & pro peccato ſimoniæ, in ſindicatu puniatur irremiſſibiliter, ſimiliterq; ſimoniacus ſit, dans ſportulas prædictas, vltra alias pœnas in dictis nouis reformationibus adiectas.

¶ *De donationibus inſinuandis.* Cap. 18.

VBicunque donatio, excedit ſummam ſeu valorem ducentorum ducatorum, inſinuari debeat intra ſex menſes, à die donationis factæ; aliàs ſit nulla, & iuramentum nihil operetur. Ad validitatem autem dictæ donationis inſinuatæ; ſufficiāt duo teſtes, etiam quòd ſe non ſubſcribant.

¶ *De pactis, & donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramenti.* Cap. 19.

DEclarando, & addendo nouæ conſtitutioni, ſub Rubrica prædicta, ſic ſtare, & obſeruari debere, videlicet, quòd pacta de non petendo, refutationes, quietationes, donationes, à quibuſcunque mulieribus, ſeu minoribus viginti annorum, maſculis, ſub patria poteſtate, ſiue ſui iuris exiſtentibus, nullius ſint roboris, vel momenti, niſi duobus conſanguineis proximioribus adhibitis, quorum non interſit, etiam medio iuramento, approbantibus, non eſſe in præiudicium earundem mulierum, ſeu minorum, & ſi ſub patria poteſtate exiſtant, vocentur ex linea materna, & nihilominus, præſentia patris interueniat. Et ſi aliqui conſanguinei non exiſterēt, cum curatoris legitimi auctoritate, ac ſemper cum Iudicis decreto contrahere poſſint, & aliàs, iuramentum prēſtitum, cenſeatur metu, aut doloſè extortum, & nihil operetur. Et in omnibus contractibus, & negociis, vbi quis, maſculus, ſeu fœmina, reperiatur læſus vltra tertiam partem eius, quod agitur; iuramentum cenſeatur doloſè extortum, & nihil operetur.

¶ *De dotibus.* Cap. 20.

DOs, data à fratribus ſorori, de bonis propriis fratrum, & non paternis, ſoluto matrimonio per obitum ſororis, ſine liberis, reuertatur ad dictos fratres; & ſic ſtipulari debeat.

¶ *De rebus minorum, ſeu pupillorum alienandis.* Cap. 21.

VBi aliqua alienatio per Tutores, ſeu Curatores, cum Iudicis decreto, cauſa expreſſa, & cognita fieri contingat, de rebus minorum, ſeu pupillorum, etiam ſtabilibus, & conſtet, id factum fuiſſe in euidentem vtilitatem ipſorum minorum, ſeu pupillorum; talis alienatio valeat, & teneat,

De donationibus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *De donationibus propter nuptias, & lucro dotali.* Cap. 22.

QVia aliàs Statutum fuit, quòd viri, conſumato matrimonio, lucrentur quartã partem dotis, ad æqualitatem donationis propter nuptias, quam mulieres lucrantur, & deinde ordinatum, quòd huiuſmodi donationem propter nuptias, mulieres lucrentur, ſiue dos ſoluta fuerit in pecunia, ſiue pignore tradita, vel fundo dotali conſtituta, vel aliter ſatisfacta fuerit, etiam ſi in inſtrumento dotali, nulla fiat mentio de huiuſmodi donatione, niſi expreſſè de contrahentium voluntate, de qua manifeſtè conſtiterit, reperiatur remiſſa, Statuimus, etiam in fauorem virorum, idem ſeruari debere.

¶ *De eodem.* Cap. 23.

QVòd lucrum dotale, & donationis propter nuptias, ſemper intelligatur, deducta funeris impenſa, & vir in funere mulieris, habeat veſtem lugubrem de bonis mulieris.

¶ *De ſucceſſoribus ab inteſtato.* Cap. 24.

DEfuncto ſine filiis ab inteſtato, ſuccedant pariter germani fratres, etiam non vterini, excluſis ſororibus, dummodo ſint congruè dotate, vel fratres ſint parati eas dotare.

¶ *De eodem.* Cap. 25.

FIlii poſiti in conditione fideicommiſſi, cenſeantur ad fideicommiſſum tacitè vocati.

¶ *De pœnis conuentionalibus.* Cap. 26.

VBi debitor fuerit in mora, vel culpa non adimplendi promiſſa, eatenus pœnæ conuentionales peti poſſint, quantum actor iurauerit ſua intereſſe, taxatione Iudicis præcedente. Et in euictionibus, poſſit apponi pœna dupli, ac etiam exigi, in euentum euictionis, non obſtante aliquo Statuto, loquente de pœnis conuentionalibus non exigendis.

¶ *De obligationibus facti.* Cap. 27.

IN obligationibus facti, vbi quis poteſt adimplere factum promiſſum, poſſit præciſè cogi ad factum. de quo ſtetur arbitrio Iudicis; alias teneatur ad intereſſe, iuxtà iuramentum principalis; taxatione Iudicis præcedente.

¶ *Quomodo procedatur contra potentiores, qui moleſtant aliquem in ſuis poſſeſsionibus.* Cap. 28.

AD obuiandum inſolentiis aliquorum, præſertim Baronũ, qui adeò ſecretè, vel palam moleſtant habentes poſſeſsiones, maximè vicinas in eorum Terris, ſeu Territoriis, vt eorum domini non poſſint illas quiete poſſidere, nec ex eis fructus colligere; ſtatuimus, quòd D. Senator, conſtito ei per depoſitionem trium teſtium, etiã extraiudicialiter ex eius officio examinatorum, ac famam hominum ibidem conuerſantium, vicinorum, ſeu cuſtodum, de huiuſmodi perturbationibus, ſeu inquietationibus, illico mandet eidem Baroni, aut vniuerſitati, ſeu perſonæ moleſtanti,

ſub aliqua



ſub aliqua graui pecuniaria pœna, vt ab huiuſmodi perturbationibus, ſeu inquietationibus, & moleſtiis deſiſtant, cautionemq; idoneam de deſiſtendo præſtent; & caſu quo non deſiſtant, ita quòd dominus, rei vlteriùs non conquæratur, ſeu dictam cautionem non dederit; præfatus Dominus Senator, per omne genus exactionis, aut miſſionis in poſſeſſionem bonorum dicti moleſtantis, etiam cum repræſaliis, cogat, ad deſiſtendum, & huiuſmodi pœnam impoſitam exigat; ſub pœna quinquaginta ducatorum auri, in ſindicatu retinenda, & incurrenda quotiens requiſitus fuerit dictus Senator.

¶ *De apochis priuatis.* Cap. 29.

APocha, ſeu alia ſcriptura, recognita per tres teſtes, qui manum, & ſcripturam ſcribentis recognouerint; etiam ſi non fuiſſent præſentes confectioni talis ſcripturæ, intelligatur plenè recognita, & habeat executionem, iuxtà formam Statuti. Lib. 1. c. 76.

¶ *De ceſsione bonorum, certo modo admittenda.* Cap. 30.

QVòd noua conſtitutio De ceſſione bonorum, omnino ſeruetur, nec per commiſſionem aliquam, cenſeatur ei derogatum. Et vbicunque per commiſſionẽ fortè admitteretur ad ceſſionem bonorum, ſeu terminum quinquennalem; detur ceſſio huiuſmodi coram Domino Senatore exiſtente in Tribunali, tuba publicè pulſata; & nihilominus, non audiatur in huiuſmodi cauſa, niſi cõſtituat ſe in carceribus, vel caueat de ſoluendo in caſu ſuccumbentiæ. Lib. 3. ca. 339. & Lib. 4. c. 19.

¶ *De executoribus negligentibus.* Cap. 31.

EXecutor quicunque, teneatur infra tres dies feciſſe executionem; aliàs, mulctetur pœna decem ducatorum, vel arbitrio Senatoris; niſi ipſe probet legitimum impedimentum.

¶ *De prodigis, & qui prodigi reputentur.* Cap. 32.

QVòd illi, qui reperiuntur abſque aliquo caſu fortuito, vel abſque iuſta cauſa, alienaſſe maiorem partem bonorum ſuorum; ſint habiti, & reputati pro prodigis; & cenſeatur eis ipſo iure bonis interdictum, abſque alio facto Iudicis, & cum eis contrahi non poſſit abſque curatore.

¶ *De cauſis D. Senatori committendis.* Cap. 33.

SI contingat D. Senatorem minimè eſſe iuriſperitum; quòd dicto caſu, D. Locumtenens pro tempore exiſtens, habeat cognoſcere, & decidere cauſas eidem Senatori commiſſas, ſiue coram eo agitatas. Nec poſſit Senator alium Iudicem loco præfati Locumtenentis, ſuper cognitione, ſeu deciſione dictarum cauſarum, deputare,

¶ *De mercedibus Notariorum, pro actis iudiciariis quibuſcunque.* Cap. 34.

IN primis, pro qualibet comparatione, contradictione, relatione, & pronuntia fienda; pro quolibet Notario, à qualibet Parte; bononenum vnum, Lib. 3. ca. 309. & lib. 4 c. 30. & 31.

S Item

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Item, pro qualibet conteſtatione litis, cum iuramento calumniæ, pro quolibet Notario; bononenos duos, à qualibet Parte conteſtantis.

Item, pro reſponſionibus articulorum, pro quolibet articulo; à qualibet Parte, denarios quatuor.

Item, pro reſponſione interrogatorium, à Parte reſpondentis; bononenos tres, tam ſi ſint duo Notarii, quàm ſi ſit vnus.

Item, pro iuramento cuiuslibet teſtis; denarios octo.

Item, pro examine cuiuslibet teſtis, vſque ad numerum quinque, vel ſex capitulorum; tres bononenos, pro quolibet Notario. Sed ſi capitula aſcenderint ad maiorem numerum; & cauſa eſſet implicita, & grauis, multorum capitulorum; ſoluet Notariis ſecundum laborem fiendum, taxatione Correctorum, ſeu Iudicis, coram quo cauſa pendet indeciſa.

Item, pro interrogatione, ſeu examinatione fienda ſuper interrogatoriis productis contra capitula; ſoluet producens, medietatem illius, quod ſoluitur per producentem capitula.

Item, pro verbali petitione, publicatione, teſtium, & proceſſus, & pro termino dato ad dicendum contra; bononenos duos, pro quolibet Notario, à qualibet Parte, pro qua fuerit facta dicta publicatio, & petitio.

Item, pro qualibet appellatione, & procuratione ad cauſas; bononenos duos, ſi apud acta.

Item, pro quolibet inſtrumento procurationis, ad recipiendum, & quietandum, trãſigendum, & componendum, paciſcendum, & hiis ſimilia; carlenos duos.

Item, pro quolibet folio copiarum; bononenos tres. Quæ copiæ debeant habere verſus viginti, pro qualibet facie; & quilibet verſus debeat habere octo dictiones, ad minus, aut trigintaduas literas. Pro aliis autem iudiciorum actibus; ſi de ſalario reuocetur in dubiũ; taxentur per Correctores Collegii, & eorũ dictis teſtetur.

Item, pro inſtrumento tutelæ, cum inuentario tutelari, aut ſine; pro publicatione; carlenos quatuor.

Item, pro ſtipulatione, & ſcriptura ipſius; carlenos duos.

Item, pro inſtrumento aditionis hæreditatis, cum beneficio legis; & inuentarii, & bannimento, & citatione facta, in forma, ad videndum confici dictum inuentarium; in totum, ducatum vnum; niſi eſſet magna hæreditas. quo caſu, ſtetur declarationi Correctorum, ſeu Iudicis Capitolii, de ſalario, vel mercede Notariorũ rogatorum, ſi de ſolutione verteretur quæſtio inter Partes.

Item, pro ſcriptura, & ſtipulatione ipſius inuentarij; bononenos tres.

Item, pro rogitu inſtrumenti ſubharrationis; carlenos duos.

Item, pro rogitu cuiuslibet ſecuritatis, ſeu pacis; carlenum. vnum tamen habeatur reſpectus ad materiam, & perſonas.

*De diffidatis ciuiliter.* Cap. 35.

Ciuiliter diffidati, non audiantur, nec in agendo, nec in defendendo, nec poſſint obtinere aliquod officium, Romanis dari ſolitum; donec ſatisfecerint, & reaffidati fuerint.

*De liberatis è carceribus, in feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis.* Cap. 36.

QVi ſemel extractus fuerit, ſeu liberatus de carceribus, in honorem feſtiuitatis Aſſumptionis Beatæ Virginis, de menſe Auguſti, ex benignitate Sanctiſſimi D.N. non poſſit vlterius ſimilem gratiam obtinere.

Quòd



*Quòd ſeruetur ius commune.* Cap. 37.

DEclarantes Statutum, quòd inter Ciues, incolas, & diſtrictuales, vbique ſeruetur Statutum Vrbis Et vbi ſtatutum non diſponit; ſeruetur ius Ciuile. vbi deficit ius Ciuile; tunc ad Canones deueniendum; nec immeritò, poſtquam in hac Vrbe Roma, iura ciuilia orta, auctaq; ſunt, & ad alios populos defluxerunt, & (quod plus eſt) adhuc benignè ſuſcepta, ſeruantur.

*Quòd imbuſſulentur, & eligantur Iudices.* Cap. 38.

ET quoniam parum eſt, iura condere, niſi ſint ſapientes, & boni Iudices, qui obſeruari faciant; & ad finem, vt canonicè Iudicum procedat electio; fiat vna buſſula grauiſſimorum, & ſapientum virorum; qui quinquennio ante ſint doctorati publicè, in Collegio Doctorum, & aliquod exercuerint officium Iudicatus; & imbuſſulentur quot haberi poterunt, per quatuor imbuſſulatores eligendos per Conſilium. quorum imbuſſulatorum, vnus ſit Doctor Romanus, alter Procurator Capitolinus, duo ſint ciues Romani, probi, & graues. qui facta diligenti inueſtigatione de iuris ſapientibus in Italia, ſub fide iuramenti, tot imbuſſulent, quot ad eorum notitiam, ex relatu fide dignorum hominum, peruenerint. Et omnes illi, qui fuerint approbati concorditer inter ipſos imbuſſulatores, nemine diſcrepante, imbuſſulentur. Cuius buſſulæ, ſint tres Claues, vna pœnes Dominos Conſeruatores, alia pœnes Priorem capitum Regionũ, & alia pœnes Proconſules Collegii. Reponatur buſſula, & capſa in ſacriſtia de Aracœli, & inde non deferatur in Palatium Dominum Conſeruatorum, niſi publicè, ſub clangore tubarum, aſſociata à Proconſulibus Collegii, & Correctoribus, & ab imbuſſulatoribus, & aliis per Dominos Conſeruatores deputandis, & aperiatur in Conſilio publico, & inde extrahantur tres pallottæ, vna poſt aliam, quæ ſint ſigillatæ ſigillo imbuſſulatorum, publicè recognitæ; de quibus omnibus ſit rogatus Scriba Senatus, ſiue Notarius Dominorum Conſeruatorum. Et illi tres ſic extracti, ſiue eorum nomina, deferantur ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrũ Papam in continenti, per Dominos Conſeruatores, Cancellarios, Priorem capitum Regionum, & imbuſſulatores (omnibus requiſitis) ſaltem duos. Et qui ex illis tribus, ſic electus à Sanctiſſimo Domino Noſtro fuerit; intelligatur, & ſit Locumtenens Domini Senatoris, & primus Collateralis Curiæ Capitolii, ad vnum annum integrum, qui refirmari non poſſit. Reliqui duo, qui remanſerint, iterum ponantur in buſſula, incluſi pallotta, vt ſupra. Et aliter facta extractio, non valeat ipſo iure. & ex eadem buſſula extrahantur Iudices appellationum. Quæ quidem extractio, fiat ſexto menſe ante vacationem officii; & ſtatim notificetur illi ſic extracto, & electo, vbi fuerit, cum conditionibus officii, ſalariis, & emolumentis; ad finem, vt poſſit deliberare, an velit acceptare, & tempus habeat ad componendas ſarcinulas. Qui, ſi non acceptauerit; poſſit ſimiliter eligi alius, & extrahatur, & eligatur, vt ſupra; & tot ſucceſſiuè eligantur, donec vnus acceptet.

*Dè ſecundo Collaterali.* Cap. 38.

SImilis buſſula fiat de ſecundo Collaterali Capitolii. Qui ſic electi, doceant ante ingreſſum ſuorũ officiorum, per literas patentes auctenticas, de doctoratu, & legalitate, & fide, & ſimiliter de bene adminiſtratis officiis, ab illis Ciuitatibus, vbi Magiſtratum geſſerunt. Et eadem diſpoſitio ſeruetur de primo Collaterali, & Iudice appellationum.

S 2 De pri

### De priuilegijs exemplandorum inſtrumentorum, ſublatis. Cap. 39.

ET quia multi impetrauerunt priuilegia De exemplandis, & tranſumptandis inſtrumentis, maximè ex prothocollis, & abbreuiaturis Notariorum mortuorum, non obſeruata ſolemnitate requiſita, ac matura cognitione ex forma Statutorum Vrbis; vnde multa inconuenientia naſcuntur; maximè multa auctenticantur, quæ non merentur auctenticari; ideo ſtatuimus, inſtrumenta exemplanda, non ſeruata forma Statutorum Vrbis, nullam executionem mereri, neque fidem aliquam eis ad hiberi, in quocunque iudicio. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, in contra rium impetratis; ſed ſint ipſo iure nulla, nulliuſq; fidei, & vigoris.

### Declaratio ad Statuta de compromiſsis faciendis. Cap. 40.

ITem, declarantes ambiguitatem Statutorum De compromiſſis faciendis, exceptis cauſis liquidorum inſtrumentorum, vel quæ de facili liquidari poſſunt, Intelligi debere de cauſis inſtrumentorum, quando via executiua, iudicium agitatur, nõ autem quando aliter agitur; & in ipſo proceſſu producuntur inſtrumenta, ad probandum, & cauſam inſtruendum, quo caſu, non impediatur petitio compromiſſi.

### De Conſultore eligendo. Cap. 41.

ITem, declarando Statutum in Nouis, ſuper electione Conſultorum; volumus, quòd decurſis tribus diebus, datis Partibus ad concordandum de Conſultore, ſtatim die ſequenti, Iudex ex ſuo officio, datis, vel non datis ſuſpectis, ſecretim à Partibus, de bonis, & doctis viris, & nõ ſuſpectis, in vnam buſſulam coniectis, extrahat vnum præſentibus, vel ad hoc monitis, vel citatis Partibus, publicè, pro Tribunali ſedente; & ille remaneat Conſultor. Aliæ verò chartulæ, vbi deſcripta ſunt nomina aliorum, qui remanſerunt in buſſula, ibi ſtatim publicè inuoluantur non lectæ, in aliqua crumena, vel ſacculo, ſigillis Partium, ſi voluerint, vel aliorum, loco Partium, ſignato, retinenda pœnes Iudicem, vel Notarium cauſæ, donec extractus acceptauerit. Qui ſi non acceptauerit; ſtatim facta notificatione per appellantem, ſcilicet intra vnum diem; tunc extrahatur alter; & deinde aliùs, donec vnus reperiatur, qui acceptet. Qua acceptatione facta, ad inſtantiam petentis Partis, aliorum nomina, qui in ſacculo remanſerunt, publicè legantur; & Notarius cauſæ, deſcribat omnia nomina, tam extractorum, quàm non extractorum, in eius actis; ſub pœna falſi, & hoc, ad obuiandum fraudibus, quæ ſolent in electione Conſultorum fieri.

### De Tertio arbitro eligendo. Cap. 42.

ADdentes Statutis De compromiſſis, declaramus, quòd idem modus, & forma, vt ſuprà, in proximo Capitulo De Conſultore, ſeruetur in electione Tertii, in cauſis compromiſſariis ex forma Statutorum; & fiat electio de perſonis idoneis, ſecundum naturam cauſæ; vt ſi habet articulos iuris, eligatur Doctor, ſi pendet à peritia artis alicuius; eligatur de peritis in illa; & ſic de ſimilibus. Et non expectetur diſcordia arbitrorum, ſed ſtatim fiat in ſingulis compromiſſis, electio Tertii, poſt arbitros; & in reliquis, ſeruetur ordo aliorum Statutorum. Et





Senator ſub pœna quingentorum ducatorum, teneatur compellere arbitros ſic electos, vel poſt cauſam inſtructam, ſententiam dicere, quacunque Parte petente. Volumus tamen, quòd electio dictorum arbitrorum, fiat de illis perſonis, quæ poſſunt per Senatorem, & eius Iudices, compelli ad iudicandum, & qui alias perſonas eligit, præſumatur calumnioſè eligere, vti ſunt Barones, Prælati, clerici, brighoſi, & vagabundi, & ſimiles reliqui. Et peremptoriè monitus idoneos eligere, & ſi non eligat, & ſit ille idem, qui petit compromiſſum; procedatur in cauſa, non obſtante petitione compromiſſi. Si verò ſit aduerſarius; tunc Senator, vel Iudex pro eo, eligat ex officio vnum ſuo arbitrio, quòdque dicti arbitri ſic electi, ſi acceptauerint, iurare debeant in manibus Senatoris, ſiue Iudicis, ſe ex bona fide, & veritate, & iuſtitia, vel Partium conſenſu, ſententiam omnino dicturos.

### De officijs Notariorum. Cap. 43.

ITem, ſtatuimus, quòd officia Notariatus ad Tribunalia Iudicum, non poſſint exerceri, neque impetrari, niſi per Notarios Romanos, matriculatos, qui ſequuti fuerint Procuratorem aliquem, per tres annos continuos, fuerintq; examinati, & approbati per Officiales Collegii, aliàs, quòd non poſſint matriculari, & habeantur pro non admiſſis, eorumq; ſcripturis, actis, & inſtrumentis, nulla fides adhibeatur, & aliter impetrata, non valeant; & eorum actis, & ſcripturis, nulla fides adhibeatur; ſimiliterq; ſeruetur Statutum De non exercendis officiis per ſubſtitutos, ſub pœna ipſo iure amiſſionis officii, & aliis in Statuto contentis.

### Quòd cauſæ per aſſettamentum terminentur. Cap. 44.

ITem, ſtatuimus, quòd in omnibus ſententiis, & articulis præiudicialibus, de conſilio, & voto totius aſſettamenti pronuntietur, & iudicetur, & de tali aſſettamento, & votatione, ſit rogatus Notarius cauſæ. aliàs, ſententia non valeat ipſo iure, & hoc ſi aliqua Partium petierit poni in Aſſettamento, & omnes Iudices teneantur ſine aliqua mercede, & ſportulis, votare, ſub pœna vigintiquinque ducatorum, ipſo facto incurrenda. Et ſi quid datum, vel receptum fuerit, aut promiſſum pro tali Aſſettamento, & votatione, vni vel pluribus ex Iudicibus, ſententia ſit ipſo iure nulla, reſpectu tantùm committentis huiuſmodi ſimoniam; & Iudicibus imputetur in ſimoniã, & corruptelam, & pro delicto ſimoniæ irremiſibiliter in ſindicatu puniatur; & poſſit talis Iudex ab officio remoueri, arbitrio Conſeruatorum.

### Quòd pro Aſſettamentis nihil omnino ſoluatur. Cap. 45.

ITem, in Aſſettamentis maleficiorum, volumus obſeruari, ne quis Iudex, alúſue Officialis, aliquid pro votis in Aſſettamentis, neque pro ipſo Aſſettamento recipiat, promiſſione, vel facto; ſub pœna vigintiquinque ducatorum, & ipſo facto intelligatur ſimoniam feciſſe, & in ſindicatu pro ſimoniaco irremiſibiliter puniatur, & arbitrio Conſeruatorum poſſit ab officio remoueri, & nihilominus ipſa Aſſettamenti deliberatio ſit nulla. Ita quòd de nouo contra illum, pro quo fuit aſſettatum, poſſit inquiri in eodem delicto, non obſtante tali Aſſettamento, quod ſimoniacum, & per corruptelam factum præſumatur per hanc legem. Et ſimiliter Prothonotarius de Aſſettamento rogatus, non audeat pro Aſſettamento plus capere, quàm pro ſententia ſimplici capi poteſt, ſub pœna falſi, & priuationis officii.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА



### *De moderatione ſportularum.* Cap. 46.

Lib.3.ca.278. & lib.4.c.11. & infra c.55. ITem, ad moderandas ſportularum exactiones, conſtituimus, nullas ſportulas deberi in cauſis ordinariis; ſed in merè commiſſariis; videlicet à vigintiquinque infra; carlenos quinque, pro Parte qualibet. à vigintiquinque, vſque in quinquaginta; Iulios quinque. à quinquaginta, vſque in centum; iulios decem. à centum, vſque in quamcunque ſummam; non poſſint excedere ſummam duorum ducatorum auri, pro qualibet Parte. Et quicquid vltra fuerit datum, promiſſumue; imputetur in ſimoniam, & pro peccato ſimoniæ in ſindicatu puniatur; & interim arbitrio Conſeruatorum, poſſit Iudex ab officio remoueri; & nihilominus ſententia ſit ipſo iure nulla, reſpectu tantùm committentis huiuſmodi ſimoniam, tanquam per corruptelam lata; & plus dantes, ſint infames ſimoniaci.

### *Ne liceat ſecundò prouocare.* Cap. 47.

Lib.1.c.167. ITem, clariùs ſpecificantes aliud Statutum; declaramus, in nulla cauſa ſecundò prouocare licere. Et hoc ſimiliter Statutum, in omnibus Curiis, contra Ciues, ac incolas, & diſtrictuales Vrbis, ſeruari debere volumus; & aliàs, proceſſus contra præſens Statutum, ſit perpetuò nullus ipſo iure.

### *De temporibus apoſtolorum petendorum.* Cap. 48.

Lib.1.c.162. INſuper, declaramus, quando legitimè ſunt petiti apoſtoli, ab appellantibus; & Iudex á quo, monuerit ad terminum iuris; quòd terminus iuris, intelligatur ille idē terminus, qui datus eſt à Statuto, ad præſentandum appellationem coram Iudice ad quem. Quòdque non liceat Iudici, aſſignare longiorem terminum ad recipiendum apoſtolos, neque ad longiorem diem monere. In quo termino ſtatuto, & in quacunque parte illius diei, petiti ſufficiant. Et durante termino apoſtolorum, dato per Iudicem; nihil omnino, neque per Partem intimatam innouetur.

### *De appellationibus non recipiendis.* Cap. 49.

ET quia experientia docuit, quòd remedium appellationis, inductum contra iniquitates, ſæpiſſimè iniquitatis ſit inſtrumentum; & per frequentes appellationes à confictis etiam grauaminibus, lites fiunt immortales, Idcirco ſtatuimus, quòd ante diffinitiuam ſententiam, nullo pacto liceat appellare, nec modo aliquo reclamare, etiam ſi pronuntiæ vim diffinitiuæ haberent, quæ aliàs per ſententiam diffinitiuam reparari poſſent; ſed omnia grauamina, & eorum cognitio, diſputatio, & diffinitio, ipſo iure intelligantur per hanc legem, ſine miniſterio Iudicantis, reſeruatæ in fine; Et ideò omnes exceptiones, replicationes, articuli, teſtes, inſtrumenta quæcunque, intelligantur ipſo iure, ſaluis exceptionibus, & iuribus hincinde, in fine cauſæ diſcutiendis. quo caſu, admiſſa, quæ admitti non debeant, iura, teſtes, & inſtrumenta; habeantur pro non productis, neque admiſſis, & nullam fidem faciant, neque adminiculum, ad mouendum animum Iudicis. Et Iudex ſuper articulis reſeruatis, diffinitiuè pronuntiando, intelligatur tacitè illos reieciſſe. Et quia ſunt nonnulli caſus, impedientes litis ingreſſum, qui nullo pacto reſeruari poſſunt; vt exceptio Iudicis incompetentis, litiſpendentis, rei iudicatæ; iuramen-





ti litis deciſiui, deferendi; tranſactionis, litis finitæ, petiti compromiſſi, præpoſterati ordinis ſubſtantialis, cauſæ præiudicialis, pendentis termini ad perficiendum inuentarium, ſecundum l. ſi. C. De iur. delib. pacti De non petendo ad tempus, & excommunicationis maioris; & alii caſus, quibus per Statuta prohibetur audientia, vel actio agēti denegatur expreſſe his, in quibus omnibus ſupraſcriptis, grauato liceat appellare. Volumus tamen, quòd talis appellans, nullo modo audiatur per Iudicem ad quem, niſi deponat apud Camerarium Cameræ Vrbis, infraſcriptas ſummas, in pecunia, vel pignoribus mobilibus, duplum valentibus, aſſignandis ſtatim appellato, in caſu quo pronunciaretur contra appellantem; videlicet, in cauſa decem ducatorum; ducatum vnum. in cauſa à vigintiquinque ducatorum infra; ducatos duos. & in cauſa quinquaginta ducatorum infra; ducatos quinque. à quinquaginta ſupra; ducatos decem. à centum ſupra, vſque in infinitum; ducatos quindecim. Et nihilominus, ad expenſas litis, teneatur. Quæ pecuniæ deponi debeāt apud aliquem campſorem, ad electionem appellati, Lib.1.c.166.

### *De eodem.* Cap. 50.

Lib.1.c.166. QVòd à quibuſcunque pronunciis De exequendo, & apodiſſarum conceſſione; nulla recipiatur appellatio; niſi appellans, infra tres dies, à die repræſentatæ appellationis, deponat apud aliquem idoneum campſorem, ſummam iudicatam, aut pignora æquiualentia; etiam ſi appellatus non requiſiuerit depoſitum. Et ſi eſſet ſumma notabilis, à centum ducatorum ſupra; & reus, perſona, quæ veriſimiliter non habeat tot pignora, poſſit deponere res ſtabiles, plus valentes, ad electionem Partis aduerſæ, infra triduum, vt ſupra. Aliàs, appellatio ſit deſerta, & prima ſententia firma remaneat. Et in obligationibus facti, ipſe appellans teneatur deponere, quantum appellatus iurauerit ſua intereſſe, Iudicis taxatione præcedente. Declarantes, quòd huiuſmodi Statutum, habeat locum tantum in pronunciis De exequendo, non autem in executionibus iam conceſſis, puta in obligationibus in forma Cameræ, à quibus, propter confeſſionem Partis, non liceat appellare.

### *De eodem.* Cap. 51.

SImiliter, à taxatione expenſarum, appellans; non audiatur; niſi ſummam taxatā, præfertur deponat, aut pignora, plus valentia modo prædicto.

### *De appellationibus.* Cap. 52.

QVòd omnes appellationes ante ſententiam diffinitiuam, debeant interponi per manus Notarii cauſæ; niſi docto de legitimo impedimento; aliàs, appellatio non valeat.

### *De eodem.* Cap. 53.

Lib.1.c.163. QVòd in cauſis appellationum, poſſint induci teſtes de nouo reperti, & examinari fieri ſuper articulis datis in prima inſtantia, vel de nouo dandis; dummodo Pars iuret, de nouo reperiſſe. & idem intelligatur de inſtrumentis, & aliis ſcripturis.

De eodem. Cap. 54.

QVòd in omnibus cauſis appellationum,ſi inſtantia deſeratur,à tali deſertione, nullatenus appellare liceat,nec aliqua admittatur appellatio , ſed talis deſertio,rem faciat iudicatam,& Iudex,aut mandatum executiuum dare,vel cauſam deſertam,& inſtantiam peremptam,pronunciare teneatur , ad electionem Partis petentis.

*De ſalarijs,& ſportulis Capitanei, & Iudicis appellationum.* Cap. 55.

ET quia Capitanei,& Iudicis appellationum,ſalarium,eſt paruum ; propter quod graues,& docti viri,illud officium recuſare ſolent;ſtatuimus,vltra ſalarium à Camera recipere conſuetum Pro qualibet ſententia diffinitiua habeat in cauſa à decē ducatorum infrà;carlenos duos;à qualibet Parte decem ducatorum vſque in vigintiquinque carlenos quatuor; à vigintiquinque vſq; in quinquaginta,carlenos quinque; à quinquaginta,vſque in centum,habeat ducatum vnum de carlenis;à centum vſque ad quadringentos,iulios decem; à quadringentis,vſque in infinitum,ducatos duos auri,à qualibet Parte,& hoc ſiue cauſa ſit ordinaria,ſiue commiſſaria.Quòd ſi maiores ſportulas receperit,facto,vel promiſſione;incidat in pœnam viginti ducatorum,& in delictum ſimoniæ imputetur,& de ſimonia in ſindicatu puniatur; poſſitque interim,ab officio,arbitrio Conſeruatorum,remoueri.Et nihilominus ſententia ſit ipſo iure nulla,vt ſupra dictum eſt, tanquam per corruptelam lata , & dantes plus,ſint infames ſimoniaci,quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus. Excipimus tamen à prædicta ſolutione ſportularum,cauſas mercedum,& miſerabilium perſonarum,à quibus nihil exigi volumus, ſub pœnis prædictis , in quibus cauſis,volumus etiam extraiudicialiter procedi.

*De ordinatione Notariorum Curiæ Capitolij.* Cap. 56.

ET quia certa Statuta ordinationes,ſeu conſtitutiones , tempore Magnifici viri D.Egidii Angeli de Archa,de Nernia;iuris vtriuſque Doctoris,Militis,& Comitis, Almeq; Vrbis tunc Senatoris,facta,ſeu edita circa Notarios Curiæ Capitolii, in abuſum,& deſuetudinem deuenerunt,ſeu forte minimè receptę extiterunt,dictæq; conſtitutiones,ſeu ordinationes,ſatis vtiles, & neceſſariæ fuerunt, & ſunt . Ea propter,huiuſmodi conſtitutiones,& ordinationes renouamus,eaſq; obſeruari debere ſtatuimus,atque ordinamus. Quarumquidem conſtitutionum , ſeu ordinationum tenor,talis eſt,prout infra ſequitur, videlicet.

ET primò,addendo quadrageſimoſeptimo,ſub Rubrica De officiis Notariorum, ſupra poſito,ſtatuimus,quòd nullus poſſit,nec audeat officium Notariatus exercere in Curia Capitolii,& eius foro,nec ad Tribunalia dicti fori ſcribere,niſi ſit Romanus ciuis,vel domicilium habens in Vrbe,pro Ciue Romano,ſecundum Statuta Vrbis,reputatus, & niſi ſit matriculatus in matricula Conſeruatorum Cameræ Vrbis,ſub pœna decem ducatorum,vt ſupra applicandorum, & ab eo irrimiſſibiliter,eo ipſo auferendorum , qualibet vice, & vlteriùs, quòd actis, & geſtis ſuis,nulla fides adhibeatur.

ITem quòd quilibet Notarius deſcribens contractus,teneatur, & debeat, ſingulis annis facere prothocollum bene ligatum,cum numero chartarum ſtampatarum ſtampa Collegii Notariorum Vrbis,cum intitulatione annorum Domini, Pontificatu,menſibus,& diebus,ſubſcriptione,& ſigno ſuo;vbi omnes contractus, de qui-

bus rogatus



bus rogatus erit,ſaltem ſubſtantialiter,ſcribere,& annotare debeat;& prothocolla ipſa,infra octauam Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſtampanda DD.Proconſulibus,& Correctoribus pro tempore,exhibere inſpicienda,an contineant dictam ſolennitatem;ſub pœna decem ducatorum auri, vt ſupra applicanda , ac ſub pœna ſuſpenſionis officii,per annum.

ITem,quòd nullus Notarius actuarius,audeat ſedere apud Tribunal alicuius ex Iudicibus Capitolinis,niſi ſit deputatus per Senatorem, Proconſules , & Correctores,& alios Officiales dicti Collegii pro tempore,& abſque eorum mandato in ſcriptis habito;ſub pœna decem ducatorum,vt ſupra applicanda.

ITem,quòd nullus Notarius ad banchum vt ſupra ad ſcribendum deputatus, audeat ex bancho,Iudice pro Tribunali ibi ſedente,diſcedere,& per Capitolium diſcurrere,ſed apud Tribunal ſtare quādiu Iudex ſedebit ad Tribunal , ſub pœna decem librarum,qualibet vice,vt ſupra applicanda.

ITem,quòd nullus Notarius ad banchum vt præfertur deputatus , poſſit exercere aliquod officium procurationis,apud banchum, apud quem eſt deputatus; ſub pœna decem ducatorum,vt ſupra applicanda,qualibet vice.

ITem,quòd quilibet Notarius ad aliquod Tribunal dicti fori deputatus,debeat tenere librum manualem,bene ligatum,cum numero chartarum ſtampatarum ſtāpa dicti Collegii.In quo debeat omnia acta conſcribere,antequam de bancho recedat,ſaltem ſubſtantialiter;ſub pœna repulſionis,à dicto Tribunali,& vnius ducati, applicanda vt ſupra.

ITem,quòd nullus Notarius ad banchum ad ſcribendum deputatus , audeat iura, & ſcripturas,quæ producuntur in cauſis,excedentibus ſummā decem ducatorum, in quibus ipſe ſcribit,& ad ſcribendum deputatus eſt,alicui Partium reſtituere, niſi dimiſſa copia collationata,vel ſaltem Parte citata,& mandato Iudicis interuenientes;ſub pœna decem ducatorum,pro qualibet vice, vt ſupra applicanda , poſſit tamen liberè,lite finita,illa reſtituere,Parte etiam citata,& non aliter.

ITem,quòd quilibet Notarius actuarius,in cauſis quibuſcunque(excedentibus tamen ſummam vigintiquinque ducatorum)in quibus ipſe ad ſcribendum deputatus eſt;debeat de actis,iuribus, & ſcripturis omnibus , quæ fierent , & dabuntur in cauſis ipſis;facere ſolemnem,& ordinatum extractum . Quem non debeat , nec audeat alicui ex Partibus principalibus confidere, ſed ſolùm Procuratori cauſæ , ad tres,vel quatuor dies,& non magis,vidēdum pro ſua informatione.Quibus elapſis, debeat ipſe Notarius ab ipſo Procuratore recuperare, necnon & dicta teſtium per extenſum,à tergo extractus ligare,& ipſi Iudici dare, dum cauſa erit inſtructa , pro illius expeditione,altera Partium petente.Et fiat extractus modo, & forma quibus ſupra. Debeat tamen dictum extractum expeditum dare infra octo dies, à die habitæ arrhæ computandos,ſub pœna decem ducatorum,qualibet vice, vt ſupra applicanda,& ſuſpenſionis ab officio,per annum.

ITem,quòd quilibet Notarius ad banchum deputatus,quādiu Iudex ſederit,in taciturnitate,& ſilentio maneat,& ſolùm vacet in ſcribendis actis;& non audeat de cauſa aliqua contra Iudice loqui,niſi interrogatus , vel niſi Procuratore cauſæ , abſente.

ſente. Quo caſu, poſſit ſupplere abſentiam Procuratoris,pro informatione Iudicis, de actis;ſub pœna decem librarum,vt ſupra applicanda.

Supr.c.40.& 32. ITem, eſt decretum,& ordinatum,quòd Statutum ſub rubrica De prothocollis & libris Notariorum defunctorum (quod eſt in nouis reformationibus, æditis tempore fœlicis recordationis Alexandri Papę Sexti) in vſu ponatur;& in omnibus, & per omnia, prout in eo continetur (quotieſcunque euenerit caſus mortis alicuius Notarii Romani) obſeruetur,& executioni demandetur,ſub pœnis in ipſo Statuto contentis. Itaque quilibet Notarius Romanus,contractus, & alia acta publica,ſcribens,ſit intentus,ſua prothocolla,& ſcripturas,benè,ornatè, & compoſitè ſcribere vt ab omnibus perpetuò laudari,& commendari poſſit,& valeat.

# LEO PAPA X.

CVM (ſicut accepimus) dilecti filii Conſeruatores Cameræ almæ Vrbis, ac alii,vt præfertur deputati,conſtitutiones, & nouas reformationes ſupraſcriptas,ad vtilitatem Curiæ Capitolii,& deciſionem diuerſorum negociorum, ſtatuerint, & ordinauerint; Cupiantq; illas per Nos confirmari, & approbari; Nos,qui ea,quæ ad vtilitatem,& quietem dictæ Curię,& totius Vrbis,fieri contingunt,vt firma, & illibata permaneant,ſummis deſideriis exoptamus; Motu proprio &c. conſtitutiones, & ordinationes ſupraſcriptas (quas etiam per venerabiles fratres noſtros, Laurentium de Pucciis,tituli Sanctorum quatuor Coronatorum,Presbyterum Cardinalem,ſummumq; Pœnitentiarum, ac Domini cum de Iacobatiis, tituli Sancti Bartholomæi in Inſula, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem,videri,& examinari fecimus)confirmamus, & approbamus;Supplentes omnes,& ſingulos defectus, tam iuris, quàm facti,ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem;Ac illos in dicta Curia, quoad cauſarũ proceſſum; & quoad
Sup.li.4.in prin. alia; etiam vbique,in Vrbe,& eius diſtrictu,prout alia Vrbis Statuta ſeruantur,debere ſeruari decernimus,& ita per Iudices iudicari debere,volumus,ac mandamus. Decernentes irritum;& inane, ſi quid in contrarium factum fuerit,vel attentatum. Conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,ſtilo Palatii,indultis quoque,& priuilegiis,per Nos,vel prædeceſſores noſtros, Gubernatoribus Vrbis, vel Auditoribus Cameræ,qui fuerint,vel qui nunc ſunt, conceſſis (quibus, niſi per certa ſigna, ſeu interſignia derogari non poſſit(quorum tenores pro expreſſis,& hic inſertis haberi volumus)quibus ad effectum perpetuæ validitatis, & obſeruationis præmiſſorum,ſimili motu proprio,& ſcientia,expreſsè derogamus) Cæteriſque in contrariũ quomodolibet facientibus,non obſtantibus quibuſcunque.

*Placet,& ita confirmamus I.*

Tabula

# Tabula Quinti libri Statutorum Vrbis Romæ.


DE modo procedendi in omnibus cauſis, excedentibus ſummam uigintiquinque ducatorum, ſeu illorum ualorem Cap. 1
De cauſis à uigintiquique ducatis infra,ſeu illarũ ualore Cap. 2
De inſtantiis,& fatalibus Cap. 3
De citationibus,ac modo,& forma citationũ.Cap. 4
De cauſis executiuis inſtrumentorum Cap. 5
De interrogatoriis ad teſtes dandis Cap. 6
De Notariis moroſis in teſtibus examinandis. Cap. 7
De Notariis notatis,& remotis Cap. 8
De excommunicationis, ſeu diffidationis exceptione Cap. 9
Qua litera,ſiue caracteribus, extractus,& regeſtra fiant. Cap.10
De temporibus dandarum, & reluendarum copiarum Cap.11
Vt nihil pro oſtendendis, portandiſue actis, exigatur Cap. 12
De ſtilis ſublatis Cap.13
Item, quòd depoſita ſportularum non poſsint repeti, niſi unà cum expenſis litis &c. Cap.13
De eodem Cap.14
De eodem Cap.15
Stilus quomodo probatur Cap.16
De reſcriptis ſubreptitiis,& ſportulis Cap.17
De donationibus inſinuandis Cap.18
De pactis,& donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramenti Cap.19
De dotibus Cap.20
De rebus minorum,ſeu pupillorũ alienãdis. Cap.21
De donationibus propter nuptias, & lucro dotali. Cap.22
De eodem Cap.23
De ſucceſſoribus ab inteſtato Cap.24
De eodem Cap.25
De pœnis conuentionalibus Cap.26
De obligationibus facti Cap.27
Quomodo procedatur contra potentiores, qui moleſtant aliquem in ſuis poſſeſsionibus Cap.28
De apochis priuatis Cap.29
De ceſsione bonorũ,certo modo admittēda. Cap.30
De executoribus negligentibus Cap.31
De prodigis,& qui prodigi reputentur Cap.32
De cauſis D.Senatori committendis Cap.33
De mercedibus Notariorum,pro actis iudiciariis quibuſcunque Cap.34
Item,pro qualibet conteſtatione litis
Item,pro reſponſionibus articulorum
Item,pro reſponſione interrogatoriorum
Item,pro iuramento cuiuslibet teſtis
Item,pro examine cuiuslibet teſtis, uſque ad numerũ quinque,vel ſex &c.
Item,pro interrogatione,ſeu examinatione fienda ſuper interrogatoriis productis contra Capitula
Item,pro verbali petitione, publicatione teſtium, & proceſſus,& pro termino dato Ad dicendum contra.
Item,pro qualibet appellatione, & procuratione ad cauſas.
Item,pro quolibet inſtrumento &c.
Item,pro quolibet folio &c.
Item, pro inſtrumento tutelæ cum inuentario tutelari &c.
Item,pro ſtipulatione,& ſcriptura ipſius
Item,pro inſtrumento aditionis hæreditatis, cum beneficio legis,& inuentarii &c.
Item,pro ſcriptura,& ſtipulatione ipſius inuentarii
Item,pro rogitu inſtrumenti ſubharrationis
Item,pro rogitu cuiuslibet ſecuritatis, ſeu pacis
De diffidatis ciuiliter Cap.35
De liberatis è carceribus,in feſto aſſumptionis Beatæ Virginis Cap.36
Quòd ſeruetur ius commune Cap.37
Quod imbuſſulentur,& eligantur Iudices Cap.38
De priuilegiis exemplandorũ inſtrumentorũ.Cap.39
Declaratio ad Statuta De compromiſsis faciendis Cap.40
De Conſultore eligendo Cap.41
De tertio arbitro eligendo Cap.42
De officiis Notariorum Cap.43
Quòd cauſæ per Aſſettamentũ terminentur. Cap.44
Quòd pro Aſſettamentis,nihil oĩno ſoluatur.Cap.45
De moderatione ſportularum Cap.46
Ne liceat ſecundo prouocare Cap.47
De temporibus apoſtolorum petendorum. Cap.48
De appellationibus non recipiendis Cap.49
De eodem Cap.50
De eodem Cap.51
De appellationibus Cap.52
De eodem Cap.53
De eodem Cap.54
De ſalariis,& ſportulis Capitanei,& Iudicis appellationum Cap.55
De ordinatione Notariorũ Curiæ Capitolii. Cap.56


Tabulę Quinti libri,finis.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ... ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

ESSENDO alli giorni paſſati, ſtate confirmate,& riformate,di voluntà, licentia, & mandato del Santiſſimo in Chriſto patre, & Signore noſtro, Signor Leone, per la diuina prouidentia Papa decimo,tutte & ſingule iuriſdittioni del Campitoglio,come apertamente per dichiaratione del prælibato noſtro Signore in forma Motus proprii,ſi può vedere, e qui ſotto ſi contiene,

PEr tanto,per parte, & comandamento del Magnifico, & Illuſtriſſimo Signore Miſſer Gabriele Bonarello,Conte, & Caualiere Anconitano, di queſt'Alma Città di Roma Senatore, & delli Magnifici, & nobili huomini Miſſer Mariano Altieri,Miſſer Pietro de' Federici,& Miſſer Mario Fuluio, della Camera della prefata Città di Roma,Signori Conſeruatori; ſi notifica,& comanda a tutte & ſingule perſone,lequali ſono ſottopoſte, & ſoggette alle giuriſditioni del detto Campitoglio,nouamente per la prelibata Santità di noſtro Signore confirmate, & riformate; Che dal giorno del preſente bandimento in poi, debbiano eſſe reformationi inuiolabiliter oſſeruare,ſecondo che ſon ſtate ſtampate,& ordinate, & renouate, in modo,& forma, come in eſſe ſi contiene.

Dat. in Palatiis præfatorum DD. die X. Octobris, M.D.XXI.
Pont.S.D.N.D.Leonis diuina prouidentia PP.X. anno nono.

Lucas Mutianus de mandato ſſ.
DD.Conſeruatorum Scriptor

Io Mariano Galgano, publico Banditore, ho fatto lo ſopraſcritto bandimento per Roma,& lochi conſueti, die XIIII. Octobris M.D.XXI.

## BANDO ET REFORMATIONE DELLE DONNE ROMANE.

Bando circa alla reformatione del habito, & pompa Nozziale delli Romani.

VEdendoſi al preſente nella Città di Roma il veſtire delle Donne Romane da l'antico habito loro al tutto difforme,& farſi eceſſiue ſpeſe in loro pompe, & ornamenti, ilche tutto procedere ſi conoſce dalle intolerabili doti, a tanta eſtremità ridotte, che nobili, mediocri,& infiniti cittadini ſolo vna delle lor figliuole maritando, a quella a pena poſſono ſupplire,per ilche ne naſcono rari matrimonij,& piu l'eceſſiue ſpeſe in doni,nozze,& funerali. Per cõmune vtilità,& per maggior honore,decoro,& venuſtà di eſſe Romane,& del celebre habito,ilquale per tutte le parti del mondo ſempre tutti gli habiti di honeſtà ha ſuperato, di volontà & mandato del Santiſſimo in Chriſto Padre,& Signor noſtro S. Clemente, per la diuina prouidentia Papa VII. Conſiglio,& patrocinio del Reuerendiſſimo in Chriſto padre A. della Valle,del tt. di S. Priſca,della ſanta Romana Chieſa prete Cardinale,à queſto per ſua Santità deputato per bene,honore,& vtilità della prefata Alma Città di Roma, ſono ſtate le infraſcritte reformationi,& ſtatuti,con piu & maturi conſigli, & concordi deliberationi, fatti, inſtituti,& ordinati: de i quali tutti accioche niuno poſſa pretendere ignoranza, s'e ſtabilito ſi debbano publicamente per la detta Alma Città di Roma ne' luoghi publici & conſueti preconizare,& vulgarmente bandire,& publicare.

Per laqualcoſa a laude e gloria dello omnipotente Dio, & della ſua glorioſiſſima madre vergine Maria,& delli glorioſi Apoſtoli S. Pietro,& S. Paulo della prefata Alma Città protettori,& a honore,& felicità del prelibato S. N. & bene,pace, & tranquillo ſtato di eſſa Alma Città,& di tutte & ſingule perſone in eſſa habitanti,& eſiſtenti.

Per parte,& commandamento del Reuerendiſſ. Mons. Gregorio Magalotto Protonotario Apoſtolico,Vicecamerlengo,& della prefata Alma Città di Roma, & ſuo diſtretto general Gouernatore,& del Magnifico,& generoſo S. Simone Tornaboni,Conte,& Caualier Fiorentino,di detta Città di Roma Senatore Illuſtriſſimo.

Et delli Magnifici Signori M. Mario Salamonio de Alberteſchi de l'una, & l'altra ragione Dottore,& Auuocato Conciſtoriale, M. Gio. Battiſta Theodorico nell'arte della Medicina Dottore,& di M. Bernardino de Vittorii della Camera di eſſa Alma Città Conſeruatori, Si notifica,bandiſce,& commanda a tutte & ſingule perſone,tanto Donne quanto che huomini in eſſi ſtatuti,& reformationi nominati,& deſcritti,che da l'vltimo giorno del preſente meſe in poi debbano eſſe reformationi & ſtatuti inuiolabilmente oſſeruare, cioè incominciare ad oſſeruarli il primo giorno del meſe di Luglio proſſimo che viene, del preſente Anno M. D. XXXII. & a quelli non debbano per alcun modo,in qual ſi ſia tempo cõtrauenire ſotto le pene in eſſi appoſte,da incorrere,& applicare come in eſſi ſi contiene, de quali ſtatuti,& reformationi il tenore è queſto,che di ſotto a pieno ſeguita, & ſi contiene. Fatti nel tempo del magiſtrato de gli infraſcritti S. Caporioni di Roma, cioè di M. Andrea Grana Caporione delli Monti. M. Lorenzo Bonincontro Caporione di Treio, M. Lelio Scartio, Caporione di Colonna.M. Saluator Petruccio Caporione di Campo Marzo, M. Camillo di ſer Ruberto Caporione di Ponte,M. Chriſtofaro del Bufalo Caporione di Parione, & Priore di tutti altri Caporioni, M. Mario Ptolomeo Caporione della Regula, M. Felice di Villa Caporione di S. Stati. M. Pietro Rutilante Caporione della Pigna.M. Gabriele de Federici Caporione di Campitello. M. Marco Antonio Ficoncello Caporione di S. Angelo, M. Domenico Vari Caporione di Ripa,& di M. Bartolomeo Palladino Caporione di Traſteuere. Dat. in palatio præfatorum DD. Conſeruatorum, die xxiiij. Iunij M. D. XXXII. Pont. S. D. N. D. Clementis diuina prouidentia Pontificis Max. Anno Nono.

Lucas Mutianus Magnificorum DD. Conſeruatorum Scriptor.

Io Mariano Galgano Banditore ho fatto il preſente bando in Roma per i luoghi conſueti a di xxv. di Giugno 1532.

STATVTI nuoui ſopra l'habito,& coſtumi delle Donne Romane,& foreſtiere,che andaranno veſtite alla Romana,Et reformatione delli Statuti antichi.

REformationes, & Statuta adhortationes & præcepta S. D. N. Dñi Clementis VII. Pont. Max. ex decreto,& deliberatione publici Conſilij Populi Romani ſuper Dotibus,Funeralibus,rebuſq; aliis infraſcriptis,facta,& ordinata in præſentia Reuereñ. in Chriſto patris domini D. A. de Valle tt. s. Priſcæ, S. R. E. presbyteri Cardinalis ad hoc per ſuam Sanctitatem



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſpecialiter deputatiper Magnificos viros D. Marium Salamonium de Alberteſchis I. V.D. & Aduocatum Conſiſtorialem. Magiſtrum Io. Baptiſtam Theodoricum Art. & Med. Doc. & D. Bernardinum Victorium modernos Cameræ Almæ Vrbis Cõſeruatores. D. Chriſtophorum de Bubalis Priorem Capitum Regionum dictæ Vrbis, necnon infraſcriptos treſdecim alios Reformatores regionatim auctoritate dicti Conſilii electos, videlicet, D. Virgilium de Mantaco pro regione Montium. D. Iacobum de Nigris pro regione Triuii D. Stephanum de Capranica pro regione Columnæ D. Io. Baptiſtam de Cichinis pro regione Campimartis. D. Io. Baptiſtam Pontanum I.V.D. pro regione Pontis. D. Franciſcũ Scapucium pro regione Parionis. D. Hieronymum Ricenatem I.V.D. ac literarum Apoſtolicarum de Parco maiori Abbreuiatorem pro regione Arenulæ D. Iacobum de Creſcentiis pro regione S. Euſtachii. D. Iulianum Magdalenum de Capite ferreo pro regione Pineæ D. Marcellum Capiſuccum pro regione Campitelli. D. Vincentium Matthæum pro regione S. Angeli. D. Io. Baptiſtam de Conſiliariis pro regione Ripæ. & D. Iacobum de Militibus pro regione Tranſtiberim. Quæ exactiſſima ſupradictorum omnium conſideratione, pro decoro, & honeſtate publica, & ad reprimendos immoderatos ſumptus, quibus Romani Ciues in conſtituendis dotibus, ac Mulierũ ornatu, & in nuptiis, ac funerum pompa abutuntur, in hunc modum, & formã vulgari ſermone ad omnium maiorem intelligentiam, prout infra ſequitur per acta mei Angeli Vallati præfatorum DD. Conſeruatorum, & Po. Romani Secretarium in ſcriptis redacta ſunt.

IN primis ſtatuimo & ordinamo, che neſſuna perſona Romana di qualũque ſtato, & grado, o preeminenza ſi ſia, ardiſca, ne preſuma conſtituire, promettere, & pagare, o riceuere tanto in danari contanti, quanto in argento, oro, gioie, poſſeſſioni, o altre coſe, Dote, & Acconcio, in vna, o in piu volte, che paſſi, o ecceda Doi milia ducati de carlini, a ragione di diece carlini per ducato infra eſſi Dote, & Acconcio. Ne ſia licito a queſto contrauenire per alcun patto, conſentimento, etiam giurato, da farſi per li contrahenti in alcun modo, o via, diretta o vero indiretta, alla pena di ducento ducati d'oro, da incorrere per ciaſcuno che cõtrafarà, & da applicare per la quarta parte allo eſſecutore, per l'altra quarta parte allo accuſatore, quale farà tenuto ſecreto, & per lo reſto alla fabrica del palazzo delli Magnifici S. Conſeruatori della Camera de l'alma Città di Roma, & nientedimeno volemo che pagata, o non pagata la detta pena, tutto quello che oltra la detta ſomma ſi deſſe ſotto qualunque colore ſi ſia, di donatione, parafreno, o altro titolo, etiam in perſona della donna, quale ſimilmente prohibimo ſotto la pena predetta, ipſo facto ſia applicata alla fabrica del palazzo delli prefati Magnif. S. Conſeruatori. Et anchora volemo che colui che cõſtituiſce, dà, ouer promette in alcũ modo oltra la ſomma predetta, o ſuo herede, e ſucceſſore, ouero la dõna per laquale fuſſe data, per neſſun tẽpo, venẽdo il caſo della reſtitutione, poſſa redimandare il ſopra più, & habbia perduta ogni attione, che in cio le cõpeteſſe. Ordinãdo, che tutti & ſinguli cõtratti, o priuate ſcritture, quale ſopra cio ſi faceſſero ſiano quãto alla detta quãtità acceſſa ipſo iure nulli, & inualidi, & per vigore di eſſi nulla eſſecutione ſe ne poſſa fare, quãto alla quãtità eccedẽte detti doi milia ducati.

Anchora prohibimo a tutti e ſingoli Notari, che nõ ardiſcano, ne preſumino rogarſi di alcuno inſtrumẽto, ilqual ſia cõtra la prohibition predetta, ne far ſtipulatione che ſia incerta, o che ſi referiſca a qualche cedula priuata, ſotto la pena del falſo, & di Cinquãta ſcudi, da incorrere per ciaſcheduno di loro che contrafarà, e da applicare come di ſopra. E detti contratti ſiano inualidi ipſo iure, & nullius fidei, & eſſi notari s'intendano priuati in perpetuo de loro offitii.

Et ſimilmẽte prohibimo che neſſuna perſona, che in cio come mezano interueneſſe, o altramẽte, ardiſca far cedula priuata, o interuenire teſtimonio in cõtratto, o cedula, che fuſſe contra la prohibitiõ predetta, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Vogliamo anchora, che dalli preſenti ſtatuti ſiano eſſempti Baroni, e Cortigiani, che nõ ſono Romani, e foraſtieri, quali poſſano conſtituir Dote, etiam contrahendo parentato con Romani, in qualunque quantita vorranno, non però poſſino Romani contrahendo parentato cõ Baroni, e foreſtieri eccedere la ſomma predetta, eſpreſſa nel capitolo della Dote, alla pena che in eſſo capitolo ſi contiene, d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito a coloro che vorranno parentare inſieme di porre prezzo alcuno alla caſſa bianca, ne quella nominare, o promettere, tanto per interpoſitione de mezzani, quanto in alcuna ſcrittura da celabrarſi tra eſſe parti, ne ſia licito alla ſpoſa dopoi che ſe ne ſara andata a marito, o prima moſtrare, o far moſtrare a pompa, o altramente le robbe che ſarãno nelle caſſe ſponſalitie, quali vogliamo non poſſino eccedere il numero di dua, alla pena di Cinquanta ſcudi, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuna donna Romana, o foreſtiera, che portara habito Romano, vſare o portare alcuna veſte, che ſia in tutto, o in parte d'oro, d'argento, o d'imbroccatello, ne hauere



per vſo ſuo piu di cinque veſte, tra velluti, raſi, o damaſchi, tra lequali nõ poſſa hauere piu d'vn robbone, & vna veſte di raſo, o damaſco cremeſi, o di velluto, riſeruãdo che ſia in arbitrio ſuo di hauere altre veſte di ciambellotto, taffetta, & hermeſino, alla pena predetta, da incorrere, & d'applicare come di ſopra.

Et perche fino ad hora le dette donne hanno coſtumato, e coſtumano di portare le loro veſte molto ſcollate, di ſorte che declinano dal habito, e portamento antico de Romani, ſi ordina e ſtatuiſce che le veſte, che portaranno ſiano talmente accollate, che coprano honeſtamẽte il petto, nelle quali veſte s'ordina non poſſino portare altro ornamento, che due liſte, o ver doi riuetti d'oro, argento, o d'altri drappi, purche dette liſte e riuetti ſiano ſolamente nelli buſti, e maniche di eſſe veſte, non altroue, e quelle poſſino hauere vn'honeſto traſcino.

Anchora ſi prohibiſce che neſſuna donna Romana, o foreſtiera, che portara habito Romano, poſſa portare alcuna ſorte di cordoni d'oro, d'argento, faldiglie, recami, o intagli di qual ſi voglia ſorte, alla pena predetta da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuna donna Romana, o foreſtiera, che portara habito Romano, ne prima, ne dopo che ſe ne ſara andata a marito portare in teſta trincianti, trecce d'oro, o d'argento, o ricciali di capelli, che paſſino fuora della cuffia, o altri ornamenti in teſta, contra il portamento de Romani, ma ſolo poſſino portare cuffie d'oro con vna gioia, e con tante perle, che il valor di eſſe perle non ecceda il numero di Cinquanta ſcudi, e con vno infezzolato honeſto in luogo di rentorchio.

Non ſia licito alle ſpoſe portare per ornamento loro al collo altro che vn vezzo di perle, co'l ſuo pendente, al modo che ſi coſtuma in Roma, & quando nõ haueſſero detto vezzo, le ſia licito in loco di quello portare vna catena d'oro, laquale non poſſa eccedere il valore di Seſſanta ſcudi, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuna donna Romana, o foreſtiera, che portara habito Romano, vſare o portare alcuna ſorte di panni di ſpalle, che ſiano d'oro, d'argẽto, o d'altro colore, eccetto biãco, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuna dõna Romana, o foreſtiera che portara habito Romano, portar centure il cui valore ecceda il numero di Trenta ſcudi.

Non ſia licito a donna alcuna prima, o dopo che ſe ne ſara andata a marito portare alcuna camiſa, che ſia accreſpata al collo, che ſia lauorata d'oro, argento, o di ſeta di colore, ma ſolo di ſeta, o filo bianco, alla pena predetta da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuna donna Romana, o foreſtiera che portara habito Romano, portar pianelle, o ſcarpe che ſiano d'alcuna ſorte di drappo.

Non ſia licito ad alcuna donna Romana, o foreſtiera, che portara habito Romano, portar guanti, eccetto che alle ſpoſe, finche ſi metteranno in panni, purche non ſiano profumati, o altramente adornati.

Non ſia licito alle ſpoſe di portar piu di quattro anella, connumeratoci il ſigillo, e detto numero non poſſano eccedere.

Et perche le ſpoſe in queſto tempo ſogliono andar ſinantate con sbernie a torno, cõtra il vero, & honeſto portamento de Romani, s'ordina e ſtatuiſce, che neſſuna ſpoſa Romana o foreſtiera, che portara habito Romano, ardiſca, ne preſuma in alcun modo portare dette sbernie, ma in loco di quelle poſſa vſar capparelle, moncili, o robboni a beneplacito ſuo, e debba andare amantata con la tela in teſta al modo Romano, eccetto che ſe ad eſſe ſpoſe, o ad altre donne meſſe in panni accadeſſe d'andare a cauallo, nel qual caſo le ſia licito portar sbernie, e guanti, & non altramente, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Sia licito alle ſpoſe ne' giorni della loro ſubarratione, e finche dureranno le nozze andar veſtite, & adornate di perle, e gioie a beneplacito loro, purche non portino alcuna veſte d'oro, o d'argento, o imbroccatello, non obſtanti le prohibitioni predette.

Non ſia lecito a donna alcuna Romana, o foreſtiera, che portarà habito Romano dopo che ſi ſeranno meſſe in panni, portar cuffie d'oro e d'argento, o lauorate di ſeta di colore, ne portare alcuna ſorte di catene, o maniglie, eccetto che il valore di Ducento ſcudi tra gioie, e perle, non connumeratoci l'anella, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia lecito al ſpoſo donare piu d'vna veſta alla ſpoſa, alla detta pena, da incorrere, e da applicare come di ſopra.

Non ſia licito a padre, o madre, o altra congionta perſona della ſpoſa donare allo ſpoſo, o ad altri per lui dirette, o indirette nel tempo della ſubarratione, ouer prima, o dopo alcun vaſo, bacile, boccale, coppa, nappo, o altro dono, tanto d'oro, come d'argento, denari, gioie, perle, drappi, o altre coſe, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

## REFORMATIONE CIRCA LE ESSEQVIE

Non ſia licito alli parenti dello ſpoſo nel atto della ſubbarratione donare alla ſpoſa alcun dono, eccetto che a patre, madre, fratelli, e ſorelle carnali del ſpoſo, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito alli ſpoſi nel giorno che faranno le nozze reueſtire piu di quattro ſtaffieri, & vn ragazzo, alla detta pena, da incorrere, & d'applicare come di ſopra.

Et anchora perche ne' paſti che ſi fanno nelle nozze è ſolito farſe di grã ſpeſe, accioche per l'auenire ſi facciano piu moderatamente, s'ordina e ſtatuiſce, che non ſia lecito ad alcuna perſona Romana, che farà nozze, tanto da parte dello ſpoſo, come della ſpoſa, nelli paſti che ſi faranno hauere altro che le coſe infraſcritte, cioè antipaſti di quel che li piacerà, & vno intermeſſo d'arroſto, & vn'altro d'aleſſo, ne quali, eccetto pauoni, ſi poſſa mettere ogni altra ſorte di carne, polli, & vccellami, & mettendouiſi faſani, non vi ſi poſſono metter capponi, cõ i ſuoi ſalſumi, ſapori, frutti, torte, ciambellette, confetti, cialdoni, & altre coſe ſimili, alla detta pena, da incorrere, & applicare come di ſopra.

Non ſia licito nel tempo che ſi faranno le rechieſe, a quelle che ve intraueneranno fare honore alcuno al modo che ſi coſtuma al preſente, ma ſol dare vna ſemplice collatione di ogni ſorte de frutti, e confetti d'vna ſorte, con le ſue ciambellette, alla pena predetta, da incorrere, e d'applicare come di ſopra,

Et accioche le ſopradette reformationi habbiano maggiore oſſeruanza, s'ordina e ſtatuiſce, che tutte quelle perſone, che contrauerranno a le coſe predette incorrano nelle pene di ſopra eſpreſſe tãte volte quãte cõtrauerrãno, e ſiano obligati a pagar quelle, padre madre, fratelli, & altre perſone, in caſa di quali i detti traſgreſſori ſtaranno, o pigliaranno il gouerno.

Non ſia licito ad alcuna meretrice e cortigiana vſare, o portar lenzuoli, & altri habiti alla Romana, alla pena della perditione d'eſſi lenzuoli, & altri habiti, che portaſſe alla Romana, & di Cinquanta ſcudi, da incorrere, e da applicare come di ſopra, & contra di eſſe poſſa procedere ogni Corte, e farne eſſecutione etiam de facto.

Et a cagione che da hora inanzi il magiſtrato Romano proceda con maggior riputatione e grauità che non è ſolito procedere, s'ordina, e ſtatuiſce, che li S. Conſeruatori, Cancellieri, Caporioni, Maeſtri di ſtrada, Maeſtri Giuſtitieri, Reformatori dello ſtudio, e Paceri, durante il tempo del loro magiſtrato, ſiano obligati portare in tutti atti publici robbe, ouer mantelli.

Et anchora a reprimere il licentioſe e ſontuoſo veſtire, qual ſi fa modernamẽte in Roma, s'ordina e ſtatuiſce, che neſſuno Romano di qual ſi voglia età, grado, preminenza, o cõditione ardiſca, ne preſuma portare alcun veſtimento, che ſia in tutto, o in parte d'oro, d'argento. o doue interuenga alcuno adornamento di detti drappi, o alcuna ſorte di racami, ò intagli, alla penna predetta, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito ad alcun Romano di qual ſi voglia età, grado, preeminenza, o conditione portar per la Città alcuna ſorte di penne, alla pena predetta, da incorrere, come di ſopra.

Non ſia licito ad alcun ſarto, racamatore, o ad altro artifice di fare in alcuna veſte recami, intagli, o altre coſe prohibite di ſopra a qual ſi voglia Romano, Romana, o foreſtiera, che portarà habito Romano, ſotto la pena di Cinquanta ſcudi, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

## REFORMATIONE CIRCA LE ESSEQVIE ET FVNERALI.

ET perche è neceſſario per le ſpeſe ſuperflue che continuamente ſi fanno in Roma in dãno de pupilli, e vedoue reformare le eſſequie, e funerali per vtilità della Città di Roma, e cittadini d'eſſa, s'ordina e ſtatuiſce, che neſſuno Romano, o Romana ardiſca o preſuma in morte di loro attenenti, tanto maſchi, quanto femine reueſtire altri che la mogliere, figliuoli, e figliuole del defunto, con doi ſeruitori, e due ſerue.

Et in caſo, che eſſi defũti nõ haueſſero figliuoli, che paſſaſſero diece anni, ſi poſſa reueſtire vn'altro a beneplacito dello herede, e ſimilmẽte nõ hauẽdo figliuole femine ſi poſſino reueſtire doi altre dõne, cõ dui ſeruitori, e dui ſerue.

Et in euento che non haueſſero alcun figliuolo ſi poſſano reueſtire doi altri a beneplacito de gli heredi, con doi ſeruitori, doi ſerue, come è detto di ſopra, e tale ordine di ſopra eſpreſſo non ſi poſſa eccedere, alla pena di Cinquanta ſcudi da incorrere, & d'applicare, come di ſopra.

Non ſia licito ad alcuno Romano, o Romana nella morte de ſuoi attinenti, & nelle eſſequie che ſi farãno di quelli, far piu di vinti torcie, di libre quattro l'vna al piu, connumeratoci quelle che ſi portaranno ne' facoloni, alla detta pena, da incorrere, e d'applicare come di ſopra.

Anchora ſi ſtatuiſce e commanda, che alle dette eſſequie non poſſano interuenire piu di due compagnie di laici con ſuoi preti, e facoloni, e due compagnie de frati, ala detta pena da incorrere, & d'applicare come di ſopra.

Similmente ſi prohibiſce che le donne corrocciole, & attinenti del defunto nõ poſſino ne debba andare alla chieſa doue il morto o morta ſi portaſſi a ſeppellire, per tutto quel di che ſi fa le eſſequie, ſotto la predetta pena, da incorre, e d'applicare come di ſopra.

Non ſia licito a chi fara l'eſſequie fare ottaua a pompa, ma ſolo ſia contento delle eſſequie ſotto la pena predetta da incorrere, e d'aplicare come di ſopra.

Et per oſſeruatione delle coſe predette per il tempo da venire ſiano obligati li S. Conſeruatori in principio di ciaſcuno Anno eleggere quattro Cittadini, liquali ſi chiamino Defenſori delli preſenti ſtatuti, e debbano vſare ogni dilgentia, e ſolicitudine appreſſo del S. Senatore, a Cagione che i detti Statuti ſiano mantenuti illeſi, & li tranſgreſſori di quelli ſiano caſtigati. E niente dimeno il detto Senatore poſſa ex officio procedere per via d'inquiſitione, di querela o di accuſa contra d'eſſi tranſgreſſori, ſeruati i termini delli Statuti de maleficii, & diffidare, & condennare, della qual ſententia non ſi poſſa appellare, niſi depoſita, aut ſoluta pena, & l'eſſecutioni in niun modo ſi poſſano fare per il Baricello. E ſe'l Senatore fuſſe negligente in eſſequire le coſe predette incorra in pena per ogni volta, che mancarà di Cinquanta ſcudi da ritenerſi del ſuo ſalario nel ſindicato e d'aplicare come di ſopra.

Anchora è piaciuto alla Santita di N. Signore, per maggior fermezza, & oſſeruãza delli preſenti ſtatuti, & reformationi, che tutti tranſgreſſori, & inobediẽti d'eſſi, oltra le ſopra eſpreſſe pene caſchino in pena di eſcõmunicatione latæ ſententiæ, dallaqual pena non ſi poſſano aſſoluere ſe non da ſua Santità, ouero da ſuoi legitimi ſucceſori, & in articulo mortis.

# Index Rubricarum, ſeu Titulorum, in quinque libros Statutorum almæ Vrbis Romæ.

Primus numerus, Librum; poſterior verò, Capitulum notat.

Admoneatur tamẽ Lector, quòd liber Quartus, in duo volumina diuiditur: ideoq; vbi reperiet (exempli gratia) hmõi tres notas, v3. 4. 2. 5. prior numerus, librum Quartum; ſecundus, librum ſecundum libri Quarti; tertius verò, Capitulum ſignificat.


### A

Admiſſis ad accuſandum 2. 1
Accuſandi modo, & ordine 2. 2
Accuſare infra quantum tempus liceat .70
Accuſare de adulterio, & exfortiamento, quis poſſit & infra quantum tempus 2. 55
Accuſantibus de furto, & robbaria, & non probantibus accuſationem 2. 143
Accuſantibus de pluribus exceſſibus, & aliquos probantibus, & aliquos non 2. 142
Accuſationibus. vide, Si quis
Adulterio, & inceſtu 2. 56
Aduocato, & Procuratore Cameræ 1. 36
Aduocatus, vel Procurator Cameræ non poſſint eſſe Aduocati, vel Procuratores alicuius perſonæ, durante eorum officio 1. 37
Aduocatis, & procuratoribus renunciantibus artem ſuam 1. 155
Aggreſſoribus, & percuſſoribus in facie 4. 2. 14
Alimentis, & mala tractatione maritorum 1. 78
Altercantibus ſuper eadem poſſeſſione 4. 1. 25
Apocharum executione 1. 76
Apochis priuatis 5. 29
Apparatu nõ faciẽdo contra debitas ſeruitutes 1. 138
Appellationibus ſubditorum 1. 176
Appellationibus non recipiendis 1. 166. 167. 168. 169. 170. & 5. 49. 50. 51.
Appellationibus in antiquis 1. 159. 160. & 4. 1. 15. 16. & 5. 52. 53. 54.
Aqua circuli, & aliis aquis 3. 25
Aqua Maranæ 3. 26
Aqua Triuii, & giottellis 3. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
Arbitrio Senatoris, & pœnarum aggrauatione, pro perſonarum qualitate 4. 2. 17
Arma venenata ferentibus 4. 2. 11
Arrhis 1. 122
Arte Bobacteriorum. 3. 35
Artes quæ habeant conſules 3. 36
Artibus, quæ aſſignare debent Statuta Senatori 3. 38
Aſſalimento 2. 71
Aſſalimento de nocte 2. 45
Aſſaſſinis 2. 15
Aurificibus 3. 110. 111

### B

Bannimentis in confiſcatione bonorum 2. 147
Bannitoribus 3. 133
Bannitores faciant bannimenta, & relationes 3. 243
Barbitonſoribus 3. 138
Baronibus iurare debẽtibus ſequimẽta Po. Ro. 3. 163
Baronibus non intrantibus Capitolium 1. 150. & 3. 41
Barattaria non facienda 3. 71
Baſtardis non eligendis ad aliquod officiũ 3. 17
Beneficio pacis indulto paciſcentibus 2. 37
Beneficio confeſſionis 2. 38
Beſtiis furatis, inuentis in tenimento alicuius Ciuitatis, vel Caſtri 2. 51
Bis citatis, licentiatis 1. 51
Blaſphematoribus 2. 102
Brigoſis, non permittẽtibus Officiales perquirere prohibitos receptari 4. 2. 5

### C

Camerario Vrbis, Dohaneriis, & eorum officiis 3. 180
Camerarius Cameræ Vrbis, ſoluat pecuniã Cameralibus per apodiſſam Conſeruatorum 1. 32
Camerarii ludorum Teſtaciæ, & Agonis, teneãtur reddere rationem Conſeruatoribus 3. 210
Campo Teſtaciæ, non ſeminando 3. 229
Campſoribus, & Mercatoribus 3. 112. 113. 114. 115
Cancellaria, & eius cuſtodia, & cuſtodibus 3. 227. 228
Cancellarij Vrbis, & eorum Notarij quid debeant recipere, & de eorum officio 3. 246
Capitula, & ordinationes, ac reformationes 3. 280
Capitulis pecudum 3. 251
Captiuis non mittatur cathena 3. 242
Caſtellanis Roccharum, & Caſtrorum Po. Ro. 3. 117
Cauſa appellationis, non poſſit per nouos teſtes iuſtificari 1. 163. 164
Cauſis à decem ducatis infra 1. 52
Cauſis à decem ducatis ſupra 1. 53
Cauſis à vigintiquinque ducatis infra 5. 2.
Cauſis in quibus non requiritur libellus 1. 49
Cauſis ſummariis 4. 1. 4. 5. 6
Cauſis Commiſſariis, & carũ inſtãtia 4. 1. 10
Cauſis executiuis inſtrumentorum 5. 5
Cauſis Senatori committendis 5. 33
Cauſæ per Aſſettamentũ terminentur 5. 44
Cedens bonis, non poſſit habere officium 3. 334
Ceſſione bonorum 4. 1. 19
Ceſſione bonorum, certo modo admittenda 5. 30
Citationibus, fiendis in cauſis ciuilibus 1. 39
Citationibus minorum 1. 43. & 4. 1. 2
Citandis reis, & modo procedendi in criminali 2. 3
Citandis edicto Senatus 1. 41
Citationibus ad domum 4. 1. 3
Citationibus, & illarum modo, & forma 5. 4
Ciuibus intelligendis pro Romanis 1. 156
Ciuibus Romanis portantibus pãnos ad Vrbẽ 3. 170
Clerici non admittantur ad officia ſecularia 3. 179
Coctigio piſcium 3. 85
Collectæ quæ dicantur illicitæ, & quot illas faciant 4. 2. 3
Collegio Notariorum 3. 37
Colonus requirat proprietarium tempore vindemiarum 1. 127
Cõmittentibus adulterium, & pacem habẽtibus 2. 8
Cõmunitate diffidata, ſinguli cenſeant diffidati 2. 18
Cõmunitates Terrarum, cuſtodiant ſtratas 3. 56


A

# INDEX


Communitatibus debentibus aptare ſtratas, & vias 3.154.
Comparente per procuratorem 1.46
Compoſitionibus fiendis 3.249
Compromiſſis 4.1.9
Conductor, ſiue emphiteota poſſit alteri in emphiteoſim locare 1.124.125
Congregatione officialium 4.2.33
Coniuratione contra bonum ſtatum Vrbis 2.121
Conſanguinei poſſint comparere pro abſentibus 1.45
Conſeruatores dent ſupradicta officia 3.5
Conſeruatores loco officialium impeditorum, alios de eadem Regione ſufficiant 3.9
Conſeruatores ſemel in menſe inquirant fontē Triuii, ne aliquis in eo teneat giottellum 3.34
Conſeruatorū primus, excedat 35. ætatis annū 3.332
Conſiliarii non dicant niſi ſuper eo, quod proponitur in generali Conſilio 3.2
Conſortibus 1.135
Conſules Artium, reddant ius à turre Mercati, verſus Capitolium 3.40
Conſultore eligendo 5.41
Contractuum ſimulatione 1.74
Contumace in reſpondendo poſitionibus 1.63
Conuenia de mercedibus 4.1.30
Conuento actione reali, contumace 1.54
Conuento actione perſonali, contumace 1.55
Coriis, & beſtiis, non emendis à paſtoribus, ſine domino 3.148
Coriis piloſis 3.152.
Corrigenda ignauia inertis iuuētutis 4.2.26
Corrigētibus, et verberātibus familiā ſuā 2.105.& 3.87
Creatione Officialium Collegii Notariorum Vrbis 3.284.285
Creditoribus negligētibus in petendo debitū 1.101
Creditoribus habentibus apodiſſas contra aliquos mortuos 1.102
Creditoribus paciſcentibus cum vno debitore 1.153
Curribus, & carrettis 3.135
Cuſtodes cancellariæ, non relaxent aliquem ſine apodiſſa &c. 3.240

D

Dānatus de crimine capitali, nō habeat officiū 3.333
Damnis datis 3.166.167
Debitoribus plures creditores habentibus 1.151.152
Declaratio ad ſtatuta De cōpromiſſis faciēdis 5.40
Declinatione fori 4.1.8
Defendendis per Curiam in locationibus 1.131
Defendentibus ſe cum moderamine 2.104
Defenſoribus non audiendis 4.2.29
Deliberatione Aſſettamenti 1.18.19
Deliberatione facta per Conſeruatores 1.31.& 3.7
Delicto inquilini 2.106
Deferentibus vxorem ſuam, & tenentibus concubinam 2.60
Deuaſtantibus armaturas, & picturas 3.126
Diffidatis de contumacia, appellantibus, non reaffidandis 1.165
Diffidati, non poſſint eligi ad aliquod officium 2.21
Diffidato offendendo 2.36
Diffidati de homicidio, vel pace fracta, non poſſint petere pacem 2.28
Diffidatis ciuiliter 5.35
Diffidati agentes contra diffidatos, in cauſa ciuili, nō repellantur 2.39
Diffidati à tempore primæ miſericordiæ, habeantur pro reaffidatis à Camera 3.164
Diffidato pro pace, vel ſecuritate 2.34
Diffidatis de contemptu mandati 3.89
Diſrobatoribus, & furibus 2.48.49
Diuiſionibus 1.132.133.134
Diuiſio facta, ſit valida 1.136
Diuiſionem qui petere poſſint 1.140
Diuiſione bonorum homicidarum fienda 2.25
Dohanerius ſi reperiretur defraudator 3.184
Domibus homicidarum non diruen. & ad iudicatione earum 2.26
Domus non diruatur pro pace fracta 2.44
Donatione propter nuptias 4.1.21
Donationibus propter nuptias, et lucro dotali 5.22.23
Donatione inter viuos, vel cauſa mortis 4.1.22
Donationibus inſinuandis 5.18
Dotibus 5.20
Dubitātibus ad ſuas poſſeſſiones accedere 3.42
Duobus Notariis ſimul rogatis de vno Inſtrumento 3.312
Dupplicatione pœnarum, in Milite, & Cauallerotto 2.100
Duplicatione pœnarum ratione temporis, perſonarum, & loci 2.112

E

Edicto citatorio 1.42
Edificantibus in poſſeſſionibus ſuis 1.142
Edificantibus in viis cōmunibus, & pontibus 3.158
Edificiis antiquis non diruendis 3.24
Electis ad ludendum in Teſtacia, & Agone, non ludentibus 3.86
Ementes iura Cameræ, nō poſſint portare arma 3.79
Ementes bona Cameræ, debeant per Officiales Vrbis in illorum poſſeſſionem defendi 1.119
Ementes in portis, & pontibus 3.60
Emptione, & venditione 1.109
Emphiteoticis rebus diuidendis 1.137
Eo, quod debent recipere Cancellarij Vrbis, & eorum Notarij &c. & de eorum officio 3.246
Equis mortuis in ſeruitium Po. Ro. 3.43
Eſtimatione iniuriarum 4.2.27
Euaginantibus cultellum 2.85
Examine teſtium 4.1.14
Exceptione excōmunicationis, ſeu diffidationis 5.9
Exceptionibus non opponēdis cōtra notarios 3.234
Executione inſtrumentorum 1.75
Executione donationum propter nuptias, & inſtrumentorum dotalium 1.79
Executione ſententiæ 1.91.92.93.171
Executione contra homicidam, & bona ſua 2.24
Executione fienda in bonis diffidatorum 3.255.256.257.258.259.260.261.262.263.264.265.266.267.268.269.270.271.272, 273
Executoribus teſtamentorum 1.86.87
Executoribus negligentibus 5.31
Expellentibus foſſores, & mandatarios 2.117.118
Expenſis reficiendis 1.98

F

Fabri non faciant ſpontonem 3.46
Facientibus ſe teneri 2.78
Facientibus contra Statuta 3.277
Facientibus aliquem cadere in ignem 2.81
Facientibus battaliam 2.94
Facientibus ſal per ſeipſos, ſine licētia Cameræ 3.165
Facientibus ficum 2.88
Facientibus aliquem cadere de aliquo animali 2.80
Facientibus ligna in ſilua aliena 3.146
Facientibus rixam 2.95
Facientibus aliquem cadere in terram 2.79
Falſa moneta 2.62.& 4.2.19
Falſam monetam tenentibus, ſeu cābiantibus 2.64
Ferentibus arma venenata 4.2.11.




# INDEX


Ferentibus plumbatam 4.2.12
Feriæ in quibus cauſis non obſtent 4.1.28
Feriis, & veneratione Sanctorum 1.99.& 4.1.27
Feudis 1.128
Fide inſtrumentorum exemplatorum 1.70
Fideiuſſionibus factis magnatibus per Cauallarottos 3.253
Fideiuſſor conuentus non poſſit allegare beneficium nouæ conſtitutionis; & de conuento pro re mobili 1.103.104.105.106
Filiis delinquentibus in patrem 2.87
Filius familias poſſit ſtare in iudicio, ſine conſenſu patris 2.9
Forenſes citentur ad domū procuratoris corū 3.238
Forēſis nō admittatur ad officiū in Vrbe 3.330.331
Forenſibus habendis pro ciuibus 3.250
Forma citationis ciuilis 1.40
Foro competenti 1.38
Fractione pacis, & ſecuritatis 4.2.13
Frangentibus alicui dentem 2.86
Frangentibus ſecuritatem, vel treguam 2.31 32
Frangentibus reconciliationes cum oſculo oris 2.33
Frangentibus cancellum 3.73
Fugantibus aliquem 2.76
Furtis iugorum, & aratrorū, & inciſoribus eorū 2.60

G

Graſcia non extrahēda, & animalibus paſcēdis 3.51.52.53.54.55.56.57.58.59.
Graſcia non incoctimanda 3.275
Graſcerii ſint omnes Romani 3.276

H

Habentibus repreſalias contra cōmune Vrbis 1.146
Habentibus famulos, ſibi ſeruire nolentes 3.151
Habentibus protocolla Notariorum mortuorum 3.294.308
Habitatoribus Vrbis, nō liceat iurare vaſallagiū 3.122
His, qui non permiſerint ſe pignorari 2.116
His, qui condemnationem nō poſſunt ſoluere 2.110
His, quæ in ludis Agonis debentur 3.213
Homicida non reaffidando, niſi prius concordauerit cum Parte 2.27
Homicidio 2.14
Homicidio qui teneantur 2.16
Hora, qua ius reddi debeat 4.1.1

I

Immittentibus lutum in os alicuius 2.75
Immundicia non proiicienda ad Portam Septimianā, nec in Agone 3.153.157
Impedientibus executionem Iuſtitiæ 2.125
Impedientibus Argaſtarolos 3.121
Incendiariis eſtiorum 2.47.& 4.2.23
Incidentibus treccias mulieri 2.89
Incidentibus membrum 2.144
Incidentibus monetam 2.63
Incidentibus pannos de dorſo mulieris 2.90
Inciſoribus vinearum 2.98
Ioculatoribus, & villariis 3.129
Inferentibus iniuriam nuntiis 4.2.9
Inferentibus minas in genere 4.2.10
Iniuriatis 1.145
Inimicatis, non admittendis ad aliquod officiū 3.88
Inimicatis, & diffidatis, non tenendis in Capitolio per Officiales 3.247
Inimicati non ſint Officiales 3.335
Inquiſitionibus, & quibus caſibus formari poſſint 2.5
Inſtantiis & fatalibus 5.3
Inſtrumento allegato ſuſpecto 1.71
Inſtrumento cancellando per Notarium 1.72
Inſtrumentis, & cautionibus non valituris 1.73
Inſtrumentis ſcriptis, per Notarium diffidatum valituris 1.80
Interficientibus lupos 3.119
Interpretatione, & moderatione Bullæ Paulinæ contra Brigoſos 4.2.1
Interrogatoriis, teſtibus dandis 5.6
Inueſtitis per Senatorem defendendis 1.94.95
Iudæis exercentibus vſuras 3.124
Iudæis debentibus portare tabarros rubeos 3.159
Iudæis non cogendis per Conſules ad ſoluendum duplerium Beatæ Virginis 3.161
Iudæis non ſepeliendis, niſi in campis eorum 3.162
Iudæi non ſint exempti a collecta fienda pro Populo Romano 3.221
Iudice aſſeſſore, qui ſindicat Senatorem, & Iudicem appellationum 1.23
Iudices conferant cum aliis Iudicibus, de dubiis, & punctis 1.90
Iudice appellationis, & eius cauſis 1.157.158
Iudices imbuſſolentur, & eligantur 5.38
Iudices procedant per acta pendentia ad ſententias 2.39.149
Iudicibus, & Notariis maleficiorum non formantibus debitè inquiſitiones 2.126
Iudices habeant Notarios in ſuo libro 3.297
Iuramento Senatoris 1.6
Iuramento Iudicum Collateralium, & Iudicis appellationum 1.8
Iuramento Iudicum & Notariorū maleficiorum 1.9
Iuramento Mandatariorum 1.26
Iuramento calumniæ 1.58
Iuramento Iudicis appellationis 1.175
Iuramento Camerarii Vrbis 3.173
Iuramento Conſiliariorum 3.172
Iuramento Notarii Cameræ 3.175
Iure dotis, & donationis propter nuptias 1.77
Ius commune ſeruetur 5.37
Ius, qua hora reddi debeat 4.1.1

L

Lapidantibus in battalia 2.93
Lapidantibus de aliqua domo 2.97
Lapidātibus de turribus, et domibus Tiburtinis 3.144
Legitimatis 1.84
Libellis incertis, & alternatiuis 1.48
Libro fiendo, vbi ſint ſcripti Officiales 3.329
Libro diffidatorum, & inueſtigatorum 4.2.25
Libris, ſcripturis, & priuilegiis Vrbis, conſeruandis 3.327
Libris, & baccalariis Notarii Cameræ, finito officio reſignandis 3.176.177
Liberatis è carceribus in feſto aſſumptionis Beatæ Virginis 5.36
Licentia piſcandi 3.82.83
Liceat occidere porcum damnum dantem 3.78
Litera, qua extractus, & regeſtra fiant 5.10
Litis conteſtatione fienda partibus præſentibus 1.57
Litigantibus cum Iudice, vel Notario 1.154
Locatitiis rebus pro dote obligandis 1.123
Ludentibus ad taxillos 3.72

M

Macellariis cogendis ad ſoluendum 1.120
Macellariis 3.95.96.97.98.99.100





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# INDEX


Maiores viginti annorū pro maioribus habeātur 1.65
Mādatis,& pœnis imponēdis per Cōſeruatores 1.30
Mandatarii non renuncient citationes 2.120
Mandatarii relationi ſtetur 2.119
Mareſcalli non valeant largiri licentiam tenendi tabernas apertas 3.80
Mareſcallis inquirere debentibus per Vrbem 3.107
Mareſcalli non capiant aliquem poſt tertium ſonum campanæ 3.120
Mareſcalli non cogant Iudæos ad ſoluendum ſibi aliquid 3.160
Maſſariis ponendis ſuper deſertione vinearum 1.126
Maſſario deputando per Conſeruatores ad cuſtodiā rerum Capitolii 3.8
Memoriale contra Cameram quando aſſignaretur, citentur Aduocatus,& Procurator Cameræ 3.239
Menſura,Calcariorum 3.105
Menſuris,& tabernis 3.101.102
Menſuræ omnes ſigillentur ſigillo Senatus 3.106
Mercatoribus,& Campſoribus fallitis,per Senatorem capiendis 1.148
Mercatoribus pannorum veterum 3.128
Mercatoribus,& ferrarijs,non debentibus tenere apothecas apertas 3.127
Mercatoribus portantibus mercātiam ad portum Ripæ,quòd faciant eam ſcribere per Ripariū 3.248
Mercantia extrahenda, & pecunia ſoluenda Cameræ 3.171
Mercedibus Notariorum pro actis iudiciariis 3.309
Mercedibus Notariorum pro inſtrumentis quibuscunque 3.310
Mercede Notarii Conſeruatorum 3.320
Mercedibus Scriptoris Conſeruatorum 3.321
Mercede Prothonotarii 3.322
Mercedibus Notarij Cameræ 3.323
Mercedibus Scriptoris Cameræ 3.324
Mercedibus Notariorum maleficiorum 3.325
Mercedibus inſtrumentorum 4.1.29
Mercedibus Notariorum pro actis iudiciarijs quibuscunque 5.34
Mercedibus ſententiarum,& actorum 4.1.31
Mercedibus Notariorum.vide, Quantum.
Mercedibus Mareſcallorum 3.326
Minantibus contra aliquem 2.83
Minoribus,qualiter procedatur contra eos 2.103
Moderatione ſportularum 5.46
Modo,& ordine accuſandi 2.2
Modo procedendi ſuper accuſationibus, & inquiſitionibus 2.4
Modo procedendi contra mulierem accuſatam, vel inquiſitam 2.8
Modo procedēdi in omnibus cauſis excedētibus ſummā vigintiquinque ducatorū,ſeu illorū valorē 5.1
Modo procedendi contra potentiores moleſtantes aliquem in ſuis poſſeſſionibus 5.28
Molēdinariis,& quibus diebus macinent 3.131.147
Molendinariis,& hortulanis dānum dantibus 3.169
Moneta falsa 2.62.4.1.19
Monetam incidentibus 2.63
Monetam falſam tenentibus,ſeu cambiantibus 2.64
Mulieribus ad teſtificandum cogendis 2.12


## N


Naufragio 3.45
Negantibus filiationem 1.64
Negligente petere penſionem 1.129.130
Non acceptantibus officia 3.16
Non debentibus piſcari,vel ire per riuos 3.230
Non mittatur catena captiuis 3.242
Notario faciēte falsā chartā,& de faciēte eā fieri 2.66
Notariis maleficiorum,non debentibus cogere aliquē ad recolligendum abſolutionem 3.142
Notarii,& ſcriptores ſint contenti eorum ſalariis,& aliud perueniat ad Cameram 3.183
Notarius executorum,quantum recipiat pro aſſignatione Inſtrumenti 3.197
Notarius,& Officiales Cameræ,omnia ponant in Camera 3.201
Notarii Maleficiorum,pecuniam per eos receptam aſſignent Camerario 3.203
Notarii Maleficiorum,dent copiam accuſationum,& inquiſitionum petentibus 3.236
Notariis matriculandis 3.289.290
Notariis rogatis de inſtrumentis 3.291
Notariis ad banchū deputatis,& perdentibus inſtrumenta 3.293
Notariis ad banchum deputandis 3.296
Notarius nō matriculatus nō ſedeat ad bāchū 3.298
Notarii non ludant ad ludos inhoneſtos 3.299
Notarii banchi,faciant libros manuales 3.300
Notarii non recedant à bācho Iudice ſedente 3.301
Notarii actuarii antequam diſcedant a bācho, ſint cōcordes in actis 3.302
Notarii ſint taciturni ad banchum 3.304
Notarii faciant protocolla ſingulis annis 3.305
Notarii ſint modeſti in recipiēdis mercedibus 3.307
Notarij nō exerceāt aliquod officiū, vt ſubſtituti 3.315
Norariis creandis 3.287
Notariatū,in Capitolio,quis exercere poſſint 3.288
Notariis moroſis in teſtibus examinandis 5.7
Notarijs notatis,& remotis 5.8
Notarii nihil recipiant pro oſtendendis,portandiſue actis 5.12
Notariorum mercedibus.vide, Quantum.
Noui operis nunciatione 1.141
Nullus cogatur emere ſal, neque alia bona Cameræ 1.116
Nullus Romanus poſſit habere Officium in Curia Senatoris 1.27
Nullus infra duos annos eligatur ad vnum, & idem officium, niſi ſemel 1.28
Nullus repellatur à teſtimonio 1.61
Nullus diffidetur pro debito centum ſolidorum, & ab inde infra 2.20
Nullus portet arma per Vrbem, poſt tertium ſonum campanæ 3.241
Nullus matriculetur,niſi honeſtæ vitæ 3.295
Nulla reaffidatio fieri poſſit quo ad Camerā,abſque ſigillo Conſeruatorum 3.223
Nullus ꝓiciat immūditias in curſibus aquarū 3.231
Nullus excedat annum in officiis Artium 3.39
Nullus poſſit cogere aliquem litigare coram Conſulibus, qui non ſit de Arte ſua 3.244


## O


Oblationibus non dandis Officialibus, & de dandis S. Mariæ de Aracæli 3.226
Obligātibus bona ſua ꝑ dote alicuius mulieris. 1.107
Obligationibus facti 5.27
Obligatus Cameræ, non ſit officialis 3.336
Occidentibus beſtias alienas 3.76
Offendentibus magiſtratus, vel executores 4.1.18
Offendentibus in locis vetitis 2.99
Offendentibus Officiales, & Procuratores 2.113
Officiales Cameræ.faciant reſidentiam die, noctuque in eadem 3.182
Officiales ad vitam,non habeant aliquod aliud officium in Vrbe 3.274
Officialibus Collegii Notariorum Vrbis 3.292
Officiales deponant officia eodem tempore,quo Conſeruatores deſinunt eſſe 3.6
Officiales collegii,teneātur Notarios cōgregare. 3.317
Officiales ſint contenti ſalariis 3.178
Officialibus ad vitam,habentibus brigam 3.10
Officialibus ſalariatis,miſſuris ſex denarios in capſa Cameræ,de corū ſalario quando receperint 3.229
Officio Aduocati,& Procuratoris Cameræ 3.174
Officis Capitanei appellationum, & eius Notariorum 1.172.173.174
Officio Capitum Regionum 1.35
Officio Collateralium Senatoris 1.11
Officio Conſeruatorum Cameræ Vrbis 1.29.4.1.35
Officio Conſultoris, & quibus cauſis conſilium exigatur 1.89
Officio Iudicis Cameræ 1.12
Officiò Iudicis maleficiorum 1.14.15
Officio Magiſtrorum, & Submagiſtrorum 3.3
Officio Mareſcallorū 1.16.& 3.18.19.20.21.22.23
Officiis Notariorum 5.43
Officiis Paceriorum 4.2.32
Officio Prothonotarii,& eius ſalario 1.17
Officio ſexti Iudicis 1.13
Officio Superintendentis 1.34
Officiis non exercendis per ſubſtitutos 3.11.12.13
Officia Supraſalinarum, & pannorum veterum venientium ad Vrbem,Cameræ deuoluantur 3.225
Ordinationes,& Statuta per Collegium Notariorum Vrbis, obſeruentur 3.282
Ordinatione Notariorum Curiæ Capitolii 5.56


## P


Pacis beneficio hæredum occiſi 2.22
Pacis beneficium,quando habeat locum 2.23
Pax quibus modis frangitur 2.30
Pace,& Securitate fracta 2.29
Pace,& in quibus caſibus peti poſſit 2.40
Pacis beneficio 4.2.28
Pacem petentibus à forenſibus 2.43
Pacem qui poſſint petere 2.41
Pacem, vel ſecuritatem quilibet poſſit petere 2.42
Pactis,& donationibus non valituris, ac inualiditate iuramenti 4.1.23.& 5.19
Parietem communem habentibus 1.139
Pars habeat medietatem pœnarum,a centum ſolidis ſupra 2.101
Paterentibus vinearum 3.116
Paſtoribus vendentibus corium 3.149
Patre non grauando,pro filio emancipato 2.111
Pecunia conſueta ſolui per Iudæos, proludis &c. & de pecunia Cancellariorū Vrbis,& Senatus 3.209
Pecunia ſoluenda luſoribus,in ludis Agonis, & Teſtaciæ 3.212
Pecunia dicti Ludi,ſoluenda Sindicis Vrbis 3.215
Pecunia dicti Ludi, ſoluenda Tubatoribus,& aliis Officialibus 3.214
Pecunia dicti Ludi,ſoluenda Conſeruatoribus 3.216
Pecunia dicti Ludi, ſoluenda ſcribis Senatus 3.217
Pecunia ſoluenda ſcribis Senatus 3.245
Pecunia Cancellariorum Vrbis,recipienda de cenſu Tiburis 3.220
Pecunia recipienda pro copiis, per ſcriptores Maleficiorum 3.235
Pedagio non exigendo 3.65.66.67.68.69.70
Pellipariis 3.90.91.92.93.94
Pœna armorum 2.107.108.109
Pœna imponenda Communitati,& committenti homicidium 2.17
Pœnis,& maleficiis,de quibus non fit mentio in præſenti Statuto 2.136
Pœnis conuentionalibus 2.148.& 5.26
Percuſſionibus cum ſanguine,vel ſine 2.72
Percutientibus pugno,vel alapa,in facie 4.2.16
Percutientibus aliquem,& ſignum facientibus 2.73
Percutientibus manu vacua 2.74
Percutientibus cum fuſte,vel baſtone 4.2.15
Perſonæ miſerabiles, bene tractentur in ſolutionibus 3.314
Petentibus pacem a forenſibus 2.43
Petentibus debitum iam ſolutum 3.81
Petentibus ſecuritatem,valentibus portare arma defenſibilia 3.254
Pignoribus prætoriis,& conuentionalibus 4.1.24
Pignoribus,& hypothecis venalibus,vēdendis 1.108
Piſcatoribus 3.130
Piſcibus,& ſaluaginis,vendendis in qualibet parte Vrbis 3.84
Plumbatam ferentibus, vel iacientibus 4.2.12
Ponderibus Campſorum adiuſtandis 3.108
Ponentibus manum ad arma 2.77
Porcum damnum dantem liceat,occidere 3.78
Porcum ad manum retinentibus 3.140
Portantibus plumbatam 2.145
Portantibus bordoncellum quadrutum 2.146
Portanarii videant apodiſſas ad pontes, & extra portas 3.61
Portione piſcium danda Cameræ Vrbis, & Conſeruatoribus 1.33
Portione pœnarū,& quòd rei luant in corpus. 4.2.34
Poſitiones quando exhibeantur 1.59
poſitionibus,in criminalibus non faciendis 2.10
poteſtariæ omnes,& dominia, concedantur Ciuibus Romanis,ſine aliqua ſolutione 3.14
poteſtates, & alii Officiales deputandi ad regimen alicuius Terræ,debeant ſatiſdare de ſtando ad ſindicatum,antequam vadant 3.15
præſcriptione perſonalium actionum,& hypothecæ, ſeu pignoris 4.1.18
præſtantibus auxilium homicidæ 2.16
primus Conſeruatorū excedat 35.ætatis annū. 3.332
priuato carcere 2.53
priuilegiis exemplandorū inſtrumētorū ſublatis. 5.39
procedendi modo contra mulierem accuſatam, vel inquiſitam 2.8
procedendi modo contra potentiores,moleſtantes aliquem in ſuis poſſeſſionibus 5.28
procedendi modo ſuper accuſationibus, & inquiſitionibus 2.4
procedatur de ſimilibus ad ſimilia 4.2.35
procuratoribus renunciantibus artem ſuam 1.155
procuratores non ſcribant acta banchi 3.303
prodigis, & qui prodigi reputentur 5.32
proditoribus 2.52
proiiciedtibus aliquem in puteo 2.82
proiicientibus cum arcu ad feneſtras vitreas 3.123
proiicientibus immunditias in viis publicis 3.156
prorogatione inſtantiæ 4.1.7
protocollis,& libris Notariorum defunctorū 4.1.32
protocollis præſentandis Officialibus Collegii 3.306
protocollis,& ſcripturis Notariorum mortuorum,cōſeruandis 3.316
prouocare ſecundò non liceat 5.47
purgatione contumaciæ, in reſponſione articulorum 4.1.13


## Q


Quæſtionibus inter Dominum,& Vaſallum 1.149
Quæſtionibus,& tormentis 2.13
Qua hora ius reddi debeat 4.1.1
Quòd de ſimilibus ad ſimilia procedatur 4.2.35
Quantum recipiat Camerarius pro apodiſſa ſalis, & aliis 3.185
Quantum recipiat Notarius Cameræ,pro ſubſcriptione reaffidationis 3.186.187.188
Quantum pro ſecuritate Salinariorum 3.189
Quantum pro ſecuritate Barchæ, & Caleè 3.190
Quantum pro apodiſſa expeditionis ſalis 3.191
Quantum pro relaxatione 3.192.222
Quantum pro apodiſſa pecudum, Montaneam aſcēdentium 3.193


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

# INDEX


Quātū pro ſecuritate Ciuitatis, caſtri, vel Burgi 3.194
Pro oſtendendis, portādiſue actis nihil exigatur 5.12
Quantum recipiant Scriptores Cameræ pro copia cōdemnationis 3. 195
Quantum pro ſcriptura fideiuſſionis 3. 196
Quantum recipiat Notarius executionum pro aſſignatione inſtrumenti 3. 197
Quantum pro ſcriptura bonorum diffidatorum, & condemnatorum 3. 198
Quantum pro interlocutoria fienda 3. 199
Quantum pro cancellatura ſententiæ 3. 200
Quantum recipiat Notarius maleficiorum pro abſolutione accuſati de crimine capitali 3. 202
Quantū pro abſolutione inquiſiti, vel accuſati 3.204
Quantum ab accuſato de facie deturpata, reperto culpabili 3. 205
Quantum ab abſoluto de percuſſione, cum ſanguine 3. 206
Quantum pro viatico 3. 207
Quantum pro aſſignatione capitulorum, inſtrumentorum, & teſtium examinatione 3. 208
Quantum ſoluatur pro centenario pecudum forenſium 3. 252
Quòd pro Aſſettamētis nihil omnino ſoluatur 5. 45
Qualiter procedatur ſuper accuſationibus, & inquiſitionibus 2. 4
Qualiter procedatur contra mulierem accuſatam, vel inquiſitam 2. 8
Quomodo procedatur contra potentiores, qui moleſtant aliquem in ſuis poſſeſſionibus 5. 28
Quando aſſignaretur memoriale contra Cameram, citentur Aduocatus, & Procurator Cameræ 3. 239
Quando exhibeantur poſitiones 1. 59
Quæ Artes habeant Conſules 3. 36
Qui ceſſit bonis, non poſſit habere officium 3. 334
Qui poſſint Notariatum in Capitolio exercere 3.288
Qui poſſit petere diuiſionem 1. 140
Qui de homicidio teneantur 2. 16
Qui poſſint de adulterio, & exforciamento, & infra quantum tempus accuſare 2. 55
Quibus modis pax frangitur 2. 30
Quilibet poſſit petere pacem, vel ſecuritatem 2. 42

R

Rapientibus puerum, vel puellam 2. 54
Raptoribus meretricum 4. 2. 22
Raptoribus, & furibus 4. 2. 31
Raptu 2. 57
Rebus minorum, ſeu pupillorum alienandis 5 21
Receptātibus diffidatū de pace, vel ſecuritate 2 68.69
Receptationibus in genere, ſi per alios, quam per Brigoſos fiant 4. 2. 8
Receptationibus prohibitis à brigoſis fieri 4. 2. 4
Receptatoribus homicidarum, & latronum 2. 67
Recipientibus, ſtipendium, vel venientibus contra Remp. 2. 114. 115
Recipientibus accomanditiam contra aliquem Romanum 3. 118
Reconuentione 1. 56
Recuſatione Iudicis, & quòd Iudex forenſis non habeatur ſuſpectus 1. 50
Redemptoribus litium alienarum 1. 117
Reformationes factæ tempore Martini Papæ quinti 3. 321
Reformatio Notariorum Vrbis 3. 388
Regeſtra, & extractus, qua litera fiant 5. 10
Regeſtris fiendis 3. 311
Regula, & norma ſeruanda per cuſtodes pontium, & portarum Vrbis 3. 327
Reis retinendis per curiam Capitolij 2 6
Relictis laicorum, factis ſpurijs, ſiue baſtardis 1. 83
Relationi Mandatarij ſtetur 2. 119
Remundādo Carbonariam portæ Septimianæ 3. 155
Reo comparente, & non comparente actore 1. 47
Reorum reſponſione, & defenſione 2. 7
Repreſaliis 1. 143. 144. & 4. 1. 26
Repreſaliis pro ciuibus Romanis miſſis ad regimen 1. 145
Repreſaliæ in quibus diebus vti non poſſint 1. 147
Reſcriptis ſubreptitiis, & ſportulis 5. 17
Reſiduo pecuniæ ludorum Agonis, & Teſtaciæ Cameræ applicando 3. 218
Reſtitutione in integrum petita 1. 66.67
Reſtitutione Cameræ 1. 68
Retardantibus proceſſum, vel expeditionem cauſarum 4. 1. 17
Retinentibus porcum ad manum 3. 140
Romani omnes ſint liberi in poſſeſſionibus, quas habent in Caſtris, & in eis cogi nō poſſint 3. 92.63.64
Romani, & forenſes vtantur vna rublitella 3. 104
Roncinariis, & aſinariis 3. 125

S

Salario, & familia Conſeruatorum officium Senatus exercentium 1. 25
Salario Notarii Cameræ, & expenſis Officialium dictæ Cameræ 3. 181
Salariis Camerarii ludorū Agonis, & Teſtaciæ 3. 211
Salario Notarii Conſeruatorum 3. 232
Salariis Aduocatorū, & Procuratorū in cauſis 3. 313 & 4. 1. 33
Salariis Scribæ Senatus 3. 319
Salarijs, & ſportulis Capitanei, & Iudicis appellationum 5. 55
Sandalariis 3. 134
Sbarris, & incaſtellationibus 2. 96
Scauantibus fines, & terminos 2. 124
Scindentibus, & laniantibus alicui pannos 2. 91
Scoriantibus, & furantibus arbores 3. 253
Secundo Collaterali 5. 38
Securitatibus præſtandis, vel non præſtandis 4. 2. 24
Securitate, & pace fracta 2. 29
Securitatem, vel pacem quilibet poſſit petere 2. 42
Senator diffidet hæreticos 1. 2
Senatore, & eius familia, quomodo debeat eſſe 1. 3. 4. 5
Senator tenetur defendere pauperes, & minores 1. 7
Senator, & Iudices Capitolij ius reddant 1. 10
Senator reducat emptores in poſſeſſionem 1. 121
Senator non audeat petere arbitrium liberum 1. 20
Senator ſtet ad ſindicatum 1. 21
Senator reducat, & defendat in poſſeſſione hæredes defunctorum 1. 88
Senator non poſſit facere Graſcerios, & alios Officiales 3. 4
Senator defendat quēlibet in poſſeſſione ſua 1. 96. 97
Senator cogat Barones damnum dantes, ad faciendā emendā, & liceat damnum, paſſo damnum dantem percutere 3. 168
Sententiis dandis in Camera per Notarios maleficiorum 3. 237
Seruatio Statutorum 3. 279
Seruetur ius commune 5. 37
Signantibus pondera 3. 109
Simonia 2. 122
Simulatione contractuum 1. 74
Sindicis Senatoris, & Iudicum 1. 22
Sindicis Senatoris, & Officialium forenſium 4. 1. 34
Siquis accuſauerit aliquem de crimine capitali, & nō probauerit 2. 137
Si quis accuſauerit aliquem de aliquo exceſſu, & non probauerit 2. 141


# INDEX


Siquis accuſauerit aliquem de effuſione ſanguinis 2. 139
Siquis accuſauerit aliquem de facie deturpata, ſeu membri abſciſſione, & non probauerit 2. 138
Siquis accuſauerit aliquem de inſultu, & ipſam accuſam non probauerit 2. 140
Sodomitis 2. 61
Solutionibus. vide Quantum
Spetiariis 3. 137
Sportulis 4. 1. 11
Statuta ab Eugenio Papa IIII. compoſita, 3. 278
Statuta, & conſtitutiones, publice legantur, & quando 3. 338
Statutorum ſeruatio 3. 279
Stilis ſublatis 5. 13. 14. 15
Stilus quomodo probetur 5. 16
Stetur relationi Mandatarij 2. 119
Studijs generalibus Vrbis 3. 1
Stupris, & violentiis 4. 2. 21
Succedentibus ex teſtamento 1. 82
Succeſſoribus ab inteſtato 1. 85. & 5. 24. 25
Summa Trinitate 1. 1
Sumptione vindictæ 2. 46
Suſpectis, & fugitiuis 1. 100
Suſpitione Iudicum 4. 1. 12
Sutoribus 3. 132

T

Tabernis inuentis apertis poſt tertium ſonum campanæ 3 224
Tabula pro ſolutionibus fiendis cuſtodi carceris Capitolii 3. 328
Temporibus dandarum, & reluendarū copiarū 5. 11.
Temporibus apoſtolorum petendorum 5. 48
Tempore appellationis 1. 161. 162
Tenentibus, ſeu cambiantibus falſam monetā 2. 64
Tenentibus canale, & ſtillicidium 3. 145
Termino dando diffidato, vel condemnato ad mortem 2. 35
Tertio arbitro eligendo 5. 42
Teſtamentis executioni mandandis 1. 81
Teſtes quot examinētur ſuper quolibet articulo 1. 62
Teſtibus non recipiendis, nec cogendis ad perhibendum teſtimonium 1. 60
Teſtibus examinandis, & eorum dictis expliciter ſcribendis 1. 69
Teſtibus cogendis ad teſtificandum 2. 11
Teſtibus contraria deponentibus 4. 2. 30
Teſtimonio falſo 2. 65
Tiburtinis offendentibus Comitem Tiburis 2. 123
Tiburtini teneant menſuram Romanam 3. 103
Tormentis, & quæſtionibus 2. 13
Trahentibus ad battaliam 2. 92
Trahentibus ſal de campis Salinæ 3. 139
Tranſeuntibus per vineas alienas, ſine licentia domini 3. 75
Transgreſſoribus banni Senatoris 3. 44
Traſcinantibus aliquem 2. 84
Tribunali Proconſulum 3. 286
Trinitate ſumma 1. 1
Tumultuoſis armatorum collectis 4 2. 2
Tutoribus dandis pupillis 1. 44.

V

Vacatione officij Senatus 1 24
Vaccinarijs 3. 150
Venatoribus, & aucellatoribus 3. 141
Vendente mulierem cauſa libidinis 2. 59
Vendentibus poſſeſſiones propter vim 1. 110
Vendentibus incenſum falſum 3. 136
Vendentibus muſtum Iudæis 3. 143
Vendentibus falſam monetam 4. 2. 20
Venditionibus conſortium 1. 111
Venditione rei dotalis, vel pro dote obligatæ, per virum ſine conſenſu vxoris 1. 118
Venditione facta à malefactore, vel accuſato 1. 114
Venditionibus, & alienationibus factis à fallitis, & vxoribus eorum 1. 113
Venditor cogatur facere, vt emptor poſſideat 1. 112
Venditoribus ceſſantibus tradere poſſeſſionem rei venditæ 1. 115
Vijs non obturandis 3. 47. 48. 49
Vineæ cuſtodiantur, & de colligentibus vuas 3. 74
Violentijs 2. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135


FINIS.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# PRIVILEGIA, IMMVNITATES, indulta & exemptiones per diuerſos ſummos Romanos Pontifices Populo Romano conceſſa.

## BVLLA Priuilegiorum Romanæ Academiæ per Bonifacium Octauum ædita.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Laurentii extra muros, & Priori Baſilicæ ad Sancta Sanctorum, ac Archipresbytero Eccleſiæ Sancti Euſtachii de Vrbe Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In ſupremæ præeminentia dignitatis diuini diſpoſitione Conſilij Conſtituti ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas tãquam Paſtor Dominici Gregis aciem apoſtolicæ conſiderationis extendimus, ad earũ profectũ quantum nobis ex alto permittitur intendentes, ſed ad Vrbiũ Vrbem, Romanã videlicet ciuitatem quam diuina Clementia ſtatuit caput orbis, eo attentioris meditationis intuitum retorquemus quo principalius in eadem noſtri ſedẽ apoſtolatus cœleſtis diſpoſitio ſtabiliuit & firmauit eccleſiæ fundamenta, hanc profecto nimirum inter ceteras vrbes ſub chriſtianæ religione fidei militantes vberioris affectionis prærogatiua proſequimur, ſtudioſius apoſtolicis munimus preſidijs, & condignis libentius gratijs honoramus, ideoq; feruenti non immerito deſiderio ducimur quòd eadem vrbs quam diuina bonitas tot gratiarum dotibus inſigniuit ſententiarum etiam fiat fœcunda muneribus, vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dignitatibus eruditos, ſitq; ibi fons ſcientiarum irriguus de cuius plenitudine hauriant vniuerſis litteralibus cupientes imbui documentis, ad hunc igitur Vniuerſalem profectum nõ ſolum incolarum vrbis ipſius & circumpoſitæ regiones ſed & aliorum qui præter hoc quaſi continuo de diuerſis mundi partibus confluunt ad eandem ſtudio paternæ ſollicitudinis intendentes, diligenti ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione præabita, de ipſorum conſilio auctoritate apoſtolica duximus ſtatuendum, quòd in vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret ſtudium in qualibet facultate, ac docentes & ſtudentes ibidẽ omnibus priuilegiis libertatibus & immunitatibus conceſſis Doctoribus & Scolaribus in ſtudijs generalibus commorantibus gaudeant & vtantur, & ne huiuſmodi ipſorum ſtudium (quod de bono ſemper in melius dirigi cupimus) perturbari contingeret, auctoritate predicta decreuimus, vt Doctores vel Scolares in huiuſmodi Ro. Studio commorantes non poſſint inuiti in Cu. Capitolij occaſione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, niſi forſan (quod abſit) homicidium per aliquẽ vel aliquos de eodem ſtudio Romano perpetrari contingeret, quo caſu Vicarius Rom. Pont. contra Clericos, Senator vero vel Senatores qui pro tempore fuerint in vrbe prædicta contra laicos procedant & faciant quod iuſtitia ſuadebit, nec ad aliquas contributiones in Talijs aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ vrbis ſeu aliqua obſequia communi vrbis ipſius pręſtanda prætextu moræ quam in eadem vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum ſuarum quas ad dictum Romañ. ſtudium deferri, vel exinde reportari facerent doctores aut ſcolares eiuſdem Romani ſtudij teneantur, quodq; penſiones domorũ quas Doctores vel ſcolares in eadem vrbe ſtudiorum cauſa morantes inhabitarent taxari deberent per duos taxatores, quorum vnum ipſi Doctores & ſcolares & alterum commune ipſius vrbis eligant, & ſi hii Duo concordare nequirent ſtetur taxationi Tertij taxatoris ab eiſdem Doctoribus & ſcolaribus eligendi, ac vltra taxationẽ huiuſmodi nihil ab eis poſſit exigi nomine penſionis pro domibus antedictis: & licet Roma communis ſit patria, ſi tamen quiſpiam litem contra ſcolares peregrinantes cauſa ſtudiorum in illam ſuper aliquo negocio mouere voluerit, huiuſmodi rei optime data ſcolaribus ipſis eos coram domino aut Magiſtro ſuo vel prædicto Vicario conueniat iuxta legitimam ſuper hoc editam ſanctionem, & qui contrafecerint pœnam



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dictæ ſanctionis incurrant, Rectores quoq; quos doctores & ſcolares eiuſdem Romañ. ſtudij pro tempore duxerint eligendos in ipſos Doctores & ſcolares ac familiares ipſorum, tam circa cognitionem & deciſionem cauſarum Ciuiliũ & criminaliũ ciuiliter motarum & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quã ipſorũ corrigendos exceſſus leues, ordinariã obtineant poteſtatẽ: vt autem Doctores & ſcolares prædicti eo liberius intendere ſtudio valeant, ac proficere in eodem quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti, ipſis auctoritate prædicta cõceſſimus, vt dum hmõi ſtudio docendo vel audiendo inſiſterent, fructus redditus & prouentus omnium beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura etiam ſi eorum aliqua perſonatus vel dignitates exiſterent cum ea poſſint integritate percipere quotidianis diſtributionibus dũtaxat exceptis cum qua illos perciperent ſi in eccleſijs in quibus illa obtinent perſonaliter reſiderent & ad reſidendum in eis interim minime tenerentur, neq; ad id a quo quam valcãt coarctari. Non obſtañ. quibuſcunq; ſtatutis & conſuetudinibus contrarijs dictarum Eccleſiarum iuramento confirmatione ſedis apoſtolicæ vel quacunq; firmitate alia Roboratis, etiam ſi de illis ſeruãdis per ſe vel procuratores ſuos præſtaſſent forſitan iuramentum. Verum quia non ſufficit priuilegiorum & indulgentiarum aliquibus dare præſidia niſi ſint qui ſuper hijs eos manuteneant & defendant, cum parum ſit in Ciuitate ius eſſe niſi qui illud tueatur exiſtat, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, Quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios eiſdem Doctoribus, ac ſcolaribus qui eiuſdem Romañ. ſtudij pro tempore fuerint efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos vel eorum aliquos contra huiuſmodi ſtatuti conſtitutionis & conceſſionis noſtrarum tenores ab aliquibus moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi necnon contradictores quoſlibet & rebelles quicunq; & cuiuſcunq; conditionis fuerint aut ſtatus etiam ſi Pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, auctoritate apoſtolica poſtpoſita compeſcendo. Non obſtañ. ſupradictis ſeu de duabus dictis edita in concilio generali & noſtra qua cauetur quod Conſeruatores a ſede deputati prædicta aliquos vltra vnã dietam a fine dioceſis eorundem trahere non præſumant, & quibuſcunq; alijs conſtitutionibus contrarijs dummodo vltra tertiam vel quartam dietam extra ſuam dioceſis aliquis auctoritate præſentium non trahatur, aut ſi aliquibus ab eadem ſit ſede indultum vel in poſterum indulgeri contingat, quod excommunicari ſuſpendi vel interdici non poſſint per litteras apoſtolicas impetratas vel etiam impetrandas niſi eædem litteræ impetrandæ plenam & expreſſam fecerint de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuslibet litteris & indultis apoſtolicis per quas præſentibus non expreſſas vel totaliter non inſertas noſtræ iuriſdictonis explicatio in hac parte poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſit habenda, Volumus autem quod quilibet veſtrum etiam ſuper negocio per collegam ſuum in hac parte primitus inchoato ſe intromittere valeat & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum. Dat. Anagniæ Anno Incarnationis dominicæ Milleſimo Trigenteſimotertio. Octauo Idus Iunii Pont. Noſtri. Anno Nono.

## BVLLA PRO STVDIO.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei. Ad perpetuam rei Memoriam. A ſupremo patrefamilias in domo domini ſuperna dirigente prouidentia inſufficientibus quamquam meritis diſpenſatores effecti inter curas innumeras, quibus occurrentium rerum negociorumq;, varietatibus obſidemur officij debito paſtoralis ſollicitudine perurgemur aſſidua, vt ad domum ipſam ſapientiæ doctrineq; miniſteria, gregem nobis creditum ſalubriter euocemus, & fidelibus ſingulis, ad quærendum litterarum ſtudia, per quæ diuini nominis, orthodoxæq; fidei cultus protenditur, iuſtitia colitur, tam publica, quam priuata res geritur, omniſq; proſperitas humanæ conditionis augetur, libenter fauores gratioſos impendimus, & opportunæ commoditatis auxilia liberaliter impartimur, Dudũ ſiquidem ad vniuerſalem profectum non ſolum incolarum almæ vrbis & circumpoſitæ regionis, ſed & aliorum, qui quaſi continuo, de diuerſis mundi partibus, ad eandem confluunt vrbem ſtudio paternę ſollicitudinis intendentes diligenti deſuper cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione præhabita de ipſorum conſilio, auctoritate apoſtolica inter alia ſtatuimus, decreuimus & ordinauimus, ꝙ in vrbe predicta perpetuis futuris temporibus, generale ſtudium vigeret, in qualibet facultate, ac docentes, & ſtudentes ibidem omnibus Priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus conceſſis, Doctoribus, & ſcolaribus, in ſtudijs generalibus cõmorantibus, gauderent & vterentur: quodq; in Gabella vini forenſis, quod in tabernis venditur pro qua venditores hmõi vini, ſex Denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis ſoluęre tenebantur, etiam pro libra tres adderentur ſolidi cum dimidio pro ſalario





Doctorum ad legendum in dicto ſtudio conductorum, & alijs occurrentibus inibi iuxta ordinationem rectoris, & reformatorum, pro tempore exiſtentiũ pręfati ſtudij, deducendis expenſis, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur vt temporis progreſſu tales in ipſius ſtudij reformatores aſſumantur, quorũ diligentia, & circũſpectione, votiuos, proſperoſq; iugiter hmõi ſtudium contingat auctore domino habere ſucceſſus, dilectorum filiorũ. Nobilium virorum, Iuſtini, Pauli de Planca legum doctorũ, & noſtri conſiſtorij aduocati, necnõ Iohannis de Capoccinis, & Iohannis Cecchi de Cangialaſinis, modernorum Conſeruatorũ, Ciuium Romanorum, ac Iacobi de lo damaro de Regione montium, Cecchi de Bucchamatiis de Regione Triuij, Laurentij domini Pauli Toti de Regione Columnæ, Laurentij Pauli Collarij de Regione Campimartis, Nuccij Cecchi de regione Pontis, Sylueſtri de Temperijs de regione Parionis, Sylueſtri Antonij Paloni de regione Arenulæ, Nuccii ciaffi de regione Sancti Euſtachij, Cecchi Antonij de Rugerijs de regione Pineæ, Luce Nannoli de Bucchabellis de regione Campitelli, Franciſci Antonij dela Baleſtra de regione Sancti Angeli, Iuliani ſciuſciæ de regione Ripæ, Laurentij Benedicti obicionis de regione Tranſtiberim, Capitum regionum dictæ vrbis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obſeruandæ, conſtitutionis edicto, auctoritate præfata voluimus, & ordinamus, ꝙ ipſi Conſeruatores, & capita regionom etiam pro tempore exiſtentes Annis ſingulis de menſe Decembris, Duodecim ex notabilibus Ciuibus Romanis inter quos aliqui in iure Canonico vel Ciuili Doctores ſint primo, necnon alios tabelliones publicos, tres fide ac facultatibus idoneos etiam Ciues Romanos eligere, & ipſius Eccleſiæ Camerario, vel eius locũtenenti pro tempore exiſtenti pręſentare debeant, ipſeq; Camerarius ſiue locũtenens ex hmõi Duodecim primo vt præfertur electis quatuor quorum vnus omnino in præmiſſo iure Doctor exiſtat ipſius ſtudij reformatores, & illorum notarium, ex dictis alijs tribus tabellionibus, vnum conſtituat, & deputet, qui protinus extunc pro talibus habeantur, & eorum inibi cuiuſlibet officium per Annum dumtaxat duret, eoq; finito reformatores ipſi de omnibus & ſingulis per eos circa prædictum illorũ officiũ geſtis, & adminiſtratis, coram Cõſeruatoribus vrbis, & tribus ex capitibus regionum per alios Capita regionum communiter eligendis ſimiliter pro tempore exiſtentibus, ac vno alio probo viro ad hoc per prædictum Camerarium vel eius locumtenentem deputando, legales rationem & calculum, reddere ſint aſtricti, & ad id, quodq; omnia & ſingula de rebus emolumẽtis, & bonis, quæ ad eos ipſius officij ratione peruenerint extantia conſignent, & quæ negligẽter, vel fraudulenter interim adminiſtrauerint, omnino reſarciant, & refundant illis qui tũc de nouo dicti ſtudij reformatores extiterint, per ipſos conſeruatores, qua conuenit diſtrictione coarctentur. Conſeruatores quoq; ac tres ex capitibus regionum, per ipſos Capita regionum, vt prædicitur eligendi, & reformatores prædicti ſimul cum dicto alio, per Camerarium, vel eius locũtenẽtem, vt prædicitur deputãdo, ſeruatis debitis, & quæ in talibus in dicta vrbe fieri conſueuerũt ſubhaſtationibus & modis, Gabellam huiuſmodi vendant, & quæ prouenerint inde pecunias apud aliquem, vel aliquos fidos, ac famoſos Mercatores, in dicta vrbe pro tẽpore exiſtentes deponãt, & quotiens expedierit, ipſi Reformatores, per ſeipſos pecunias hmõi, pro ſalariandis inibi legẽtibus doctoribus, aut alijs ipſius ſtudij ſupportandis oneribus exponere: reſiduũ quoq; pecuniarum hmõi in alios dicti ſtudij vſus, & vtilitatem conuertere, necnõ de pręfatorũ Conſeruatorũ, & trium vt præfertur capita regionum, & deputandi hmõi conſenſu, pro dicto reſiduo domum, ſeu habitationem, aut Collegium pro pauperibus inibi collocãdis, Scolaribus, & ſtudentibus, conſtrui, & ædificari, poſſeſſionesq;, & domos, vel alia immobilia bona, ad ipſius Domus ſeu collegij opus emere, necnõ omnia alia, & ſingula, quæ in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna fuerint, facere, gerere, & exercere valeant, ſuper quibus omnibus plenã liberamq; concedimus eis tenore præſentiũ poteſtatẽ. Nõ obſtãtibus omnibus quæ in dictis litteris non obſtare voluimus, Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ cõceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽptare præſũpſerit Indignationẽ omnipotẽtis dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrũ, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo. Septimo Idus Feb. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

## BVLLA PRO STVDIO.

IVLIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Etſi ex debito paſtoralis officij, ex alto nobis licet inſufficientibus meritis iniuncti, Curæ nobis præcipue incumbat, ne Ciuitates, & alia loca Romanæ Eccleſiæ, in eorũ ſtructuris, & propugnaculis dilabantur, Vrbem tamen noſtram, in cuius ambitu Bea-

ti Petri ſedes, quam diuina fauente gratia tenemus,necnon tot diuinæ, & mirabiles reliquiæ, totq; ampliſſimæ Eccleſiæ, vbiq; Romanus Pontifex cum ſua curia circuitur,& protegitur, non ſolum vt ipſius Vrbis mænia antiquitate collapſa reparemus , ſed illa nouis ſtructuris munire & firmare,etiam ad honorem Beatorum Petri,& Pauli,quorum ſanguine conſperſa extitit,teneri fatemur.Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, Prædeceſſor noſter,ad vniuerſalem profectum,non ſolum Romanorum Ciuium,& Circumuicinæ regionis,ſed aliorum,qui quaſi continuè de diuerſis mundi partibus, ad eandem vrbem confluunt,generale ſtudium,in qualibet facultate erexerat, ac pro ſalario,& alijs oneribus dicti ſtudij, quod in Gabella vini forenſis, quod in Taberna vendebatur,pro qua venditores huiuſmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis ſoluere tenebantur, etiam pro libra tres Solidi cum dimidio adderētur,ad ſupplicationem Romani Populi ſtatuerat, & ordinauerat . Et deinde per alias poſteriores litteras,etiam ad ſupplicationem nobilium virorum quondam Iuſtini, Pauli de Planca ſui Conſiſtorij aduocati, Iohannis de Capoccinis, & Iohannis Cecchi de Cangialaſinis,tunc Romanorum Ciuium Conſeruatorum,& totius dicti Populi, etiam ſtatuit, & ordinauit ꝙ Conſeruatores,ac tres capitibus regionum per ipſos capita regionum eligendos reformatores dicti Studij, ſimul cum vno alio per Camerarium ſuum deputando ſeruatis debitis ſubhaſtationibus,Gabellam huiuſmodi vendere,& pecunias quę perueniſſent inde apud aliquem ſeu aliquos fidos & famoſos mercatores dictæ vrbis,pro tempore exiſtentes deponerent,& ipſi reformatores,per ſeipſos pecunias huiuſmodi pro ſalarijs Legentium,aut alijs oneribus dicti ſtudij,Quodq; de reſiduo dictarum pecuniarum,Domum ſeu habitationē,ac collegium,pro pauperibus inibi collocandis Scolaribus,ac Studeutibus,conſtrui,& ædificari,poſſeſſioneſq;,& domos, vel alia immobilia bona ad ipſius collegij opus emere,necnon omnia & ſingula alia, quæ in præmiſſis neceſſaria,& opportuna forēt,facere & exercere valerent,ſtatuit, & ordinauit, prout in poſterioribus litteris prędictis plenius continetur. Verum ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum,Ludouici de Mattheis,Mariani de Caſtellanis, Luti de Lutis,ac Ludouici de Cencijs Prioris Capitum regionum, & Pauli de Planca noſtri conſiſtorij,& ipſorum Conſeruatorum Aduocati,petitio continebat,quia reſiduum Pecuniarum dictæ Gabellæ non pro Collegio dictorum pauperum ſtudentium, & in poſſeſſionibus emendis prout ſtatutum fuerat,ſed in varios vſus ſępe erogatum fuit,in magnum dictæ vrbis,& publicæ vtilitatis præiudicium,Quare præfati Conſeruatores Prior,& Paulus nobis humiliter ſupplicarunt,quia vrbis męnia non modica indigent reparatione,vt reſiduum dictarum pecuniarum in reparatione dictorum murorum,& aliarum neceſſitatum,pro tuitione,& decore vrbis erogari debere ſtatuere,& ordinare dignaremur . Nos igitur qui intenſis deſiderijs ſemper optauim⁹ vrbē prædictā paterno ſtudio proſequi,ac ſequentes veſtigia pię memorię Sixti quarti, etiā prędeceſſoris,& patrui noſtri,ipſam in ſuis ſtructuris,& ędificijs augere,prout in Imměſo opere fabricę Baſilicę Principis apoſtolorum,& alijs diuerſis locis iam oſtendimus, conſiderantes etiā eorū petitionē iuſtā,& honeſtā fore,poſteriores litteras Eugenij prędeceſſoris hmōi pro expreſſis habentes,Quod de cętero depoſitarius pecunias prędictas eiuſdē Gabelle, prout moris eſt, exigat,teneat,& cōſeruet,præſtita tamē cautione Banchi,ꝓut moris eſt,illęq; ꝓ ſalario dictorū lectorū moderate tamen cōſtituendo lectoribus dicti ſtudij occurrentibus, iuxta litteras dicti Eugenij prędeceſſoris,Reſiduū vero integre abſq; aliqua diminutione,pro reparatione,ac noua fundatione vbi opus erit,murorū,fonte Triuij,necnō Quinquaginta ducati auri ſingulis annis,pro feſto,& celebratione Natalis vrbis quod Palilia vocant,& aliarum neceſſitatū,decorem ſeu Tuitionē Vrbis concernentium,per ipſos Conſeruatores,pro tempore,ac vnum circunſpectum virum,per nos deputandum,ſine cuius conſenſu,& mandato,nihil fieri poſſit,necnon duos alios Ciues ad hoc deputatos,ſeu,vt moris eſt,deputandos,qui ſimiliter in fine anni, iuxta litteras Eugenij prædictas, rationem de adminiſtratis,& expoſitis pecunijs reddere teneantur, erogentur:tenore pręſentium,ſtatuimus,& ordinamus,prædictumq; reſiduum dictarum pecuniarum,ſolutis lectoribus,pro reparatione,& neceſſitatibus prędictis,& non ad alios vſus applicamus, Illaſq; ſub excommunicationis pœna latę ſententię,in alios vſus exponi non debere.Irritum quoq; & Inane quicquid ſecus,etiam quacunq; auctoritate,ſeu quouis mandato, etiam noſtro, attemptari contigerit , præſentibuſq; etiam per quaſcunq; conceſſiones, ſeu mandata, etiā cum quibuſuis clauſulis derogatorijs fortiſſimis,& inſolitis, etiam ſi de ſtatuto,& applicatione noſtra huiuſmodi ſpecialis & indiuidua mentio fieret,niſi de proprijs nominibus ipſorū Conſeruatorum,qui pro tempore erunt,ſpetialis mentio fiat,derogari non poſſe decernimus, litteris præfati Eugenij,ac quauis conſuetudine,ſeu potius corruptela,ceteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunq; . Volumus autem ꝙ vbi neceſſitates huiuſmodi nō iminerent, ꝙ de





dicto reſiduo collegium dictorum Pauperum ſtudentium, erigatur & conſtruatur, ac poſſeſſiones pro eorū ſuſtentatione emātur iuxta litteras dicti prædeceſſoris Eugenij.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti,ordinationis,applicationis,decreti,& voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit , indignationem omnipotentis dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Nono.

¶ Ego R. Eṗs Oſtieñ.Cardinalis s. Georgi ſubſ.
¶ Ego A. tit- s. Vitalis preſbyter Cardinalis ſubſ.
¶ Ego P. tit. s. Euſebij preſbyter Cardinalis ſubſ.

## BVLLA PRO STVDIO.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ſuauiſſimos atq; Vberes fructus,quos viri litterarum ſcientia præditi in agro domini indies producunt,animo cōtemplamur,dumq; quàm vtilis et neceſſarius pro ſpiritualium temporaliumq; rerum in hac plena tenebris & caligine vita regimine & directione ſalubribus,ſit ipſarum litterarum vſus ſedula meditatione perpendimus,inter ſollicitudines varias,quibus pro iniunctæ nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio proſpere & fœliciter exequendo,vndiq; angimur, illam libenter amplectimur, per quam in ſingulis orbis partibus litterarum Studio vacare cupientibus illarum capeſſendarum occaſio & commoditas miniſtretur : ſed vt hoc in Vrbe noſtra votiuos ſortiatur effectus, eo propenſior cura nos vrget,quo vrbs ipſa Vicarij chriſti in terris Regia anteq; eius oculos ſemper poſita,tamquam Apoctolicæ Sedis validiſſimum firmamentum ſupra cęteras orbis Vrbes Principatum obtinere dignoſcitur:dignumq; eſt,vt ſicuti eius excellentiſſima eſt conditio , ſic etiam ipſius incolæ & habitatores in omni virtutum genere,& pręcipue liberalium artium diſciplina,quæ ipſarum eſt nutrix & alumna virtutum , alios antecellat . Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædeceſſor noſter, tunc Conſeruatorum,& Capitum Regionum dictæ Vrbis ſupplicationibus inclinatus, de fratrum ſuorum Conſilio Apoſtolica auctoritate, ſtatuit,decreuit,& ordinauit, ꝙ in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeret in qualibet facultate,ac Docentes & Studentes ibidem omnibus priuilegijs,libertatibus,& immunitatibus conceſſis Doctoribus,& Scolaribus in Studijs generalibus commorantibus, gauderent,& vterentur,ac Doctores & Scolares in ipſo Romano ſtudio commorantes non poſſent inuiti in Curia Capitolij occaſione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri,niſi forſan pro homicidio per eorum aliquem vel aliquos perpetrato,in quo caſu Vicarius Romani Pontificis in ſpiritualibus contra Clericos, & Senator ſeu Senatores qui pro tempore forent in eadem Vrbe,contra Laycos procederent,& facerent quod Iuſticia ſuaderet:nec iidem Doctores & Scolares Vrbis:ad aliquas contributiones in Talijs aut collectis quæ imponerent pro tēpore habitatoribus dictæ Vrbis:ſeu aliqua obſequia Cōmuni Vrbis ipſius pręſtanda,prætextu moræ quā in eadem Vrbe traherent:vel aliqua pedagia ratione rerum ſuarum,quas ad dictum Romanum ſtudium deferri,vel exinde reportari facerent,tenerentur. Quodq; penſiones Domorum quas in eadem Vrbe, Studij cauſa commorando, inhabitarent, taxari deberent per duos Taxatores, quorum vnum ipſi Doctores & Scolares,alterum Commune Vrbis eligerent,& ſi duo concordare nequirent, ſtaretur taxationi tertij Taxatoris , ab eiſdem Doctoribus & Scolaribus eligendi,ac vltra Taxationem huiuſmodi, nihil ab eis poſſet exigi nomine penſionis pro Domibus antedictis.Et licet Roma communis omnium eſſet patria,ſi tamen quiſpiam litem contra Scolares in illa cauſa Studij huiuſmodi peregrinos ſuper aliquo negocio mouere vellet,huiuſmodi rei optione data Scolaribus ipſis,eos coram domino aut Magiſtro ſuo vel Vicario prædicto conueniret,iuxta legitimam ſuper hoc editam Sanctionem,& qui contrafacerent,pœnam dictę Sanctionis incurrerent : Rectores quoq; Studij Vrbis huiuſmodi pro tempore exiſtentes,in ipſos Doctores & Scolares, ac Familiares ipſorum , tam circa cognitionem & deciſionem cauſarum ciuilium & criminalium, ciuiliter & criminaliter in criminibus leuioribus motarum,quàm ipſorum corrigendos exceſſus leues, ordinariam poteſtatem obtinerent,eiſdem doctoribus & ſcolaribus,quò litterarum Studio commodius poſſent incumbere. Quòdq; quandiu in pręfato Vrbis ſtudio,docēdo vel audiendo verſarētur,fructus,redditus,& prouentus omnium beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura , etiam ſi

eorum aliqua,dignitates vel perſonatus exiſterent,quottidianis diſtributionibus dumtaxat ex-
ceptis cum ea integritate percipere valerent,cū qua illos perciperent,ſi in Eccleſiis in quibus
illa conſiſterent,perſonaliter reſiderent,& ad reſidendum interim in eiſdem minime teneren-
tur,nec ad id a quoquam poſſent compelli. Et vt pro dicti ſtudij manutentione facultates ne-
neſſariæ non deeſſent,de ſimili conſilio,& dilectorum filiorum Populi Romani qui pluries ſu-
per hijs in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant,& ſic fieri deſiderabant ex-
preſſo conſenſu,etiam ſtatuit & ordinauit,ꝙ extunc de cętero in perpetuum Gabella vini foren
ſis,in Tabernis pro tempore vendendi,pro qua vēditores huiuſmodi vini Sex denarios pro qua
libet libra Camerę dictæ vrbis ſoluere tenebantur,ad tres ſolidos cū dimidio,pro libra augere
tur,& pecuniæ inde prouenientes,iuxta ordinationem,tunc & pro tempore exiſtentiū,Rectoris
& reformatorum dicti ſtudij in ſalaria Doctorum,per eos ad legendum in eodem ſtudio,pro tē
pore conductorum,& alias expenſas,in dicto ſtudio occurrentes,& non in alios vſus exponere
tur,nec Gabellę huiuſmodi augmentū duraret,niſi ipſo vrbis ſtudio durante,decernens extūc
irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis,a quoquam quauis auctoritate,ſcienter vel ignoranter
contingeret attemptari,prout in ipſius prędeceſſoris deſuper confectis litteris plenius contine
tur.Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobatij de
Faceſchis,Epiſcopus Pucerini Referendarij,& in eadem vrbe,eiuſq; diſtrictu in ſpiritualibus Vi
carij noſtri,qui etiam dicti ſtudij Romani rector exiſtit,& dilectorum filiorum Petri de Merilijs
& Iohannis de Arcionibus,& Iohannis Baptiſtæ de Eccleſia,ac Iacobi de Palenis Ciuium Roma
norum,eiuſdem ſtudii reformatorum petitio continebat,licet Gabella prædicta pro ipſius ſtu-
dij in ſtatu florido & fructifero manutentione,& communi Ciuium & aliorum vndecunq; ad vr
bem ſtudij huiuſmodi cauſa pro tempore veniētium,vtilitate,& cōmodo aucta fuerit,& ob au-
ctam quoq; Benedicente domino eiuſdem Populi multitudinem, augmentū ipſum adeo cre-
uerit,vt ex illo viris in qualibet litterarum diſciplina quantiminus egregijs honeſta ſalaria con-
ſtitui poſſint,ipſiuſq; ſtudij Romani vniuerſitas Doctoribus & ſcolaribus inter cęteras ſtudio-
rum generalium in Italia vniuerſitates,frequens & celebris eſſe deberet,tamen a pluribus citra
annis adeò in illo ſcolarium copia defecit,vt quandoq; plures ſint qui legant, quā qui audiāt,
quod ex eo potiſſimum creditur prouenire,ꝙ præmiſſa per Eugenium prædeceſſorem præfatū
ſcolaribus immunitas,& alia priuilegia prædicta minime obſeruantur, & lectores ipſi Romanæ
curiæ,negocijs ſe inuoluentes,legendi munus, ad quod ſunt iuſta mercede conducti, paſſim
omittunt.Pro parte eorundem Dominici Epiſcopi Rectoris,& Reformatorum nobis fuit humi
liter ſupplicatum,vt litteras Eugenij prædeceſſoris huiuſmodi approbare & innouare, ac alias
in præmiſſis opportune prouidere,de benignitate Apoſtolica,dignaremur. Nos igitur irrepara
bilem lapſi nequicquam temporis huiuſmodi iacturam ægreferentes: cupienteſq; ſicut pro-
uidum decet patremfamilias futuris temporibus conſulere,huiuſmodi ſupplicationibus incli-
nati,& ex certa noſtra ſcientia,auctoritate apoſtolica,tenore præſentium,dictas Eugenij præde
ceſſoris litteras approbamus & innouamus ac præſentis ſcripti Patrocinio communimus, De-
cernentes omnia & ſingula in eiſdem litteris cōtenta,præſertim quod de ſcolariū exemptione,
immunitate,& alijs illis conceſſis prærogatiuis,& gratijs in eis traditur, debere inuiolabiliter
obſeruari,Et nihilominus hac irrefragabili,& perpetuis futuris temporibus valitura cōſtitutio-
ne,ſtatuimus,decernimus,& ordinamus,vt exnunc de cętero,præter alios,qui neceſſarij fuerint
in qualibet facultate lectores,vnus ſaltem in iure Canonico,& vnus in iure ciuili Doctores, &
vnus in Philoſophia ſeu Medicina magiſtri,eminētis litteraturę viri vndecunq; ad legēdū in ſco
lis publicis dictę vrbis ſolitis tēporibus & diebus,iuſtis & honeſtis ſalarijs, arbitrio pro tēpore
exiſtentiū Rectoris & Reformatorū dicti ſtudii,iuxta ipſorū Doctorū,& Magiſtrorū qualitates,
de Romani Pontificis licentia,moderādis & aſſignādis,per eoſdē rectorē & reformatores,cō-
muni opportuna in hoc per eos adhibēda diligētia,Annuatim cōducātur,& nullus dictorū duo
rū Doctorū ſic cōducēdorū,interim aduocationis,aut prætereq̄ Domi ſi voluerit,cōſulendo,q̄d
ius aliud curiæ,vel vrbis prędictarū officiū valeat exercere,ſed tā ipſi,q̄ cęteri omnes ad legen-
dū in hmōi ſcolis,pro tēpore cōducti,ſolitis tēporibus,& diebus, horiſq; ad id eis per rectorē
& reformatores præfatos ſtatutis,legitimo impedimēto ceſſante, cōmiſſum ſibi legēdi munus
obire,& poſt finitas lectiones per aliquod conueniens ſpatiū,circulos in eiſdē ſcolis tenere de-
beāt. Et ſiquis ex eis nō legitime impeditus a legendo ceſſauerit, quotiens id fecerit, totiens
dupli eius quod pro qualibet lectione conſtituto ei ſalario, ipſum attingere diſcernetur, & ꝙ
pro vna,Bidellis ſiue nūtijs dicti ſtudij id legitime denūtiātibus, & tribus reliquis quartis par-
tibus fabricæ ſcolarū earundē exnūc applicamus,pœna mulctetur, et ei tradenda Bulletta, ſeu
mandato defalcandi,& denuncianti,ac curam dictæ Fabricæ habenti,iuxta applicationem præ-
dictam



dictam perſoluendi, Et quoniam inutilis hæc prouiſio de facili reddi poſſet, niſi ſint qui eius
tranſgreſſores annotent, & ſcolas ipſas ſollicite viſitent, & frequentent, quod Rector cum
duobus ſaltem dictorum reformatorum,ſemel in menſe,& pluries vbi cognouerint expedire,
diebus, atq; horis varijs & incertis, ad ipſas ſcolas, ſe perſonaliter conferant, & eas, earumq;
Lectores , dum legunt, dum tenent circulos, viſitent, & ſi qua correctione aut reformatione
digna viderint , illa corrigant & reforment, & vnus ex eiſdem reformatoribus ſeorſum , bis
ſaltem in hebdomada,viſitationis huiuſmodi officium ſubeat per ſeipſum, & tranſgreſſiones,
aut alia corrigenda, vel reformanda,cum Rectore conferat & collegis,vt eorum opera ſic adhi
bita(ſuper quo eorum & ipſorum cuiuſlibet conſcientias oneramus)ſtudium prædictum voti-
uis proficiat incrementis , Bidelli vero ſeu Nuntij pręfati,aut eorum alter rotuli collationa-
tam copiam habeant penes ſe,in quo ſcripta ſint nomina omnium Lectorum,& qua quiſq; ho-
ra ſit lecturus,& iuxta illius ordinem & tenorem ſcolas circum eant, Feſta palatij conſueta in
ſcolis ante Cathedram,Doctoribus & ſcolaribus nuntient, & ſi quem ex dictis lectoribus , ſuo
loco abeſſe repererint,adhibito teſte, illum annotent,& in fine cuiuſq; hebdomadę,Notario di
cti Rectoris, qui rem ad ipſorū Rectoris,& reformatorum notitiam fideliter deducat, inſcrip-
tis tradant . Et ſi dicti Bidelli in præmiſſis negligentes fuerint,pro tempore exiſtentem ipſius
Studij Rectorem pro prima eiuſdem Rectoris arbitrio,pro ſecunda vero vicibus ſalarij & emo
lumentorum omnium vnius ſemeſtris in dictam Fabricam conuertendorum amiſſionis pœna
mulctentur . Quod ſi tertio in ſimilem inciderint negligentiam, officio Bidellatus huiuſmodi
perpetuo priuati,& ad illud vlterius obtinendum inhabiles ſint , illudq; vacare cenſeatur eo
ipſo, et ne (quod paſſim euenit) Lectores præfatos,& legendi, & ſalaria non ſine tedio perci-
piendi,duplex cura fatiget,ꝙ Dilectus filius modernus depoſitarius pecuniarum dictæ Gabel-
læ, antequam de officio depoſitariatus hmōi ſe vlterius intromittat, & ſui in dicto officio ſuc-
ceſſores, anteq̄ ad illud quomodolibet admittāt, cautionem pręſtent,de ſalarijs dictis Lectori-
bus,pro tempore conſtitutis,iuxta mandata deſuper cōfici ſolita,& eis exhibita,abſq; moræ di-
ſpendio integre perſoluendis,ꝙ ſi depoſitarius ipſe ſolutionē hmōi per tres dies poſt præſenta
tionem mādati ſibi factā,diſtulerit, liceat dictæ Gabellæ conductoribus,ſalaria ipſa iuxta dicta
mandata q̄uis illa ad depoſitariū ſint directa,cū retentione pro ſe emolumentorū inde proue-
nientium,quæ capita ſolidorum vocātur,auctoritate præſentiū libere perſoluere ex pecunijs
eiuſdem Gabellæ,ad quod faciendū,& ſingulas tertias partes ſalariorū hmōi, per Decemdium
anteq̄ ipſius ſolutionis dictis Lectoribus pro tempore faciendæ terminus aduenerit,pro tempo
re exiſtenti depoſitario præfato cum effectu aſſignandas, Conductores ipſi in contractu condu-
ctionis dictæ Gabellæ ſe ſpecialiter,etiā ſub aliqua pecuniaria pœna,debeant obligare . Inſuper
inhibemus ſub excōmunicationis latæ ſententiæ,& dupli eius in quo læſio cōmittetur ſi exti-
mationem recipiat,parti dānum vel iniuriā patienti,exnunc applicati, pœna, quotiens contra-
uentum fuerit,ipſo facto incurrendarum,Dilectis filijs modernis, & qui pro tempore fuerint,
dictæ vrbis Gubernatori,Senatori,Curiæ cauſarum Camerę Apoſtolicæ Auditori,Cæteriſq; cu-
riæ & Vrbis prædictarū,ordinarijs & extraordinarijs iudicibus,ne ſuper cauſis cōtra dictos ſco
lares ſeu eorum aliquem,pro tempore motis,& dohanarum ac aliarum Gabellarū quarūcunq;,
etiam ratione portarum,& Pōtium dictæ vrbis exactoribus,ne in Rebus & Bonis ad dictos ſco
lares,pro eorū ſtudio hmōi inſiſtentiū vſu pertinentibus, contra exemptionem, & immunitatē
prędictas,in ipſorum ſcolariū,ſeu alicuius eorū præiudicium,directe vel indirecte, quouiſquęſi
to colore,quicq̄ facere,vel attemptare præſumant,Quocirca per Apoſtolica ſcripta mandamus
præfato Dominicho Epiſcopo moderno,& qui pro tempore fuerint,dicti ſtudij Vrbis Rectori,
& prędictis modernis,ac pro tempore exiſtentibus reformatoribus,vt præmiſſa omnia & ſingu
la quantum ad eos attinet obſeruent , & quoad alios cuiuſcunq; ſtatus, gradus,& conditionis
fuerint,faciat ipſe Rector de dictorū Reformatorum conſilio auctoritate noſtra firmiter obſer
uari: Tranſgreſſores,Contumaces,& inobedientes quoſcunq; per cenſuram Eccleſiaſticam , &
alia iuris de quibus ſibi videbitur, opportuna remedia, Appellatione quauis omnino remota,
compeſcendo: Venerabili Fratri noſtro, Raphaeli Epiſcopo Oſtienſi moderno & qui pro tem-
pore fuerit Collegij Venerabilium fratrum noſtrorum dictę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium
Decano,ac pro tempore exiſtentibus, primo ex Preſbyterorum,ac primo ex Diaconorum Car
dinalium huiuſmodi ordinibus,quatenus Rectori & Reformatoribus, Doctoribus & Scolari-
bus præfatis,quando & quotiens pro parte ipſorum,vel alicuius eorum,fuerint requiſiti in præ
miſſis efficacis aſſiſtant præſidio defenſionis, faciantq; eos , & eorum quemquam reſpectiue
auctoritate, facultate,exēptione,immunitate,& cæteris ſupradictis pacifice,vti,frui,& gaudere,
non permittentes ipſos per quoſcunq; deſuper indebitę moleſtari, perturbari, aut inquietari,
Barruncello

Baruncello quoq;, Commeſtabilibus,Mareſcallis, & cęteris curiæ & vrbis prædictarum executoribus quibuſcunq;, præſentibus & futuris,vt præfati Rectoris mandata contra quoſcunq; tam perſonaliter quam realiter exequenda,præmiſſorum occaſione,& auctoritate præſentium,de dictorum Reformatorum vel ſaltem duorum ex eis conſilio,pro tempore,decreta ſollicite,& fideliter exequantur,Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dictæ vrbis Iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,necnon omnibus illis quæ dictus Eugenius prædeceſſor in ſuis litteris prędictis voluit non obſtare,contrarijs quibuſcunq; : Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim a dicta ſit ſede indultum,ꝙ interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam &expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum quia ob Curiæ noſtræ in vrbe continuam reſidentiam frequens in eadem vrbe eſt Eccleſiaſticarum perſonarum concurſus,& modernis temporibus,pro clariori Canonum intelligentia legum cognitio,non ab re eſſe dinoſcitur: quibuſuis Archidiaconis,Decanis, Plebanis, Præpoſitis,Cantoribus,& alijs Clericis ſęcularibus,etiam perſonatus habentibus, ac Præſbyteris,quibus leges audire,ſub excommunicationis ſententia,& alijs pœnis, eſt a iure prohibitum, in ſtudio Vrbis huiuſmodi dumtaxat,pro clariori dictorum Canonum intellectu, Leges,ſine alicuius Cenſuræ ſiue pœnę incurſu audiendi, ſanctæ commemorationis,Honorij Papæ iij. ſimiliter prędeceſſoris noſtri,& alijs conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,Cæterisq; contrarijs nequaquam obſtantibus,auctoritate & tenore præmiſſis, plenam & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis,communitionis,decreti,ſtatuti,ordinationis, inhibitionis, & elargitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare pręſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę,Milleſimo quingenteſimo tertio decimo, Nonis Nouembris, Pont. Noſtri Anno primo.

## BVLLA Contra Homicidas.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuā rei memoriam. Quæ laudabili & prouida prædeceſſorum noſtrorum ordinatione, contra viros ſanguinum, et doloſos, Deo & homnibus, Propheta teſtante, abominabiles,vt pœnis debitis,Iuſtitia mediante puniantur, ſtatuta ſunt : opportunis Nos decet fauoribus proſequi,& efficacem operam adhibere circa obſeruātiam eorundem. Dudum ſiquidem per pię Memoriæ Pium Papam Secundū prędeceſſorem noſtrum,accepto,ꝙ a certis annis tunc elapſis citra in Terris locis & tenimentis Romanę Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis,quam plura etiam ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur Homicidia,idem prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia eſſe pernicioſum,& deteſtabile,& iuxta Canonicas Sanctiones debere graui animaduerſione puniri, & tanto ſeuerius puniendum & extirpandum fore,quanto manifeſtius cognoſcebatur. Quod ex eo vt plurimum ſcandala & mala plurima ſubſequebantur, ac cupiens ꝙ eiuſdem Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiecti, pacifici forent & modeſti,& Terras ac loca prædicta ſiccarijs expurgare,inter alia per quaſdam ſtatuit & decreuit,quòd omnes illi qui pro delicto Homicidij forent condemnaati,ſeu alias de Ciuitate aliqua,& diſtrictu ipſius Banniti, non poſſent ad Ciuitatem,ſeu diſtrictum huiuſmodi quocunq; tempore redire,ſeu in eis vel eorum altero moram trahere,etiam habita pace ab hæredibus vel conſanguineis,ſęu filijs ipſius occiſi, nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator qui pro tempore foret, vel quiuis alius poſſet auctoritate apoſtolica,ſeu ex officio ſuæ Legationis aliquem Homicidam,ſeu exbannitum,rebannire,reducere,ſeu reuocare ad Ciuitatem,vel diſtrictum, aut eorum alterum, ſeu ei licentiam, vel ſaluū conductum concedere redeundi ſeu morandi in eis,vel eorum altero,in perpetuum, vel ad tētus modicum ſiue magnum,nec etiam per diem vnum ſiue noctem. Quod ſi ſecus per quemq̄ ex ſupradictis factum foret,ipſo facto incideret in pœnam excommunicationis. ſine vlteriori ſententia declarationis, a qua per alium quàm per ſummū Pontificem, & tunc facta de hoc ſpeciali expreſſione,nō poſſet abſolui,ac licētia,reductio,ſaluus conductus,& caſſatio,Proceſſus & Banni huiuſmodi eſſent ipſo iure nullæ nulliuſq; roboris vel momenti,incideretq; etiam in pęnam Ducatorum Mille,Cameræ Apoſtolicę Applicandorum,quam Theſaurarius,cui hoc ſecrete,vel publice foret denunciatum,de ſuo ſalario retineri faceret, & mandaret, nullo ſuper hoc expectato,ſeu requiſito ſuperioris mādato:quod ſi nō faceret ipſe Theſaurarius, eandē ſentētiā excōmunicationis,ipſo facto cū eiſdem qualitatibus incurreret,Ipſeq; ſic rebnāitus,reductus, ſiue



ſiue quocunq; alio modo reuerſus,poſſet & deberet capi detineri, & incarcerari, & de ipſo ſecundum ſententiam contra eum latam,Iuſtitia fieri,per Gubernatorem, Poteſtatem,& alios officiales ad quos ſpectaret,& pertineret incontinenti,ſine vlteriori licentia, notificatione, & requiſitione ſuperioris,vel alterius,ſub pœna Ducentorum Ducatorum auri,Cameræ prędictę applicandorum vel retinēdorum,quam Theſaurarius prefatus, ſimili modo,& forma,ac ſub ſimilibus Cenſuris,faceret retineri,& ꝙ quæcunq; Appellationes interpoſitæ,vel interponendæ,ab huiuſmodi,vel alijs ſententijs,ſiue Grauaminibus contra Homicidas latis,vel a proceſſu contra eum facto,etiam ſi lis,vel inſtantia ſuper eis penderet,& inhibitiones vigore ipſarum emiſſę forent per Auditorem Camerę,vel alium quemcunq; ordinarium,vel delegatum, eſſent nullæ, & inualidæ,nec ad vlteriora ſuper eis,& ipſarum vigore procedi poſſet, aut deberet, Quinimmo appellationes, lites,& cauſæ huiuſmodi cenſerentur aduocatę,extinctę & inualidę,nec poteſtates,vel alij officiales quibus inhibitum foret, mandatis Inhibitionibus litiſpendentijs cenſuris & pęnis in eis contentis,aſtringerentur,Immo tenerentur, & deberent ad executionem ſentētiarum latarū procedere,poſſet tamen in Caſibus a iure vel ſtatuto permiſſis appellari ad Gubernatorē Ciuitatis,vel Prouinciæ,qui infra Menſem cauſam diffinire teneretur, quo elapſo Appellatio,inhibitio,& inſtantia ſuper eis eſſent nullę, et liber,ſine impedimento poſſet fieri Executio ſententiæ,vel banni,ac ſi non fuiſſet Inhibitum,& Appellatum,ꝙq; Banniti,& Condemnati propter hmōi crimen homicidij cenſerentur,& eſſent Banniti ab omnibus locis circūuicinis vſq; ad Miliaria Quinquaginta,intra quę ſi reperti forent,poſſet,& deberet Capitalis ſentētijæ, ſiue condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos per Poteſtates,& alios officiales,Ciuitati,diſtrictui & loco Præſidentes ſub pœnis pecuniarijs ſimili forma imponēdis. Item ꝙ omnes,& ſinguli homicidæ,quorum delictum notorium foret,vel de homicidio infamati,ſeu condemnati,etiam ſi de delicto huiuſmodi ex forma ſtatuti inquiri non poſſet, vel aliqua pœna imponi,vel etiam ſi ipſius delicti, vel pœnę pro eo interpoſitę, auctoritate Apoſtolica, vel alterius ab ea,vel a Romano Pōtifice poteſtatem habentis, eſſet facta remiſſio,caſſatio proceſſus, & ſententia annullata,vel alias quomodolibet diſpenſatum per viam gratiæ ſeu iuſtitiæ remiſſionis in toto vel in parte,non poſſent habere officia,vel dignitates in quibuſcunq; locis, Ciuitatibus & Terris,a quibus Banniti forent,in quibus Domicilium eorum originis haberent,ſeu alias moram traherent,vel reſiderent,etiam ſi forent abſoluti rebāniti,vel alias eorum ſententia,vel cōdemnatio ſiue proceſſus caſſati,irritati,vel alias pro infectis habiti,ſed perpetuo eſſent infames, & omni officio,& dignitate priuati,nec poſſent ferre teſtimonium, nec tabellionatus officium exercere,non admitterentur ad Iudicandum ſeu ad aliud officium exercendum,& ab omnibus actibus legitimis eſſent perpetuo ſuſpenſi, quinimmo ſi huiuſmodi officia acceptarent,exercerent,ſeu ad ea exercenda admiſſi forent,tam ipſe,quam Gubernator,Legatus,aut ſuperior,qui eum eligeret,vocaret,aut ipſum officium exercere,ſeu ei præeſſe pateretur, pœnam quingentorum Ducatorū auri,ipſo facto incurreret,& ſua Gubernatione priuaretur,nec geſta in iudicio, vel extra iudicium,tam per eum qui admiſſus foret ad officium,quam per eum qui illud ab eo exerceri paſſus foret,decętero valida eſſent,& robur obtinerent,quinimmo eſſent nullius roboris,vel momenti,& ſi Eccleſiaſticæ perſonæ forent,ſententiam excōmunicationis ipſo facto incurrerēt ſine vlteriori declaratione,a qua nō poſſent,pręterquam a Romano Pōtifice, cum ſpeciali delicti ſeu remiſſionis huiuſmodi expreſſione abſolui,& Thæſaurarius Camerę,ſine vlteriori requiſitione ſeu notificatione,aut inhibitione,vel monitione,Salarium eiſdem,vel alteri debitum retinere deberet,ſi ab eo deberetur,ſi vero non deberetur,mandaret Poteſtati,Gubernatori,vel alteri ad quem ſpectaret,ab eis,vel eorum altero exigi,ſub eiſdem Cenſuris & pœnis. & deinde Recolendæ Memoriæ Paulus Papa Secundus, etiam prædeceſſor noſter, Nonnulla, quietem & laudabile regimen Ciuitatis noſtræ Peruſinæ punitionem exceſſuum, quæ inibi pro tempore committi contigerat, ſtatuens, inter alia eiuſdem Pij Prædeceſſoris ſtatutum & Decretum,prædicta,per alias,in quibus ſtatuti & decreti prædictorum tenorem de verbo, ad verbum inſeri fecit,approbauit, ac voluit, et mandauit,præſertim in Ciuitate prædicta inuiolabiliter obſeruari, poſtmodum vero per fœlicis recordationis Sixtum Papam quartum ſimiliter prędeceſſorem noſtrum accepto quòd eiuſdem Pij prædeceſſoris ſtatutum, & decretum prædicta ab aliquibus temporibus citra, non fuerant obſeruata, & ex illorum inobſeruantia ſubditi præfatæ Eccleſiæ procliuiores fuerant ad homicidia commmittenda, iamq; fere paſſim quottidie homicidia perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa committendum promptiores exiſtebant, quia ſperabant latere, & ſuorum exceſſuum remiſſionem facile conſequi poſſe:idem Syxtus prædeceſſor,deteſtabilem, & horrendam talium ſiccariorum nequitiam,ad aliorum tutelā opportunis remedijs proſequi cupiens, habita ſuper hijs, cum fratribus

tribus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tribus ſuis præfatę Eccleſiæ Cardinalibus,de quorum numero tunc eramus, deliberatione ma
tura,& de illorum conſilio ſtatuta,& decreta prædicta Pij prædeceſſoris præfati, & prout illa
concernebant,omnia & ſingula in eiuſdem Pij prędeceſſoris litteris contenta,per reliquas ſuas
litteras approbauit, et robur perpetuę firmitatis obtinere debere decreuit,ac voluit,& de eo-
rundem fratrum conſilio ſtatuit,& ordinauit, quod condemnati eatenus, et quos in poſterum
condemnari contingeret,vbilibet in Ciuitatibus,Terris,& Locis prædictis,pro homicidio,ſiue
vt Principales,ſiue vt Auxilium,Conſilium,& fauorem præſtantes,ſuarum condemnationum re
miſſionem,aut contra illas Saluumconductum,& licentiam ſecure morari,in loco Patrati Cri-
minis,vel ei infra Quinquaginta Miliaria,vt præfertur propinquo nullatenus obtinere poſſent,
ab alio,quam ipſo Syxto prędeceſſore,& Romano Pontifice qui pro tempore foret, & alicuius
alterius etiam Legati de latere remiſſio nemini ſuffragaretur. Et ſi forte contingeret eundem
Syxtum prædeceſſorem,& Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ad remiſſiones,ſeu
Saluumconductum hmôi procedere,talis remiſſio, per Pręoccupationem proceſſiſſe, cenſere-
tur, et nemini prodeſſe poſſet,niſi in illa vere ipſius Sixti prædeceſſoris litterarũ, tenor de uer-
bo ad verbum,non autem per clauſulas id importantes inſertus foret,& ſpecificata, & determi
nata cauſa exprimerentur,quæ eundem Sixtum prędeceſſorem,& ſucceſſores ſuos induceret ad
derogandum pręmiſſis,quę cũ tam matura deliberatione ab eo emanarat. Et vt pręmiſſa eo ple
nius innoteſcerēt,voluit ea per Legatos,Rectores,& Gubernatores,Prouinciarum, Ciuitatum,
& locorum,temporali Dominio pręfatę Romanę Eccleſiæ ſubiectorum,in ſingulis Ciuitatibus,
& locis eorum legationi Commiſſis, Sono tubæ pręmiſſo,publicari,& in regiſtris in quibus ta-
lia decreta dictæ ſedis regiſtrari ſunt ſolita,Regiſtrari,prout in ſingulis litteris prędictis,plenius
continetur, Cupientes igitur, vt ſtatuta,& decreta hmôi, quæ tam prouide emanarunt, tanto
firmius obſeruentur,quanto erunt ſæpius eiuſdem ſedis auctoritate roborata,habita ſuper præ-
miſſis,cum fratribus noſtris Sanctę Romanę Eccleſiię Cardinalibus deliberatione matura, de
illorum Conſilio,Pij,Pauli,ac Sixti,prędeceſſorum prædictorum laudabilia ſtatuta,decreta,volũ
tates,ordinationes,& mandata prędicta,ac prout illa concernunt,omnia & ſingula, in eorundē
prædeceſſorum litteris contenta,auctoritate apoſtolica,præſentium tenore,approbamus,& ro-
bur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus,ac volumus,& mandamus,perpetuis futu
ris temporibus obſeruari,& iuxta eiuſdem Sixti prędeceſſoris litteras per Legatos,Rectores &
Gubernatores prędictos,in ſingulis Ciuitatibus,& locis eorum, Legationi, Rectoriæ,& Guber
nationi Commiſſis, ſono tubæ pręmiſſo,publicari,& in Regiſtris ſolitis regiſtrati, Non obſtan-
tibus conſtitutioniqus,& ordinationibus apoſtolicis,ac quibuſuis Priuilegijs,conceſſionibus,
& indultis,per ſedem apoſtolicam,quibuſuis Prouincijs,Domicellis,Ciuitatibus,Terris, & lo-
cis,ac perſonis alijs,quauis conſideratione,conceſſis. Quę quoad pręmiſſa reuocamus,& nemi
ni volumus ſuffragari, Cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum,liceat
hanc paginam noſtræ Approbationis,conſtitutionis,mandati,reuocationis,& volũtatis,infrin
gere,vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare,pręſump ſerit,Indignationē
omnipotentis dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat.
Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo
octuageſimoſexto. Pridie Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri, Anno Secundo.

BVLLA Contra Brigoſos,& in fauorem Paceriorum.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam,Perni-
tioſam deoq; odibilem rixarum conſuetudinem,& inquietorum rixantium Bri
gas deteſtabiles aut verius corruptelã,quæ Pacis æmulo Procurante,in pleriſq;
noſtris,& Romanæ Eccleſię Ciuitatibus præcipue alma Vrbe cum animarũ eui
denti periculo,corporum quoq; & facultatũ maximo detrimento, diutius ino-
leuit,quantum nobis ex alto permittitur,eradicare totis viribus cupientes,no-
ſtrę ſollicitudinis Paſtoralis officium, ita interponere,ac Prædeceſſorum noſtrorũ decreta pro-
uide ſuper hoc edita noſtri muniminis Præſidio inſtaurare curamus,ꝙ ſublatis quibuſlibet diſſi
dijs,ciuilibuſq; diſcordijs,noſtri,& eiuſdē Eccleſiæ filij Pacis amenitate lętent̃,peruerſorũ vero
temeritas pœnarũ exaggeratione penitus arceatur.Olim ſiquidē a fœlicis recordationis Paulo
Papa Secundo,Prædeceſſore noſtro emanarũt litterę tenoris ſubſequẽtis.Paulus Epiſcopus ſer
uus ſeruorũ dei.Ad perpetuã rei memoriã. Veros ſanguineos, & doloſos abominabiles deo,Sã
ctus Propheta teſtat̃,nec immerito quidē apud deũ,& hominęs deteſtãdi vidētur,qui horrenda
ſæuitia,



ſæuitia,& vindictæ furore Succenſi, ſanguinem ſitiunt aliorum,& præſertim inſontiũ, ita vt nõ
ſolum corporum mortem procurent,ſed etiam animarum,pro quibus dei filius mortem ſubiit
corporalem,eaſq; pretio ſui ſanguinis comparauit,vnde nos eiuſdem ſaluatoris vicem, diſpo-
nente domino, licet immeriti, obtinentes in terris, Eoſdem merito, deteſtamur, & ad gregis
Dominici cuſtodiam ſollicitis excitati vigilijs animarum,& corporum ſaluti, & publicæ paci,
ac quieti, attenta cogitatione inſiſtimus,vt perditorum hominũ audaciam compeſcendo ani-
mas ſimul, & corpora deo lucrifacere ſua nobis cooperante gratia valeamus, Sane in alma
Vrbe noſtra quę ſicut per ſacram Beati Petri,ſedem totius,eſt caput orbis effecta, ita cęteris vr
bibus quietis & pacis norma,& exemplar deberet eſſe Iuſtitiæ, inſtigante Diabolo peſtiferum,
& pernitioſum malum irrepſit, vt ſi quando inter aliquos,etiam pro leuiſſima cauſa,quam Bri
gam vocant, rixa fuerit exorta,in qua alter alterum percuſſerit, aut vulnerauerit, percuſſus aut
vulneratus, huiuſmodi offendentis, patrem,fratrem,aut filium,ſeu alterum ex propinquis,iniu
riæ expertem,& plærumq; offenſionis ignarum,aut huiuſmodi exceſſus plurimum indolentem
Horribili immanitate,& furioſa dementia,in vindictam ſuæ iniuriæ vulnerat,& interdum occi
dit, aut aliquis propinquorum offenſi,ad vltionem iniuriæ Propinqui ſui, vt præmittitur pro-
pinquum offendentis vulnerat,vel occidit,vel vulnerari,& occidi facit,inde quoq; iuxta dãna-
bilem abuſum Ciuitatis,vtraq; pars ſe domibus priuatis includit,quas in contemptum ſummi
Pontificis, videlicet Principis,ac etiam Magiſtratuum ciuitatis,armatis complent, & interdum
fores domorum,& porticus ſteccatis communiunt,vbi tanquam ad officinas aſilum ſcelerum
perditi homines,& ſceleſti,ex vtraq; parte cõueniunt,illic rabida factio iungitur,atrociſſimi ſce
leris immanitate concordans, illic dementia, & fama eſt, & venalis iniuria,dum hii, qui nulla
ſunt iniuria laceſſiti,ad vindictam offenſorum,inſana mente,& ferali crudelitate, coniurant,hii
ſunt quorum veloces pedes ſunt ad effundendum ſanguinem,qui viam pacis non cognouerũt,
Inter quos fœda & obſcęna conuertit Alearum vſus,pecuniarum effuſio,patrimoniorum diſſi-
patio,dirę blasfemię,& obſceni aguntur incæſtus,ex hiis oritur regentium Rempublicã,& Ma-
giſtratuum cõtemptus,ac ſeditiones nonnunquam excitantur,quodquidem ex alio veteri pro-
ceſſit abuſu,& ſi quando huiuſmodi rixæ & offenſiones,intercedunt non ſolum propinqui,atq;
coniuncti,ſed etiam extranei vtriq; parti ſe offerunt,quod vulgo apud eos,& materno vocabu-
lo, Fare de bene, nuncupatur,ex quo plerumq; totius Ciuitatis ſtudia,non ſine graui nota regē-
tium, atq; diſcrimine reipublicæ, armantur aduerſus proximos, miſeri ſpiritu diaboli repleti,
omne ius humanæ ſocietatis,omnem charitatē, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu
peruertunt. Nos igitur tam immani,& crudeli facinori,ac populi noſtri peculiaris periculis vo
lentes occurrere,& tam nepharios pręſumptores debitę animaduerſionis mucrone ferire,& vt
tuta ſit inter improbos innocẽtia,etiam in ipſis improbis formidato ſupplicio,refrenetur auda
cia,ac nocendi facultas,ipſiuſq; almæ vrbis noſtræ paci, & quieti, & tranquillitati conſulere, vt
fœlici ducta regimine præſeruetur a noxijs,& optatis ſemper perficiat incrementis. Hac irre-
fragibili,matura,digeſtiſſima,& perpetua valitura cõſtitutione, Statuimus,& ordinamus,vt qui
cunq; deinceps Baro,aut domicellus, vel Ciuis Romanus,vel quæuis alia Ecclęſiaſtica, ſæcula-
riſq; perſona,cuiuſcunq; conditionis,& qualitatis exiſtat,quacunq; etiam atroci iniuria laceſſi-
ta pro ſua,vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem,aut filium,fratrem, aut propin-
quum,vel alias amicum,vel domeſticum offendentis,vulnerare,mutilare,occidere,vel quocũq;
modo,realiter,vel perſonaliter,offendere pręſumpſerit,aut Talia fieri fecerit, vel mandauerit,
ſimiliter qui in vrbe Roma,vel in eius diſtrictu,occaſione rixæ,vel Brigæ,domũ Cõmunire,arma
tos receptare,aut tenere,vel adhærẽtes,& complices,ac fautores Brigæ arceſſere,ſeu quãcumq;
conuẽtionē,congregationē,& Collectã hominũ,ad vltionē iniurię,inuocare,excitare, inuitare,
vel receptare præſumpſerit per ſe,vel aliũ,Crimē Lęſæ Maieſtatis incurrat,& tanquã Læſę Maie-
ſtatis,rebellionis,ac Seditionis in Vrbe cõcitatæ reus cẽſeatur,& habeatur,ac veluti talis,a com
petẽtibus iudicibus ſeueriſſime puniatur. Eccleſiaſtici vero talia perpetrãtes ab omni dignita-
te,honore,ordine,officio,& Beneficio ſint ipſo iure priuati,& perpetuæ cuſtodiæ mancipentur,
beneficia eorũ libere alijs per illos ad quos eorũ collatio pertinet,cõferãtur.Omneſq; Pręterea
talia perpetrãtes,& comittẽtes,tanq̃ Chriſtianæ religionis alieni,publicæ Pacis æmuli, ab omni
Populo,Ciuitate,Terra,vel loco,Eccleſiæ Romanæ mediate vel immediate ſubiecto, ſint perpe
tuo diffidati, eorũ bona tam mobilia q̃ immobilia ſint ipſo iure,Camerę apoſtolicę confiſcata,
Nulli Pręterea taliũ alicuius aperiat̃ Ianua dignitatis,aut honoris Eccleſiaſticæ vel mũdanę, ſeu
ad alicuius loci regimē ſit aſſenſus,Et ut magis famoſa ſit eorũ infamia,factio teſtamẽti actiue
& paſſiue,ſit eis interdicta,ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pãdat̃, omni
ſpe gratię,aut diſpẽſationis adẽpta,Ac præter prædictas pœnas, ſententiã excõmunicationis, &
perpetuæ

perpetuæ maledictionis incurrãt,a qua Abſolui nõ poſſint niſi per Romanos Põtifices,Præterq̃
in mortis articulo conſtituti,illi vero qui ipſis offenſis vel offendentibus ſeu Brigoſis adhærere
fauere opē Auxiliumue permittere, vel in domibus aut Caſtris locis ſeu forte litiis ſuis recep-
tare, aut qui Iuxta vulgare , Fardebene,deinceps præſumpſerit, tamquam fautores ſcelerum,
& conſpiratores aduerſus publicam pacem,omnino ſimilis rebellionis confiſcationis depoſi-
tionis,priuationis inhabilitationis atq; excommunicationis,& anathematis pœnas incurrant.
Statuimus præterea, vt domos & habitationes principalium offendentium,qui vindictã in alios
vt præmittitur ſumere vel exercere,vel etiam qui ex vtraq; parte Domos ipſas munire,aut con
gregationes occaſione Brigæ,& Collecta hominum aduuare, aut armis vel armatis,ſeu Stecca
tis, aut Propugnaculis communire auſi fuerint,in deteſtationem tanti facinoris demoliantur
et vſq; ad ſolum,ad perpetuam infamiam Proſternantur:per hoc quoq; Sęcularibus,& alijs iu-
dicibus ſuis competentibus,non adimimus facultatem vtendi Statutis & Legibus aduerſus ta-
les editis vel edendis:Dignum eſt enim vt nefandi ratione flagitij, vltionis ſeueritas extenda-
tur,& propter enormitatem facinorum,pœnarum modus exuperet. Cęterum volumus ꝙ ſin-
guli in dicta Vrbe Rixam ſeu Brigam quomodolibet forſan in præſentiarum habentes, ſuſtinen
tes,aut excitare molientes,cuiuſcunq; ſtatus,vel conditionis fuerint, poſt publicationem præ-
ſentium in curia Capitolii,& alijs publicis dictæ vrbis locis faciendam, infra Quindecim dierũ
ſpatium ſuper illa in dilectos filios eiuſdem Vrbis generales Pacerios noſtros , ac Chericum
de Chericatis Ciuem & militem Vicentinum ſeu alium per nos eius loco forſan ſurrogandum
aut deputandum,& de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorum plenarie compro
miſiſſe, ipſorumq; deciſionibus, ſententiis, & mandatis, quæ omnia rata & grata haberi , ac
ab omnibus & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit quomodolibit in futurum , inuiola-
biliter obſeruari volumus atq; mandamus, Stare & parere debeant , & teneantur . Decer-
nentes nulli licere illis contradicere,nec etiam ab eis quouiſmodo appellare, Inhibentes nihi-
lominus diſtrictius ne aliquis per ſeipſum aut quemuis alium directe vel indirecte,ſeu alio quo
uis quæſito colore contra pacem,& concordias,hactenus initas & factas,vel ſecuritates præſti-
tas,ſeu deinceps ineundas, venire, vel aliquid attemptare, aut illas infringere quomodolibet
præſumant,ſub pœnis vltra vrbis ſtatuta in huiuſmodi facta Pace contentis,ac præmiſſis,& alijs
arbitrio noſtro infligendis,Quas rebelles,& contrafacientes, ac pacem huiuſmodi non ſeruan
tes,eo ipſo quo contrafecerint,irremiſſibiliter incurrant . Ad maiorem pręterea firmioremq;
rei ſubſiſtentiam,& perpetuam obſeruationem,volumus & mandamus ꝙ pręſentes noſtræ lit
teræ eiuſmodi voluntatem, ordinationem,& Decretum noſtrum continentes,in volumine Sta
tutorum dictæ noſtrę Vrbis,de verbo ad verbum denotentur,& deſcribantur . Nulli ergo om
nino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis,ordinationis,ſtatuti, voluntatis,mã
dati,Decreti,& inhibitionis,infringere,vel ei auſu temerario contraire, Siquis autem hoc at-
temptare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſto-
lorum eius, ſe nouerit Incurſurum. Datum Romæ apnd Sanctum Marcum Anno Incarnationis
Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Decimo Kalendas Octobris, Ponti
ficatus Noſtri Anno Tertio Cum autem, ſicut facti euidentia manifeſtat ex ordinatione tam
prouida,modica prouenerit hucuſq; Vtilitas,& litteræ Prædeceſſoris huiuſmodi in obſeruantia
debita,pro noſtro, ac ipſius Prædeceſſoris voto laudabili, nequaq̃ habitæ fuerint, vt decebat .
Nos peruerſorum temerarios auſus caſtigatione debita reprimere & Rixis,Brigis,atq; diſſidijs
huiuſcemodi,finem imponere cupientes, Motu proprio litteras prædictas,auctoritate Apoſto-
lica,tenore præſentium,ex certa ſcientia innouantes,ac vim vigoremq; perpetuos obtinere , &
inuiolabiliter obſeruari decernentes,omnibus quoq; & ſingulis,Rixam,ſeu Brigham,quomo-
dolibet ad pręſens in eadem vrbe obtinentibus, ſub pœnis in pręinſerta Bulla contenti diſtri-
ctius mandantes,vt infra Trium dierum Spatium, a die Publitationis pręſentium inchoandum.
alijs vero Brighas ipſas in futurum forſitan habituris,ſub decem ſimilium dierum termino de
beant & teneãtur omnes & ſingulas Brighas & differentias huiusmodi, in modernos Pacerios
noſtros ac alios pro tempore exiſtentes,per nos ad hoc ſpecialiter deputatos, ſeu in poſterum
deputandos,de iure & de facto iuxta eorundem Arbitrium,& auctoritatem plenarie compro-
mittere,& ipſorum ſententijs,deciſionibus, & mandatis, quæ omnia grata & rata haberi volu-
mus, ſtare & parere debeant & obſeruari volumus in futurum, Quodq; Pacerij prædicti tene-
antur & debeãt, omiſſis iuris & ſtatutorum ſolemnitatibus,ac dilationibus, noſtra auctoritate
de conſilio tamen & aſſenſu præſentis noſtræ almæ Vrbis Gubernatoris,& pro tempore exiſten
tis, omnes & ſingulos Brighoſos, hmōi cogere & compellere, ad pacem & reconciliationem,
Ineũdas,Contradictores & retinẽtes,vijs iuris,& remedijs opportunis,omni ꝓrſus appellatio-





ne ceſſante penitus compeſcendo,alias iuxta litterarum prædictarum continentiam & tenorē,
Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringente-
ſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Quarto idus Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

### BVLLA contra ſumentes vindictam in perſonam tertij. Ac contra Brighoſos. Et quod a ſententijs Paceriorum non appellętur.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei . Ad perpetuam rei Memo-
riam. Et ſi de cunctarum Ciuitatum temporali Dominio Romanæ Eccleſiæ ſubie-
ctarum proſpero & fęlicis Regimine cogitare nos deceat, ad noſtram tamen al-
mam Vrbem Apoſtolorum Petri & Pauli glorioſo martirij cruore Domino noſtro
Iheſu Chriſto conſecratam,Ciuitatem Sacerdotalem & Regiam,eiuſq; ſalubre re-
gimen tanto accuratius aciem noſtræ conſiderationis extendere, & quæ propterea prouida
predeceſſorum noſtrorum ordinatione emanarunt,pro eorum ſubſiſtentia firmiori, noſtræ ap-
probationis munimine roborare debemus,quanto illa caput eſt orbis & altiſſimus in ea Sacer-
dotij principatum & Chriſtianæ religionis caput inſtituit ac fuit , quod pro noſtra ſalute per-
tulit,Martirij ſedem, ad quam de vniuerſis mundi partibus Chriſtifideles confluunt, in nume-
ro copioſo voluit collocari.Dudum ſiquidem cum in ea præfata vrbe inſtigante diabolo peſti-
ferum ac pernitioſum malum irrepſiſſet,quod ſi quando inter aliquos,etiam pro leuiſſima cau
ſa,Rixa quam Brigham vocabant exoriebatur,in qua alter alterum percuteret, aut vulneraret,
percuſſus aut vulneratus huiuſmodi,offendentis Patrem fratrem aut filium,ſeu alterum ex pro
pinquis iniuriæ expertem,& plærumq; offenſionis ignarum,aut huiuſmodi exceſſus plurimum
indolentem,horribili immanitate,& furioſa dementia in vindictam ſuæ iniuriæ vulnerabat , &
interdum occidebat,aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui , vt
premittitur, propinquum offendẽtis vulnerabat vel occidebat,vel vulnerari & occidi faciebat,
inde quoq; iuxta damnabilem abuſum eiuſdem Ciuitatis,vtraq; pars ſe Domibus priuatis in-
cludebat,quas in contemptum ſummi Pontificis ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis,armatis cõ-
plebant,& interdum fores Domorum & Porticus ſteccatis communiebant,vbi tamquam ad of
ficinas & aſilum ſcelerum perditi homines & ſceleſti,ex vtraq; parte conueniebant,Illic rabida
factio iungebatur atrociſſimi ſceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat,
venalis iniuria,dum hij qui nulla erant iniuria laceſſiti,ad vindictã offenſorum, inſana mente,&
ferali crudelitate coniurabant,hij erant quorum veloces erant pedes ad effundendum ſangui-
nem,& qui viam pacis non cognouerant,& inter quos fœda & obſcena committebantur, alea-
rum Luſus,pecuniarum effuſio,patrimoniorum diſſipatio,dirę Blasfemię & obſceni agebantur
incæſtus, Ex hijs oriebatur regentium rempublicam & Magiſtratuum contemptus, ac ſeditio-
nes nonnumquam excitabantur, quodquidem ex alio veteri proceſſerat abuſu,vt ſi quando hu
iuſmodi Rixæ & offenſiones intercedebant,non ſolum propinqui atq; coniuncti,ſed etiam Ex-
tranei vtriq; parti ſe offerebant,quod vulgo apud eos,& materno vocabulo,Fare de bene,nun-
cupabatur, ex quo plærumq; totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, non ſine graui nota regen-
tium,atq; diſcrimine rei publicæ,armabantur aduerſus proximos miſeri ſpiritu Diaboli repleti,
& omne ius humanæ ſocietatis,omnem caritatem,omnem ciuilem concordiam damnabili abu
ſu peruertebant,Fœlicis recordationis Paulus Papa Secundus prędeceſſor noſter,volēs tam im
mani,& crudeli facinori,ac Populi peculiaris Romanæ Eccleſiæ periculis occurrere,& tam ne-
farios pręſumptores debitæ animaduerſionis Mucrone ferire, & vt tuto eſſet inter improbos
Innocentia,& ipſis improbis formidato ſupplicio refrenaretur audacia, ac nocendi facultas,
ipſiuſq; almæ Vrbis paci,& quieti,ac tranquillitati conſulere,vt fœlici ducta regimine præſerua
retur a noxijs,& optatis ſemper proficeret incrementis: irrefragabili, matura, digeſtiſſima , &
perpetuo valitura conſtitutione,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ quicunq; deinceps Baro, aut Domicel-
lus,vel Ciuis Romanus,vel quæuis alia Eccleſiaſtica,Sæcularisq; perſona, cuiuſcunq; conditio-
nis,& qualitatis exiſteret,quacunq; etiam atroci iniuria laceſſita, pro ſua vel amici aut propin
qui iniuria vindicanda,Patrem aut filium,fratrem,aut propinquum,vel alias amicum,vel dome
ſticum offendentis vulnerare,mutilare,occidere,vel quocunq; modo, realiter, vel perſonaliter
offendere præſumeret,aut Talia fieri faceret,vel mandaret : & ſimiliter qui in Vrbe Roma , vel
in eius diſtrictu,occaſione Rixæ, vel Brigæ, Domum communire,armatos receptare , aut tene-
rę,vel adhęrentes,aut complices,ac fautores Brigæ arceſſere,ſeu quãcunq; conuentionem,con
gregationem,& collectam hominum,ad vltionem iniuriæ,inuocare, excitare, inuitare, vel re-

præſumeret, per ſe, vel alium crimen læſę Maieſtatis incurreret, & leſę maieſtatis, re-
bellionis, ac ſeditionis in Vrbe concitatę, reus cenſeretur & haberetur, ac veluti talis a compe-
tentibus iudicibus ſeueriſſime puniretur. Eccleſiaſtici vero talia perpetrantes, omni dignitate,
honore, ordine, officio, & beneficio, eſſent ipſo iure priuati, & perpetuę cuſtodię manciparen-
tur. Beneficia eorum libere alijs per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur, om-
neſq; præterea talia committentes, tamquam Chriſtianę religionis alieni, publicæ Pacis æmuli,
ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Eccleſiæ Romanæ mediate vel immediate ſubiecto,
eſſent perpetuo diffidati, eorum Bona tam mobilia, quam immobilia eſſent ipſo iure Cameræ
Apoſtolicæ confiſcata, Nulli præterea talium alicuius aperiretur Ianua dignitatis, aut honoris
Eccleſiaſtici, vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet aſcenſus: & vt magis famoſa eſſet
eorum infamia, factio teſtamenti actiue & paſſiue eſſet eis interdicta, ad actus legitimos nullus
eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta: ac præ-
ter prædictas pœnas ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, a
qua abſolui non poſſent, niſi per Romanum Pontificem, præterquam in articulo mortis conſti-
tuti: illi vero qui ipſis offenſis, vel offendétibus ſeu Brighoſis, adhęrere, fauere, opem, auxilium-
ue promittere, vel eos in Domibus, aut caſtris, locis, ſeu Fortelitijs ſuis receptare, aut qui iux-
ta vulgare (Fare de bene) deinceps præſumerent, tamquam fautores ſcelerum, & conſpiratores
aduerſus publicam Pacem, omnino ſimilis Rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuatio-
nis, Inhabilitationis, atq; excommunicationis, & anathematis pęnas incurrerent. Statuit præte
rea idem prædeceſſor, vt Domus & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in
alios, vt præmittitur, ſumere vel excitare, vel etiam qui ex vtraq; parte domos ipſas munire, aut
congregationes occaſione Brigę, & collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, ſeu ſtec
catis, & propugnaculis communire, auſi forent, in deteſtationem tanti facinoris, vſq; ad ſolũ,
ad perpetuam infamiam, proſternerentur, per hoc ſecularibus, & alijs iudicibus ſuis competen-
tibus non adimens facultatem vtẽdi ſtatutis & Legibus aduerſus tales editis, vel edendis, quia
dignum fore exiſtimabat, vt ratione nefandi flagitij vltionis ſeueritas extenderetur, & propter
enormitatem facinorum, pęnarum modus exuberaret, prout in eiuſdem prædeceſſoris litteris
deſuper confectis, quarum tenorem idem prædeceſſor, de verbo ad verbum, in volumen ſtatu-
torum eiuſdem Vrbis annotari & deſcribi mandauit, plenius continetur. Cum autem poſt di-
cti prędeceſſoris obitum, qui contrauenerunt eiſdem litteris ab aliquibus temporibus citra, pę
nis in eis contentis puniti non fuerint, & ex illorum impunitate Romani Ciues inuicem diffi-
dentes, pro leuibus plęrumq; cauſis, procliuiores fuerint ad huiuſmodi abuſus ſuſcitationem,
& ſe domibus includere, illas armis propugnaculis & ſceleſtis hominibus munire, & ſe ſic quã
pluribus annis incluſos, in eiſdem Domibus continere, & interim nõnumquam Manus impro
bas, non ſine interuenientium hinc inde trucidatione conferere, ſcandala plurima in eadem Vr
be excitare non formidauerint, nec formident, creueritq; valde numerus diffidentium corũdẽ,
qui paſſim in eadẽ Vrbe, ad vindictam, iuxta abuſus prædictos, mutuorũ palam tũ exquiſitis do-
lis ſe interficere, & alias offendere non ceſſant. Nos qui deteſtabilem & horrendam talium ne-
quitiam oportunis remedijs perſequi ſtudijs quærimus indefeſſis, habita ſuper hijs cum fratri
bus noſtris Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus deliberatione matura, de illorũ conſilio, eiuſ
dem Pauli prædeceſſoris, conſtitutionem, ſtatutum, & ordinationem prædicta, & prout illa con-
cernunt, omnia & ſingula in dictis litteris contenta, Auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore,
approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere ac obſeruari debere, eadem auctoritate de
cernimus, & pro potiori cautela, ea omnia ſic vt præfertur ab eodem Prædeceſſore prouide ſta
tuta, & ordinata, de nouo ſtatuimus & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus
inuiolabiliter obſeruari: Volumus inſuper ꝙ ſinguli in eadem vrbe in præſentiarum Rixam ſeu
Brigham quomodolibet forſan habentes, ſuſtinentes, aut excitare molientes, cuiuſcunq; ſtatus
vel conditionis exiſtant, poſt Publicationem præſentium in Curia Capitolij, & alijs locis publi-
cis dictę Vrbis, faciendam, Infra Quindecim dierum Spatium ſuper illa in dilectos filios eiuſ-
dem Vrbis generales Pacerios, ac Vicecamerarium, ſeu alium per nos eius Loco forſan ſurro-
gandũ, aut deputandũ, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorũdem Pacerio-
rum plenarie cõpromiſiſſe, ipſorum deciſionibus, ſententijs, & mandatis ſtare & parere debe-
ant, & teneantur, decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouiſmodo ap-
pellare, ac diſtrictius inhibentes ne aliqui per ſe aut alium, directe vel indirecte ſeu alio quouis
quæſito colore, contra pacem & concordias hactenus initas & factas, vel ſecuritates præſtitas,
ſeu deinceps iniendas venire, vel aliquid attemptare, aut illas infringere quomodolibet præſu-
mant, ſub pœnis vltra Vrbis ſtatuta, in huiuſmodi facta pace contentis, ac præmiſſis, & alijs, no-
ſtro



ſtro & Apoſtolicæ ſedis arbitrio infligendis, quas rebelles & contrafacientes, ac pacem huiuſ-
modi non ſeruantes, eo ipſo quo contrafecerint irremiſſibiliter incurrant. Non obſtantibus cõ-
ſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmi
tate vallatis, eiuſdem Vrbis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunq;. Et ne quiſpi-
am de præmiſſis valeat ignorantiam allegare, mandamus præſentem noſtrarum litterarum te-
norem, in locis publicis prædictis, ſono tubæ præmiſſo publicari, Et in volumine ſtatutorum
prædictorum, de verbo ad verbum deſcribi. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginã
noſtræ approbationis, conſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, &
mandati, infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſe-
rit Indignationem omnipotentis dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noue-
rit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctũ Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo
quadringenteſimo octuageſimo ſexto Kalendis Septẽbris Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

BVLLA aliarum confirmatoria, contra Homicidas, &
ſumentes vindictam ac minantes.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei me-
moriam. Licet ea quæ laudabili & prouida Prædeceſſorum noſtrorum ordina-
tione contra viros ſanguinum & doloſos deo & hominibus propheta teſtante
abhominabiles, vt pœnis debitis iuſtitia mediante, puniantur, ſtatuta & ordi-
nata fuerunt, inuiolabili debeant obſeruatione vigere, nonnunquã tamen Ro-
manus Pontifex ne ſucceſſu temporis impugnationi ſubiaceant, illa de nouo
approbare conſueuit, vt eo firmius illibata perſiſtant, quo magis ſuo fuerint præſidio pro tem-
pore ſtabilita, alia etiam de nouo ſtatuendo & ordinando, quæ proſperi ſtatus incrementum,
& boni regiminis directionem afferre poſſint, prout id in Domino conſpicit ſalubriter expe-
dire. Dudum ſiquidem per fœlicis recordationis Pium Papam Secundum, Prædeceſſorem
noſtrum, accepto, ꝙ a Certis annis tunc elapſis citra in Terris Locis & tenimentis Romanæ Ec
cleſiæ mediate vel immediate ſubiectis, quam plura, etiam ex leuibus cauſis, homicidia com-
miſſa eſſe reperiebantur, Idem Prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia eſſe perni
cioſum, & deteſtabile, & iuxta Canonicas ſanctiones debere graui animaduerſione puniri, &
tanto ſeuerius puniendũ & extirpandũ fore, quanto manifeſtius cognoſcebatur quod ex eo
vt plurimum ſcandala, & mala plurima ſubſequebantur, Ac cupiens ꝙ eiuſdem Eccleſiæ media
te vel immediate ſubiecti pacifici forent & modeſti, & Terras ac loca prædicta Sicariis expur-
gare, inter alia per quaſdam ſtatuit & decreuit ꝙ omnes illi qui pro delicto homicidii forent
condemnati, ſeu alias de Ciuitate aliqua & diſtrictu ipſius Banniti, non poſſent ad ciuitatẽ ſeu
diſtrictum huiuſmodi quocunq; tempore redire, ſeu in eis, vel eorum altero moram trahere,
etiam habita pace ab hæredibus ſeu conſanguineis vel filiis ipſius occiſi, & deinde cum in Vr-
be Romana inſtigante diabolo peſtiferum ac pernitioſum malum irrepſiſſet, ꝙ ſi quando inter
aliquos etiam pro Leuiſſima cauſa, Rixa quam Brigham vocabant, exoriebatur, in qua alter
alterum percuteret aut vulneratus huiuſmodi, offendentis Patrem, fratrem, aut filium, ſeu al-
terum ex propinquis, iniuriæ expertem, & plerumq; offenſionis ignarum, aut huiuſmodi exceſ-
ſus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam ſuæ iniurię
vulnerabat, & interdum occidebat, aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ pro
pinqui ſui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulnerabat, vel vccidebat, vel vulnerari ſeu
occidi faciebat, inde quoq; iuxta damnabilem abuſum eiuſdem vrbis vtraq; pars ſe domibus
priuatis includebat, quas in contemptum ſummi Pontificis, ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis
armatis complebant. Et interdum fores domorum & Porticus Steccatis communibant, vbi
tamquam ad officinas & Aſilum ſcelerum perditi homines & ſceleſti ex vtraq; parte conuenie-
bant, illic rabida factio iungebatur atrociſſimi ſceleris immanitate concordans, illic dementia,
& vt fama erat, venalis iniuria, dum hi qui nulla erant iniuria laceſſiti ad vindictam offenſorum,
inſana mente, & ferali crudelitate coniurabant, hi erant quorum veloces erant pedes ad effun
dendum ſanguinem, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fœda & obſcęna commit
tebantur, alearum vſus, pecuniarum effuſio, Patrimoniorum diſſipatio, diræ blasfæmiæ & obſcę-
ni agebantur incęſtus, ex iis oriebatur regentium Rempublicam, & magiſtratuum contemp-
tus, ac ſeditiones nonnumquam excitabãtur, quodq ex alio veteri proceſſerat abuſu, vt ſi quan
do huiuſmodi rixę & offenſiones intercedebant, non ſolum propinqui atq; coniuncti, ſed etiã
extranei vtriq; parti ſe offerebant, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo. Fardebene
nuncupabatur, ex quo plerumq; totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, non ſine graui nota Re

 gentium

gentium, atq; diſcrimine Reipublicę, armabantur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli
repleti, & omne ius humanæ ſocietatis, omnem caritatem, omnem Ciuilem concordiam, dam-
nabili abuſu peruertebant: Piæ memoriæ Paulus Papa Secundus etiam prædeceſſor noſter, vo-
lens tam immani & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Eccleſiæ periculis occurre
re & tam nepharios præſumptores, debitæ animaduerſionis mucrone ferire, & vt tuta eſſet in-
ter improbos Innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenaretur audacia, & no-
cendi facultas, ipſi vſq; almę vrbis paci & quieti & tranquillitati conſulere vt fœlici ducta regi-
mine præſeruaretur a noxiis, & optatis ſemper proficeret incrementis, per alias litteras ſuas
perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit & ordinauit, ꝙ quicunq; baro, aut Domicellus, vel ci-
uis Romanus, ſeu quæuis alia Eccleſiaſtica, ſæcularisq; perſona, cuiuſcunq; conditionis & quali
tatis exiſteret, quacunq; etiā atroci iniuria laceſſita, pro ſua vel amici, aut propinqui iniuria vin-
dicāda, patrē, aut filiū, fratrē, aut propinquū, vel alias amicū vel domeſticū offendentis vulnera-
re, mutilare, occidere, vel quocunq; modo realiter vel perſonaliter offendere præſumeret, ac ta
lia fieri faceret, vel mandaret, & ſimiliter qui in vrbe Roma, vel eius diſtrictu occaſione rixæ vel
brigę domū cōmunire, armatos receptare aut tenere, vel adhęrentes, & complices aut fautores
Brigæ arceſſere, ſeu quācunq; conuentionē congregationē & collectā hominū ad vltionē iniu-
riæ inuocare excitare inuitare vel receptare pręſumeret per ſe vel aliū, crimen lęſę maieſtatis in
curreret & læſę maieſtatis rebellionis, ac ſeditionis in Vrbe concitatę reus cēſeretur & habere-
tur, ac vt talis a cōpetentibus iudicibus ſeueriſſime puniretur. Eccleſiaſtici vero talia perpetrā-
tes omni dignitate, honore, ordine, officio, & Beneficio, eſſent ipſo iure priuati, & perpetuę cuſto
dię māciparētur, Beneficia eorū libere aliis per illos ad quos eorū collatio pertineret cōferren-
tur, omneſq; præterea talia committentes tamquam Chriſtianæ Religionis alieni, publicæ pa-
cis Æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco Eccleſiæ Ramanæ mediate vel immediate
ſubiecto, eſſent perpetuo diffidati, eorum bona tam mobilia quam immobilia eſſent ipſo iure
Cameræ Apoſtolicæ confiſcata, nulli præterea talium alicuius aperiretur Ianua dignitatis, aut
honoris Eccleſiaſtici vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen, eſſet aſcenſus. Et vt magis famo
ſa eſſet eorum infamia, factio teſtamenti actiue & paſſiue eſſet eis interdicta, ad actus legitimos
nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, & ſpe gratiæ aut diſpenſationis adepta, ac præ-
ter pœnas prædictas ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, a
qua abſolui non poſſent, niſi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo conſti-
tuti, ac nonnulla alia tunc expreſſa, fecit ſtatuit ordinauit & mandauit ac obſeruari voluit, pro-
ut hæc & alia in ſingulis litteris prædictis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbū præſentibus
infererentur, haberi voluimus pro ſufficienter expræſſis, plenius continentur, Cum autē ſicut
non abſq; graui animi diſplicentia accepimus licet nos poſt noſtrā ad ſummi Apoſtolatus api-
cem aſſumptionem, ſingulas litteras prædictas ac omnia & ſingula in eis contenta, quæ etiā per
recolendæ memorie Sixtum Papam quartum, ſimiliter prædeceſſorem noſtrum approbata fue-
runt approbauerimus, & robur perpetuę firmitatis obtinere, & obſeruari debere, decreueri-
mus, etiam de fratrum noſtrorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, quia tamen
nondum præmiſſa in vſu fuerunt creuit, & creſcit indies, propter impunitatem huiuſmodi faci
noroſorum hominum, temeritas et audacia non ſine maximo ipſius vrbis, & aliarum Romanæ
Eccleſiæ terrarum, ac illas habitantium, præiudicio, & detrimento, maloq; exemplo & ſcandalo
plurimorum. Nos igitur volentes ſuper his prout noſtro incumbit officio opportune prouide-
re, habita de nouo cum eiſdem fratribus matura deliberatione, de illorum conſilio, ſingulas lit-
teras prædictas, ac omnia & ſingula in eis contenta, necnon ſtatutum dictæ vrbis quo cauetur ꝙ
domini Caſtrorum, & Barones in eorum Terris diffidatos ſub certa pœna inibi expreſſa retine-
re non poſſunt, cuius tenorem etiam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter, expreſſo au-
ctoritate Apoſtolica tenore præſentium, de nouo approbamus, & perpetuæ firmitatis robur ob
tinere ac perpetuo obſeruari debere eadem auctoritate decernimus. Proq; potiori cautela ea
omnia ſic vt præfertur ab eiſdem prædeceſſoribus proinde ſtatuta & ordinata de nouo ſtatui-
mus, & ordinamus ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiter obſeruari, nec eo
prætextu quod hactenus forſan obſeruata nō fuerint volumus in aliquo poſſe reprobari. Et in-
ſuper quia ſicut etiam facti euidentia demonſtrat inſurrexit a paucis tēporibus citra inter ho-
mines facinoroſos homicidas Bannitos ſeu diffidatos ab vrbe pro eorum delictis & ſceleribus,
Quædam praua improba & damnata conſuetudo, ꝙ cupientes reaffidari & ad vrbem redire ꝙ
niſi ab hæredibus occiſi aut offenſi pacem habeant facere non poſſunt, per Nuntios aut litteras,
vel aliter læſis, & offenſam paſſi, acriter minantur pollicentes ſe peiora facturos, niſi pacem cū
eis faciant, Monentes etiam ipſos ne ab eorum domibus diſcedant Brigā eis indicentes ex quo
hæredes



hęredes ipſi aut aliter iniuriam paſſi & interdum eorum conſanguinei & affines etiam hi qui
in longiſſimo gradu ſunt conſtituti compelluntur aut Pacem violentam inire aut Brigam
ſuſtinere, propter quæ alii ex huiuſmodi impunitate indies ad peiora perpetrandum inducū-
tur huiuſmodi malis prout tenemur occurrere volentes, etiam de ſimili conſilio ſtatuimus de
cernimus, & ordinamusquod omnes, & ſinguli qui modo pręmiſſo minati fuerint, & Ambaſſa
tam, aut literas ſcienter hiis quibus minantur, afferre audebunt, & præſument, crimen læſæ
maieſtatis ſimiliter incurrant, & lęſę maieſtatis, ac rebellionis, rei cenſeantur, ac veluti tales
a cōpetētibus iudicibus ſeueriſſime puniātur, & tā illi quā Eccleſiaſticæ pſonæ talia perpetran
tes, cuiuſcunq; dignitatis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ exiſtāt, omnes & ſin
gulas ſententias cenſuras, & pænas quas idem Paulus prędeceſſor contra patrem, filium,
fratrem, & propinquum, vel domeſticum, offendentis vulnerantis vel mutilantis, occi-
dentis, vel quocunq; modo offendentis, promulgauit, vt prædictum eſt, eo ipſo ir-
remiſſibiliter incurrant, Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinatio-
nibus Apoſtolicis, ac dictæ Vrbis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, necnō omnibus illis quę Pius, Paulus,
& Sixtus Prædeceſſores præfati in ſuis, & nos in aliis noſtris litteris prędictis voluimus non ob
ſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;: Et ne quiſpiam de præmiſſis valeat ignorantiam allega
re, mandamus præſentium noſtrarum litterarum tenorem, in curia Capitolii, & alijs locis pu-
blicis dictæ Vrbis, ſono tubæ præmiſſo, publicari, ac in volumine ſtatutorum prædictorum de
verbo ad verbum deſcribi, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, decreti, ſtatuti, ordinationis,
mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attenta-
re præſumpſerit, Indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum
eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Do-
minicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo, Idibus Septembris Pontificatus
Noſtri Anno Quinto.

BVLLA quod antiqua ædificia vrbis, & eius diſtrictus non diruantur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum almā
noſtram vrbem in ſua dignitate, & ſplendore, conſeruari cupiamus, potiſſime ad
ea curam vigilem adhibere debemus, vt non ſolum Baſilicæ ac Eccleſiæ eiuſdem
Vrbis, & pia ac religioſa loca in quibus plurimæ ſanctorum Reliquiæ reſident, in
eorum miris ædificiis manuteneantur, & præſeruentur, verum etiam antiqua, &
priſca ædificia & illorum reliquias ad poſteros maneant, cum eadem ædificia ornamentum, &
decorem maximum afferant dictæ Vrbi, & monimenta veterum virtutum, & incitamenta ad
illarum laudes aſſequendas, exiſtant & quod etiam magis conſiderandum eſt, ex ipſis ædificiis
ac ędificiorum reliquiis rectius intueri licet rerum humanarum fragilitatem, & quod nullo
modo in illis ſit confidendum cum eadem ædificia, quæ maiores noſtri cum eorum ingenti po
tentia, & ſumptibus maximis, cum immortalitate certatura arbitrarentur, vetuſtate, & aliis ſi-
niſtris caſibus diminuta, & collapſa etiam eſſe cernantur. Ex præmiſſis igitur & aliis rationabili
bus cauſis animum noſtrum mouentibus, dilectorum filiorum Conſeruatorum Cameræ, & ca
pitum Regionum, ac Ciuium dictæ Vrbis ſupplicationibus inclinati, fęlicis recordationis quo
rumdam Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorū, qui ædificia ipſa dirui vel deſtrui
prohibuerunt expreſſe veſtigiis inhærentes, ac ſtatutum antiquum in eadem Vrbe vigens, quo
etiam id fieri ſub certis pecuniariis pęnis prohibetur, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate
Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmantes, & approbantes, ſub excom-
municationis, ac pecuniariis in ipſo ſtatuto expreſſis pęnis, quas contrafacientes eo ipſo incur
rant, omnibus, & ſingulis tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus cuiuſcunq; præeminentiæ, digni
tatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtāt, etiam ſi Pontificali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel
mundana dignitate præfulgeant, auctoritate, & ſcientia prædictis, diſtrictius inhibemus, nequis
eorum directe vel indirecte publice vel occulte, aliquod ædificium publicum antiquum, ſeu æ-
dificii antiqui reliquias ſupra Terram in dicta vrbe vel eius diſtrictu exiſtens, ſeu exiſtentes, etiā
ſi in eorum prædiis ruſticis vel vrbanis fuerint, demoliri, deſtruere, ſeu comminuere, aut rumpe
re, ſeu in Calcem conuertere, quoquomodo præſumant Quod ſi quis fuerit, qui cōtra prohibi
tionem huiuſmodi venire præſumpſerit, dilectis filiis, modernis, & pro tempore exiſtentibus,
Conſeruatoribus Cameræ dictæ Vrbis qui pro pręmiſſis per eorum officiales diligenter inqui
ri faciant, artifices, ſeu laboratores in opere demolitionis ſeu deuaſtationis huiuſmodi inuen-

 tos,

tos, Carcerari, eorumque animalia, inſtrumenta, & res alias Capi, & Arreſtari, confiſcari faciē di, eoſque, nec non illos quorum nomine id egerint, ad mulctæ ſolutionem compellendi plenā & liberam, auctoritate & ſcientia prædictis, earundem tenore præſentium, concedimus facultatē. Volumus autem ꝙ nullus præter Romanum Pontificem, alicui in præmiſsis licentiā dare valeat, Huiuſmodi vero licentia, niſi per Bullas, vel Breuia Apoſtolica conceſſa fuerit, nullius exiſtat roboris vel momenti. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Cæterum vt prædicta omnia ad communem ſingulorum notitiam deducantur, ne de eis ignorantia prætendi, ſeu etiam allegari poſsit præſentes litteras per vrbem publice pręconizari, & valuis Capitolij dictæ Vrbis mandauimus fecimuſq; affigi, decernētes auctoritate præfata, vt huiuſmodi litterę publicatæ, & vt præfertur affixe, omnes quos concernunt perinde arctent, ac ſi eis forent perſonaliter & præſentialiter intimatæ. Cum non ſit veriſimile quo ad eos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit intimatū. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, approbationis, inhibitionis, conceſsionis, voluntatis, & conſtitutionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire: Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo. Quarto Kalendas Maij Pont. Noſtri Anno Quarto.

Bulla contra furto ſubtrahentes lapides porfireticos, & ornamenta ex eccleſiis.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam: Cum prouida ſanctorum Patrum decreta eos ſacrilegos eſſe diffiniant qui Eccleſias & loca ſacra altiſsimo dedicata deuaſtant, ipſorumq; diripiunt ornamenta, ſicut & illos qui de ſacro ſacrum inferre impia temeritate præſumunt, parique vtrumq; flagitium ac duplici pęna coherceāt, decet merito nos cui Eccleſiarū omnium cura diſpoſitione ſuperna commiſſa eſt, pro deteſtatione tanti criminis, proq; ſtatu proſpero, venuſtate, & decore ipſarum Eccleſiarum in ſua decentia debite conſeruandis, omni vigilantia, & attentione curare ne peruerſorum creſcente malitia, ægdem Eccleſiæ, & ſacra dei templa, præcipue almæ Vrbis, noſtro conſpectui antepoſita ſuis nudentur ornatibus & huius ſceleris nequiſsimi patratores, debitam recipiant vltionē ſane fide dignorum relatibus, non ſine admiratione ad noſtrum peruenit auditum, ꝙ nonnulli iniquitatis filij ſe inaniter Chriſtianos eſſe profitentes, & a quorum oculis dei timor, & Reuerentia Chriſtianę religionis abſceſsit, de Patriarchalibus, & alijs ſacratiſsimis Eccleſijs, & Baſilicis dictæ Vrbis porphireticos, marmoreos, & alios diuerſorum generum & colorum lapides ad ipſarum vſum decorem & ornatum deputatos auſu ſacrilego abſtulerūt hactenus, & in dies auferre, eoſque ad diuerſa loca per ſe vel alios aſportare præſumunt in grauem diuinæ Maieſtatis offenſam Eccleſiarum earundem deformitatem, detrimentumq: animarum ſuarum, periculum & ſcandalum plurimorum, Nos igitur ſacrilegorum impios & temerarios auſus huiuſmodi quantū nobis ex alto conceditur reprimere cupientes, quamuis præmiſſorum occaſione nō nullorū prædeceſſorū noſtrorum ſanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint, temporibus retroactis, quas in eo dūtaxat quod de Eccleſiarū, & ſacrorū locorū ornamentis, atq; lapidibus antedictis minime auferendis, prohibent vel diſponūt ſeu illos qui huiuſmodi flagitioſiſsimos ac pene in Chriſtiano orbe inauditos exceſſus perpetrare, & in his ſacrilegas manus inijcere præſumpſerunt, excōmunicationis ſentētia innodatos fore declarant, in ſuo robore volumus permanere, omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, ſiue aliis ornamentis earundē Eccleſiarum, ſiue Baſilicarū dictæ Vrbis habuerint aut in ſurripiendo, ſeruando, & retinendo, auxilium præſtiterint, vel fauorem, niſi a die habitæ præſentiū litterarum notitiæ, ea reſtituant cum effectu, ſciētes vero reuelent & ad notitiā noſtram ſaltem per minores pænitentiarios noſtros deduci faciant, maioris excommunicationis ſententia a qua niſi in mortis articulo, & debita ſatisfactione præuia, a nullo pręterquā a Romano Pontifice abſolui poſsint, irretitos eſſe, Eccleſias vero & loca alia quorū vſibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forſan quod abſit, deputari contigerit in futurum, tādiu Eccleſiaſtico interdicto ſubiacere, quandiu ad loca, vnde prius ablata fuere abſq; diminutione aliqua fuerint reportata, harū ſerie declaramus, Et inſuper quiſquis ſuę ſalutis immemor ſacrilegij crimen huiuſmodi cōmittere præſumpſerit in futurū, vltra cenſuras prædictas, Eccleſiæ ſiue Baſilicæ a qua lapides, & ornamēta huiuſmodi abſtulerint, mediā libram auri pro recompenſa ſibi irrogatæ iniuriæ abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Nulli ergo

omnino



omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & declarationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit Indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit Incurſurum. Dat. Romę apud SanctumPetrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimoquadringenteſimoſeptuageſimoquarto, Septimo Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri anno Tertio.

Capitula Declaratoria iuriſdictionum curiarum Vrbis per S.D.N. Sixtum Quartum Pont. Max.

SAnctiſſimus Dominus noſter vuult, & mandat inuiolabiliter obſeruari, quod omnis incola Romæ habitans, Et Ciues omnes Sæculares conueniantur in curia Capitolii, aut aliis officialibus Sæcularibus Vrbis, prout ad eorum officium ſpectat & non alibi.

¶Et quod omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario Sanctitatis ſuæ in ſpiritualibus in vrbe, aut aliis Clericis Vrbis ad quos ſpectat.

¶Et ſic de omnibus exceſſibus factis in Vrbe ratione Territorii, & Layci puniantur per Laycos officiales Vrbis, Clerici vero per Vicarium præfatum.

¶Vult etiam, & mandat, quod qui ſequuntur curiam Layci tam Mares quam fęminæ, & non alii conueniantur in Curia Mareſcalli: Et quod in nullis aliis iuriſdictionem habeat, nec exerceat. Alias Gubernator Vrbis poſſit comprimere etiam via facti.

¶Clerici vero Sequentes Curiam Romanam, conueniantur coram Auditore Cameræ, Ita ꝙ in omnibus Actor forum rei ſequatur.

¶Vult inſuper, præcipit, & mandat, Sanctiſſimus Dominus noſter ꝙ Vicecamerarius, ſiue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum cauſarum priuatarum teneat, per ſe, neq; ꝑ aliū, ſed ad eū veniētē ad ſuū iudicē remittat, vt ſuperius dictū eſt, Et ſit ſuperintendens, vt quilibet in præmiſſis officiis ſuos terminos, vt dictum eſt, obſeruet, & cōtrafacientē puniat, aut Sanctitati ſuę referat, & debeat carceres omniū præmiſſorū viſitare, & de officialiū omniū maxime Notariorū maleficiorū tranſgreſſionibus cognoſcere, & ad debitam formam reducere: In concernentibus autē Statū aut Pacem, & quietē Ciuitatis, & Curię Romanæ, quantum viderit neceſſe eſſe, officialem ad quem ſpectat iuuare, & omnia pro poſſe ad pacem reducere.

¶Itē dempto Auditore Cameræ, & eius officialibus, officiales præmiſſorū, & quicunq; executores, aut quomodolibet Notariatus officia exercentes, & Mareſcalli nō poſſint eſſe in officio vltra annum, & quod finito anno ſcindicentur per Scindicos qui deputabuntur pro eo tempore Senatori, & eius officialibus.

¶Itē quicunq; voluerit aliquē capi facere pro ſuſpecto, & fugitiuo, nō poſſit facere, niſi ꝑ iudicē cōpetētē, vt ſupra, & ꝙ impenſam capiētis ſoluat is qui capi fecerit, alias quicquid a capto receptū fuerit reſtituatur in quadruplum a Mareſcallo aut alio executori qui receperit.

¶Itē ꝙ in punitione portantiū arma ſæculariū, Senator habeat iuriſdictionē omnimodā in quoſcunq; repertos cum armis, ſine exceptione curialitatis familiaritatis dominorum Cardinaliū, aut aliorū quorūcumq;, & alia quacunq; ſublata cauſa, a clericis vero arma portantibus poſſint arma auferri, & eos ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti, vt eos puniat.

¶Item vult, mandat, & decernit, eſſe irritum, & inane quicquid contra præmiſſa, aut aliquod pręmiſſorum contigerit attentari.

¶Et Sola Signatura ſufficiat, & Regiſtrentur in Regiſtris Cameræ almæ Vrbis.

Placet, & ita Mandamus. F.

¶Indictione ſexta, Mēſis Iulii die duodecima, Milleſimoquadringēteſimo Septuageſimo Tertio

¶Reuerēdus Pater Dominus Epiſcopus Tyraſonenſis conſignauit mihi Angelo de Vallatis pręſens foliū, cū Reformationibus introſcriptis, Signatū manu S. D. N. Papæ, Vt illud cōſignarē magnificis Dominis Cōſeruatoribus, & ita cōſignaui illud dictis Dn̄is Cōſeruatoribꝰ &c.

Angelus de Vallatis dictorum Dominorum Conſeruatorum Secretarius.

¶Eadem die duodecima Iulii præfati.

¶Conſtitutus perſonaliter ſupradictus Angelus de Vallatis coram dictis Dominis Conſeruatoribus, & dixit quomodo ſupradictus dominus Epiſcopus conſignauit ſibi Angelo præſens folium cum dictis Reformationibus vt ipſis Dominis Cōſeruatoribus conſignaret, vnde dictus Angelus volens ſequi quod fuerit ſibi iniuniuctum, pręſens folium dictis Dominis Conſeruatoribus conſignauit.

Ioannes de Saluectis Notarius Dominorum Conſeruatorum.

¶Regeſtrata

¶Regiſtrata in Archiuio magno,ſiue cenſuario Almæ Vrbis,in Palatio Magnificorum Domino
rum Conſeruatorum Cameræ exiſtentia,ſub folio Centeſimo vigeſimo primo .

¶Ac etiam Regiſtrata in alio libro groſſo tabularum,& gabellarum, ac aliarū ſcripturarum di-
cti Palatii ſub folio Ducenteſimo vigeſimo tertio .

¶Antonius de Mutianis Notarius publicus,& ſcriptor perpetuus Dominorum Conſeruatorū,
Ad fidem,manu propria Regiſtrauit &c.

BVLLA diſtinctionis iuriſdictionum, & tribunalium.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei.Ad perpetuam rei memoriam . Decet
Romanū Pontificem ex debito ſui paſtoralis officii proſpicere, vt vbiq; præſer
tim in hac Alma Vrbe,ad quam pro iuſtitia totus orbis confluit , ne propter va-
rios diuerſorum Iudicum,& Tribunalium concurſus,ac varias,& diuerſas pro-
cedendi formas,præſertim pauperes litigantes in eorum bono iure lædãtur ſed
vt cuilibet ius ſuum explicite,quantum poſſibile ſit,reddatur , & iuriſdictiones
ius reddentium ita diſtinctæ ſint vt nulla confuſio,& perplexitas oriri poſſit.Sane prout ex mul-
torum querela,ac nuper a dilectis filiis nobilibus viris,Ludouicho de Matthæis,& Mariano de
Caſtellanis,ac Lutio de Lutis Conſeruatoribus Romanorum Ciuium,& Cameræ præfatæ Vr-
bis Necnon Ludouicho de Cencis,Priore Capitum Regionum,& Paulo de Planca,noſtri Conſi
ſtorii,& ipſorum Conſeruatorum,Aduocato,accepimus adeo a certis temporibus citra diuer-
ſa iudicum Trib unalia in Vrbe inſurrexiſſe , adeo etiam ipſi iudices tam ordinarii quam
delegati inter ſe concurrere,& in procedendo varium modum obſeruare,vt ſæpe litigantes ip
ſi confuſione quadam perterriti cauſas ipſas deſerere cogantur,aut illas inchoare non audeant
ſæpe etiã adeo celeri iudicio expediunt,ut præcipitari quodammodo videantur,In magnum ip
ſorum litigantium pręiudicium,ac Iuſtitiæ & officii noſtri detrimentum : Nos igitur in præmiſ
ſis prouidere volentes,ac cupientes ne litigautes ipſi tam in confuſione tribunalium huiuſmo
di,quam etiam in expenſis,& eorum bono iure grauentur,quodq; etiam quilibet forum ſuum
intelligat,& ſequatur,inhærentes etiam veſtigiis fœlicis recordationis Sixti Papę quarti Patrui
& Prædeceſſoris noſtri,qui vt etiam accepimus,quaſdam deſuper conſtituit ordinationes , In
volumine Statutorum dictæ Vrbis deſcriptas,Motu proprio,non ad ipſorum Conſeruatorum
vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera delibera-
tione Statuimus,& ordinamus,quod omnes Incolæ Romæ habitantes (dummodo non ſint cã
pſores,& notabiles mercatores Romanam Curiam ſequentes, Oratores principum,& aliarum
Communitatum,Familiares Cardinalium,continui tamen commenſales , vel officiales Roma-
næ Curiæ,dummodo Romani non exiſtant,aut curiales Romanam Curiam ſequentes, & in illi
us vſu exiſtentes)qui omnes in eorum foro,necnon Ciues omnes Sæculares , conueniantur in
Curia Capitolii,aut coram aliis officialibus Secularibus Vrbis,prout ad eorum officiū ſpectat ,
& non aliter,quodq; omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario noſtro in ſpirituali-
bus in Vrbe,aut aliis Clericis & officialibus Eccleſiaſticis Vrbis,ad quos ſpectat , ac quod de
omnibus exceſſibus factis in vrbe ratione Territorii,Laici puniantur per officiales Laicos Vr-
bis,Clerici vero Romani per Vicarium præfatum,Item quod laici qui ſequuntur Curiam tam
mares quam fęminę,& non alii conueniantur in Curia Mareſcalli dummodo non ſint perſo-
nę prædictæ,videlicet campſores & notabiles Mercatores Romanam Curiam ſequentes,orato
res principum , & Communitatum, Familiares Cardinalium laici vel officiales Romanę Curiæ
etiam Curiales,qui indifferenter conueniantur dumtaxat Coram Auditore Cameræ tamquã
Iudice exemptorum in Ciuiljbus,in Criminalibus vero quo ad laicos eandem curiam ſequen-
tes,inter ipſum Auditorem,& Mareſcallum,& Gubernatorem,ſit locus præuentioni , dummo-
do non agatur de pœna Capitali , vel mutilatione membri , quo caſu Auditor nõ ſe intromit-
tat iuxta alias noſtras litteras deſuper expeditas,volumus etiam quod ab eodem Mareſcallo
appelletur ad præfatum Auditorem Cameræ,& quod iudex deputandus per ipſum Mareſcallū
non poſſit ſtare in officio,vltra duos annas,& in fine cuiuslibet anni debeat Scindicari per Scin
dicum,per nos deputandum,& repertus culpabilis puniri,In reliquis ſeruentur litteræ noſtræ
deſuper editæ,inſuper volumus,& mandamus,quod Vicecamerarius,ſiue Gubernator in vrbe
nullum Tribunal cognitionum cauſarum priuatarum, teneat, neq; per ſe , neq; per alium , ſed
ad eū veniẽtẽ,ad ſuū iudicem remittat,& ſit ſuperintẽdẽs,vt quilibet in præmiſſis officiis, ſuos
termimos obſeruet,& cõtrafaciẽtẽ puniat,aut nobis referat,& debeat carceres oĩum p̃miſſorū
viſitare,vna cū aliis ad id per nos,ꝑ alias noſtras litteras deputatis , & de officialiū oĩum maxi-
me Notariorū Maleficiorū trãſgreſſionibꝰ cognoſcere,in cõcernẽtibꝰ aut Statum , aut Pacẽ , &
quietem



quietem Ciuitatis & Romanæ Curiæ,quantum videat neceſſe eſſe, officialem ad quem ſpectat
iuuare,& omnia pro poſſe ad pacem reducere,necnon cauſas querelarum cõtra Barones,ac ca-
pitales videlicet mortis naturalis,& Brigarum vna cum paceriis iuxta formam ſtatutorum Vr-
bis,& treuguarum, ſeu ſecuritatum , aut pacis ruptarum in quibus treuguarum,ſecuritatū, aut
Pacis ruptarum etiam per ſeipſum. Item mercedum, Salariorum,quas cauſas mercedum, ſine
Tribunali & ſcriptura ſummarie manu regia cognoſcere poſſit,& terminare,iuxta formam di-
ctorum ſtatutorum,vel iuris communis vbi ſtatuta deficerent, & in quibus omnibus locus ſit
præuentioni,inter ipſum,& Senatorem,& ſi concurrãt, Senator pręferatur, Notarii vero Guber
natoris ſoli per ſeipſos,& non per ſubſtitutos officium exerceant,ſine Tribunali prout alias Lu-
douicus Sabinus,& Marius Ceretanus tempore eiuſdem Sixti prædeceſſoris exercere ſolebant,
qui etiam regiſtra aliqua non faciant,ipſeq; Gubernator vnum tantum coneſtabilem, ſeu Capi-
taneum retineat,cum vigintiquinq; ſatellitibus,& ſine dicto coneſtabili executiones ipſius Gu
bernatoris fieri non poſſint,volumus etiam quod idem Gubernator, vigore obligationum in
forma Cameræ Apoſtolicæ,non poſſit excommunicare . Nec Excommunicatum publicare,nec
cænſuris Eccleſiaſticis,in aliquo caſu vti, prout antiqui Gubernatores, non ſunt vſi, & cænſurę
per eum ſuper hoc latæ,ſint ipſo iure nullæ . Similiter volumus,ꝙ Baricellus ſit merus Execu-
tor,& nullum iudicare valeat, quodq; executiones in capitalibus per eum fiendæ,fiant in Capi-
tolio,prout ab antiquo conſuetum fuit,niſi aliter pro temporis & maleficii qualitate, & graui-
tate,viſum fuerit expedire,poſſit & repertos in fragranti crimine punire, iuxta formam breuis
facultatis ſuæ. Item volumus ꝙ omnes officiales,quicunq; ſint,etiam Gubernatoris,& Audito-
ris Cameræ prædictorum,& reliqui alii,& etiam ipſe Baricellus in fine cuiuſlibet anni,Sindicari
debeant per aliquos per nos deputandos iuxta formam earundem litterarū noſtrarum , ipſeq;
Gubernator teneatur pro ſe,& ipſius officialibus,& in principio eius officii debeat ſuper hoc
cauere,ſimiliter Auditor Camerę pręfatus in fine cuiuſlibet anni teneatur reddere rationẽ co-
ram eiſdem deputandis de geſtis per ſe,& eius locumtenentem , volumus etiam vt litibus finis
citius imponatur, ꝙ tam a iudicibus Capitolinis,quam etiam quibuſcunq; aliis , in cauſis quæ
alias eſſent de foro Capitolino,appelletur ad capitaneum Vrbis,vel alium per non deputandū,
dummodo quoad cauſas dicti fori, in Capitolio tribunal teneat,quod etiam in cauſis , in curia
Gubernatoris eiusdem pendentibus,& quæ pendere contigerit habere locū decernimus,a quo
judice appellationis appellari non poſſit, niſi prout & quantum ſtatuta huiuſmodi, in cauſis cu-
riæ Capitolii permittunt. Poſtremo mandamus in omnibus curiis ordinariis Vrbis, & in omni-
bus ſolutionibus Notariorum executorum,etiam pro executionibus fiendis per ipſum Baricel
lum,ac pro mercedibus quorumcunq; aliorum officialium,ſeruari tabulam marmoream,in Ca
pitolio affixam,& vbi in aliquibus caſibus illa deficeret,mandamus ſeruari ſtatuta Vrbis,Volu-
mus etiam ꝙ pro quibusuis ſigillationibus,præſertim mandatis,de relaxando incarceratos , &
aliis quiquſuis apodiſſis nil ſoluatur,niſi prout in dicta tabula continetur,ſeu in dicta curia Ca
pitolii conſueuit ſeruari,ita tamen ꝙ pro relaxatione innocentum nil penitus ſoluatur per ip-
ſum captiuum,ſed per eum ad cuius inſtantiam, forſan captus fuit,maxime in capturis pro ſu-
ſpecto & fugitiuo,quo caſu nouas reformationes dictæ Vrbis ſeruari volumus:Decernentes in
Vrbe pręfata nulla alia ordinariorum iudicum Tribunalia teneri poſſe,nec iuriſdictiones cauſa-
rum exerceri,niſi in locis prædictis, quodq; ſententiæ tam diffinitiuæ quã interlocutoriæ , nec
non decreta,executiones mandata,proceſſus, cęnſurę, & quicquid ſecus cõtra præmiſſa fieret,
nullius fore roboris vel momenti,præſentibusq; derogari non poſſe , nec derogatum cenſeri
etiam per nos,aut ſucceſſores noſtros,niſi de nominibus,& cognominibus litigantium,iudicū,
& intereſſe habentium,ac ipſarum præſentium,de verbo ad verbum totalis,& ſpecialis mentio
fiat,mandantes Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ,Mareſcalco,Baricello,eorumq; iudi-
cibus,& executoribus præfatis, necnon quibusuis aliis perſonis, ſub excommunicationis latæ
ſententiæ,ac Centum ducatorum pęnis,totiens quotiens contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſ-
ſorum fecerint,incurrendis,& in eorum ſcindicatibus exigendis, ne contra ordinationes, Sta-
tuta,& voluntatẽ noſtrã huiuſmodi venire,aut aliquid attẽtare audeant,nõ obſtantibus cõſtitu
tionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac quibusuis priuilegiis,etiã fori,ac exẽptionibus,indul
tis,& facultatibus,quibuſuis perſonis,etiã Vicecamerario,ſeu Gubernatori pręfatis aut collegi-
is vel cõfraternitatibus,etiã quauis cauſa,& Motu proprio,& ex certa ſciẽtia, ac cum quibusuis
clauſolis,etiam derogatoriarū derogatoriis,fortiſſimis,etiã quibus derogari nõ poſſet,niſi ſub
certis modo & forma,per nos,& Sedem Apoſtolicã, conceſſis, & cõcedendis, cęteriſq; contra-
riis quibuſcunq; , Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtri Statuti,ordinationis,
voluntatis,decreti,& mandati infringere,vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc at-
tentare

tentare præſumpſerit Indignationem omnipotentis dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſto lorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis Pontificatus Noſtri Anno Nono.

¶ Ego R. Epiſcopus Oſtien̄. Card. S. Georgii ſubſ.
¶ Ego A. Card. tit. S. Vitalis ſubſ.
¶ Ego P. Card. tit, S. Euſebii ſubſ.

BVLLA reintegratoria Romani Populi ad ſuperioritatem quam habet in Ciuitate Tyburtina, & confirmatoria ſtatutorum & nouarum reformationum.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei Memoriam. Si noſtrarum Ciuitatum, & aliorum locorum quorumlibet iurisdictiones ac iura libenter illæſa ſeruamus, eo magis Romani Populi iuriſdictiones ac iura prædicta non ſolum ſeruare, ſed augere debemus, quo peculiaris ac Populus noſter electus exiſtit, cuiusq; officia nobis, ac Sedi Apoſtolicæ, ſincera, ac deuota fide, continue exhibentur. Expoſuerunt ſiquidem nobis nuper dilecti filii, nobiles viri, Ludouicus de Matthęis, Marianus de Caſtellanis, Lutius de Lutis, Romanorum Ciuium, & Cameræ Vrbis Cōſeruatores, ac Ludouicus de Centiis Capitum Regionum Prior, necnon Paulus de Planca noſtri Conſiſtorii, & prȩfatorum Conſeruatorum Aduocatus, ꝙ licet a tanto tempore, cuius initii memoria in contrarium non exiſtit, inter aliquas paucas ciuitates, & oppida, ciuitas Tyburtina magna cum fide, ſub eorum iurisdictine, ac dominio, remanſerit, habeantq; Ciues dictæ Vrbis nonnulla Capitula cum Populo Tyburtino ſuperioritatē, ac gubernium, ſeu iuriſdictionem in eos concernentia, quȩ licet hactenus obſeruata fuerint, tamen quia bonæ memoriæ Petrus tituli ſancti Ciriaci in thermis presbyter Cardinalis Reginus qui ob partialitates ipſius Ciuitatis Tyburtinæ componendas, ſe intromiſerat, & deinde paulatim progrediendo ſe illorum protectorem aſſerendo iuriſdictionem dictorum ciuium Romanorum viſus eſt occupare, in non modicam ipſorum Romanorum ciuium honoris, ac dignitatis detractionem, licet etiam præfati Conſeruatores, in vrbe prædicta habeant quaſdam iuriſdictiones, ac facultates eorum officium concernentes, maxime circa Annonam, & Conſulatus artium necnon gabellas, & alia diuerſa, prout in eorum conſuetudinibus, ac Statutis per Romanos Pontifices, præſertim fœlicis Recordatinnis Paulum Secundum, & in nouis Reformationibus per Piæ Memoriæ Alexandrum Sextum Prædeceſſores noſtros confirmatis continetur, Nihilominus quia ſæpe per diuerſa mandata, præſertim dilectorum filiorum Clericorum Cameræ Apoſtolicæ, in adminiſtratione officii eorum impediuntur, etiam Citra ipſorum Conſeruatorum dignitatē & honorem, & non ſine publicæ vtilitatis detrimento, Ea propter Conſeruatores Prior, & Paulus præfati, nobis humiliter ſupplicarunt, vt ſuper præmiſſis ne de cętero impediri valeant, eis de remedio opportuno, prouidere dignaremur. Nos igitur qui Romanos Ciues prædictos, etiam dum in minoribus eramus, ſemper toto corde dileximus, conſiderantes etiam ſummi Pontificis proprium fore, ius atq; honorem ſuum cuilibet illęſum ſeruare, dictorum Statutorum, Capitulorū, ac conſuetudinum tenores, & formas, præſentibus pro expreſſis habentes, eiſdem Conſeruatoribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, ac ipſi Populo Romano iuriſdictionem, ſuperioritatē, & Præeminentiam, quas iuxta eorum conſuetudines, ſtatuta, ſeu conuentiones, & Pacta prædicta, habere noſcuntur in dicta Ciuitate Tiburtina, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, reſtituimus, & reintegramus, ipſosq; Ciues Tiburtinos eiſdem Ciuibus Romanis, vt prius, ſubiici, & ſubiectos fore, ꝙque in dicta Vrbe ipſi Conſeruatores, Curam, iurisdictionem & facultatē, quas iuxta eorū Statuta, præſertim nouarū Reformationū, ac conſuetudinū prȩdictorū, habere noſcuntur, exercere & exequi libere & licite valeant, auctoritate & tenore prȩdictis, volumus & declaramus, decernētes vt Conſeruatores prȩfati in dicta Ciuitate Tiburtina, per aliquos protectores, etiā ſi eſſent Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales, ac in dicta Vrbe, & extra eā in eorum oppidis, & caſtris, in eorū iuriſdictione & officio, per cuiuſuis mandata, præſertim prædictorum Clericorum Cameræ Apoſtolicæ, impediri non poſſe, nec debere, ac mādata hmōi etiā ſub Excommunicationis, & aliis Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, ac quibuſuis pœnis, irrita & inania, nulliuſq; roboris, vel momēti fore, niſi vbi dicta mādata, Manu noſtra propria, aut Camerarii noſtri, pro tēpore ſubſcribi cōtingat. Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Priuilegiis, facultatibus, & indultis, etiā cū quibuſuis clauſulis derogatoriis fortiſſimis & inſolitis, quibuſuis perſonis cōceſſis & cōcedendis, cæterisq; cōtrariis nō obſtātibus quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ reſtitutionis, reintegrationis, voluntatis,



atis, declarationis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire: Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

¶ Ego R. Eps Oſtien̄. Cardinalis s. Georgi ſubſ.
¶ Ego A. tit- s. Vitalis preſbyter Cardinalis ſubſ.
¶ Ego P. tit. s. Euſebij preſbyter Cardinalis ſubſ.

BREVE ſuper Iuriſdictione Capitolij.

IVLIVS PAPA II. Ad futuram rei memoriam. Ex querelis noſtri peculiaris Romani Populi accepimus ob reſcripta Apoſtolica, & ſignaturas commiſſionum, enormiter grauari, quæ paſſim & maxime in medio Litis contra iuris cōmunis diſpoſitionem fiunt, aduocando, a iudicibus ordinarijs, tam in prima, quam alijs inſtantijs, etiam per viam Appellationis, omiſſis medijs, a nobis, ad id officium deputatis, vel etiam ſimpliciter ab initio in Curia committendo, perinde ac ſi iudices ordinarios non haberent, quos ſine noſtris reſcriptis adire poſſent: quo fit vt ciues noſtri, & incolæ Vrbis, non vnum, ſed infinitos iudices, & diuerſa Tribunalia habere videantur, & proinde grauibus, immo intolerabilibus expenſis grauentur, quȩ omnia non impetrantur niſi ab hijs qui cauillationibus ſtudent, vel potentia fauorum pollent, ad pulſandos in Litibus aduerſarios, & quos iure ſuperare non poſſunt, malis artibus, et longis litibus ac immenſis diſpendijs defatigatos, vel circumuentos vincant, & multi ius ſuum deſerere propterea ſunt coacti, multiq; in deſperationem ducti ad facinora Brigharum proſiliunt, ex quo ſeditiones, & homicidia frequenter accidunt, hincq; fames, & Annonȩ caritas, ꝙ litibus occupati, negociationes, & agriculturam deſerunt, eueniunt: quibus rebus vt paſtorali noſtro incumbit officio, prouidere volentes, Hoc prȩſenti noſtro perpetuo edicto, Motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, omnes & ſingulas cauſas vbicunq;, coram quibuſcunq; Commiſſarijs, vel ordinarijs, etiam in Sacro noſtro Auditorio pendentes, Ciuium Romanorum & aliorum, qui foro Capitolino ſubijciuntur, ad nos, in quacunq; inſtantia vel ſtatu pendentes, harum ſerie aduocamus, & ad Curiam Capitolij & Iudices ſuos ordinarios, tam primæ quàm aliarum inſtantiarum illius loci ſecundum naturam Cauſarum, & modum iuriſdictionis cuiuſcq; ipſorum, ſeu in quem partes connenerint, committimus & mandamus reſumendas, in ſuis ſtatibus audiendas, & fine debito terminandas, ſecundum formam ſtatutorum Vrbis, vel alias prout de iure terminari deberent, cum omnibus earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis ab eis, Partibus iuſtitiam miniſtrando, declarantes auctoritate Apoſtolica, ac decernentes per prȩſentes dictas cauſas propterea factas non Commiſſarias, ſed intelligi & eſſe ordinarias, perinde ac ſi ab initio coram ſuis ordinarijs fuiſſent incȩptȩ vel agitatȩ: volumus tamen ꝙ cauſæ in Rota pendentes, de partium communi conſenſu ibi remaneant, vel ſi cauſa in tertia pendeat inſtantia, ꝙ Auditor coram quo pendet, poſſit illam cognoſcere, & terminare, hoc præſenti noſtro edicto non obſtante. Et inſuper dilecto filio noſtro Leonardo Cardinali Agennen̄. ac alijs iuſtitię ſignaturam habentibus pro tempore, necnon Regenti Cancellariæ, qui pro tempore erit, omnibuſq; & ſingulis noſtris Referendarijs inhibemus expreſſe, ne ad preces inſtantiam, & requiſitionem cuiuſq; qui Capitolino foro ſubijciatur, ſupplicationes aliquas recipere, referendariare, ſeu proponere nobis, vel ſignaturam iuſtitiæ habenti, audeat vel prȩſumat, & ſimiliter ſignaturam faciens, non ſignet, ſiue Aduotorias, ſiue Simplicis iuſtitiæ, ſiue Appellatorias, & ſimiles, neq; iniſtio, neq; in medio Litis, & ſignatæ nullius ſint roboris, vel momenti, nullamq; tribuant iuriſdictionem, neq; ipſe iudex cui fuerint commiſſæ, audeat illarum virtute, citare, inhibere, vel quoquomodo procedere, irritum & inane, quicquid ſcienter vel ignoranter ſecus factum fuerit, ipſo iure fore decernimus, ſalua ſemper noſtra manu propria ſignatura, ſinȩ qua omne reſcriptum cenſeatur, & ſit inualidum, & a noſtra voluntate alienum, Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusuis commiſſionibus, reſcriptis, Priuilegijs, & indultis, etiam foro, Quibusuis perſonis, ſeu collegijs, conceſſis & concedendis, etiam cum quibuſuis clauſulis derogatorijs fortiſſimis & inſolitis, præmiſſorū omniū tenores, nomina, cognomina, qualitates, & alia quæ forſan, de verbo ad verbum, expræſſionem requirerent, pro ſufficienter expreſſis habentes: Ceteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunq;. Datum Romȩ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die Quintadecima Aprilis, Milleſimo quingenteſimo Duodecimo, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Bulla

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

BVLLA Gratiarum Populo Romano conceſſarum.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ſin-
gularem fidei conſtantiam,& eximiæ deuotionis affectum,quos dilecti filij Po
pulus Romanus, erga nos, & Roman. ab eius exordio geſſiſſe ſemper & gere
re comprobantur Eccleſiam,vigili meditatione penſamus dignum,quin poti-
us debitum arbitramur,vt Eccleſia ipſa ſic ſuę in eos gratiæ dona diffundant,vt
a quibus pręcipue in matrem & dominã,diuina fuit diſpoſitione recepta , per
mutuæ beniuolentiæ miniſterium,vberioraq; in dies largitionis munera in peculiares , ac dile-
ctiſſimos filios,magis atq; magis adoptaſſe noſcatur.Sanæ fœlicis memorię Eugenius quartus,
Nicholaus quintus,Calixtus tertius, Pius Secundus,Paulus etiam ſecundus, Sixtus etiam quar
tus, Innocentius octauus,Alexander ſextus,& Iulius ſimiliter ſecundus, & nonnulli alij Roma-
ni Pontifices prædeceſſores noſtri,diuerſa eiſdem Populo Priuilegia, indulta,& gratias,conceſ-
ſerunt,quę ſicut Dilecti filij Nobiles viri Magiſter Iohannes Hieronimus de Benzonibus,decre
torum Doctor,de maiori præſidentia Abbreuiator,& Stephanus de Carbonibus,ac Marius par
ticappa,Conſeruatores,& Franciſcus Cincius Prior Capitum regionum Vrbis,necnon magiſtri
Paulus de planci, Baptiſta Paulinus,Iulius de Alberteſchis,Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduoca-
ti,& Marius Salamonius,vtriuſq; iuris Doctores,& Franciſcus de Lenis, & Marcusantonius de
Alteriis,& Bernardinus de Militibus, ac Iacobus de Frangipanibus, & Hieronimus Pichus , ac
Bartolomeus de Valle, Romani Ciues,eorundem Conſeruatorum Conſiliarij, ſuper id per ip-
ſos Conſeruatores electi,ac Petrus de Smerilijs Fiſci noſtri Romani procurator, nobis ipſius
Populi nomine expoſuerunt,ob paſſim vnicuiq; petenti conceſſas illorum derogationes,& eo-
rundem Populi negligentiam,vel alias partim,numquam in obſeruantiam deducta , vſuiue re-
cepta,partim per diſſuetudinem abrogata prope modum ſunt . Nos igitur Populum præfatos
non minori charitatis affectu,quam prædeceſſores præfati proſecuti ſunt,proſequi volentes, ac
omnium & ſingulorum Priuilegiorum,Indultorum, & gratiarum prædictarum, & ſingularum
ſuper illis confectarum litterarum tenores,ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus
pro ſufficienter expreſſis habentes . Motu proprio,non ad ipſorum Conſeruatorum, Prioris, et
Conſiliariorum,aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam , ſed de noſtra
mera liberalitate,& ex certa ſcientia,Priuilegia,Gratias,indulta,& litteras prædicta, etiam quę
in cauſis ad forum Capitolinum ſpectantibus,commiſſiones quaſlibet,præterquam quæ Roma-
ni Pontificis ſint Manu propria ſubſcriptæ prorſus excludunt,& Tribunalia,ac cauſarũ tam Ci-
uilium,quam Criminalium,in eadem Vrbe,cognitiones diſtinguunt,necnon Statuta & conſue
tudines dictæ Vrbis, & reformationes illorum, etiã iuramenti validitatem in certis ibi expreſ-
ſis caſibus reſtringentia, auctoritate Apoſtolica,tenore præſentiũ,approbamus, & innouamus,
& perpetuæ firmitatis robur obtinere,& etiam ſi hactenus ex premiſſis,vel quibuſuis alijs cau-
ſis obſeruata non fuerint,extunc de cœtero perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſer
uari debere,decernimus : potioriq; pro cautela ea omnia & ſingula, prout per dictos prædeceſ
ſores conceſſa fuerunt,eiſdem populo gratioſe concedimus,& vt eiſdem Populo in eorum pri
uata commoda de alicuius ſubuentionis auxilio conſulatur, Prothonotariatus Curię Capito-
lij,quod hoſpitali noſtro Sanctiſpiritus in ſaxia de Vrbe,& Notariatus quod Secretariorum no
ſtrorum,& Mareſcallatus, Extimatoriatus Staterę, Mandatariatus,& Tranſtiberorũ Ripę, & Ri-
pettæ officia,quæ Præſidentium Annonæ earundem Ripæ & Ripettæ,dilectorum filiorum Col-
legijs,dicta olim fuere auctoritate perpetuo vnita,annexa,& incorporata,ab hoſpitali ,;& qui-
bus pro hijs certam tunc expreſſam recompenſam,per alias noſtras litteras conceſſimus, qui-
bus non intendimus præiudicare,nec ſolita emolumenta auferte,niſi pro ea ſumma pro qua re-
compenſa data fuerit Collegijs prædictis,reſpectiue ſegregantes,& ſeperantes ea,ac pecuniarũ
Cameræ,ſine tamen ipſius exercitio,& emolumentis,ex ipſo exercitio prouenientibus, quæ ca
pita Solidorum appellant,& Gabellæ Vini Forenſis de eadem Vrbe Depoſitariatuum,cum con
ſuetis,ac præfate Ripę Ripettæ, Pecudumq;,& mercium,ac Annonę graſcię nuncupatę,necnon
Salis ad groſſum & ad minutum Dohaneriatuum cum Centuum uiginti pro quolibet Dohane-
riatu,& omnium eorundem Dohaneriatuum Notariatum,cum Quadragintaocto Florenorum
auri pro quolibet Notariatu Salarijs,per conductores ipſarum Dohanarum,ex earum prouen-
tibus,ſingulis annis in quattuor terminis,Dohanerijs,& Notarijs pro tempore exiſtentibus in-
tegre perſoluendis,ita tamen ꝙ emptoribus & conductoribus dictarum Dohanarum & Gabel
larum propterea nullum Præiudicium,circa adminiſtrationem officij inferatur , ſed ſolum de-
ferre poſſint extorſiones indebitas & inſolitas,quæ fierent Camerę Apoſtolicę, & ſine præiudi-
cio in illis emptionis aut pignoris, vel ſimplicis ab aliquo ex Prædeceſſoribus noſtris Conceſ-
ſionis,



ſionis titulis ius habentium,quãdiu tituli ipſi durauerint, dumtaxat, Ita quòd licet ipſis Con-
ſeruatoribus , & Populo reſtitutis pretijs pro quibus empta , aut pecunijs pro quibus pignori
obligata ſint, illa ſimul vel ſucceſsiue redimere, extraordinariatus maioris,Notariatus etiã ma
ioris, & Scriptoriæ , & Mareſcallatus Cameræ, & Gabellariatus maioris Vrbis prædictarum, &
Salinarum, portarum, & pontium, ſiue palatij dictorum Conſeruatorum Mareſcallatus, & eiuſ
dem palatij Notariatus, ac Camerariatus Ripę & Ripettæ, ac alia quæcunq; Vrbis officia, olim
per Ciues Romanos exerceri ſolita, portaſq; , & pontes dictę Vrbis, cum omnibus eorum ſo-
litis honoribus, oneribus,ſalarijs,& emolumentis dictis Populo donamus, & elargimur ſtatuẽ
tes & ordinantes ꝙ ex nunc de cætero in perpetuum,tam portę & pontes huiuſmodi, quã Con
ſeruatoratus, capitum regionum, Mareſcallatum de tracta nuncupatorum , paceriatus , Magi-
ſtratuum Stratarum, & Iuſtitiariorum, Syndicorum,Senatoris, & officialium Vrbis,reformato
rum ſtudij , & paceriorum , ac Sindicorum, aſſeſſoriatuum, & Notariatuum eorumdẽ , ac quę-
cunq; alia præfatæ Vrbis officia per Ciues huiuſmodi, vt pręfertur, exerceri ſolita , diuiſis etiã
in plures, ad Populum, portiones illorum, vel aliquorum ex eis, fructibus,redditibus,& prouẽ
tibus, iuxta prouidã dictorum Conſeruatorum, & prioris, ac eorum conſiliariorum ordinatio
nẽ deſuper faciendam,in pixidẽ congeri, & deinde ſtatutis per Conſeruatores,& priorẽ,& con
ſiliarios pręfatos ad id tẽporibus ſortem noſtra , & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis
præſentia trahenda, noſtroq; arbitrio reſtringenda ,& amplianda, inter Ciues tantummodo di
ſpenſentur,& ꝙ prothonotariatus Curiæ Capitolij,Notariatus,& Mareſcallatus Ripę & Staterę
ac Cameræ & Gabellæ ſtudij huiuſmodi depoſitariatuum, & Gabellariatus , & extraordinaria-
tus prædictorum . Et iudicatus appellationum,de eadem Vrbe officia , & comitatus Tyburis,
& Malleani, ac Velletri, & Corę Ciuitatum , videlicet & oppidorum dictorum Populi Romani,
temporali Dominio immediate ſubiectorum poteſtarię a taxis , quas pro expeditione Breuiũ
præfati Secretarij,ab eis hactenus exigebãt,necnon eædem Ciuitates & oppida,ac terræ ad pręſens præfatis Populo immediate ſubiecta, ſi & quamdiu in ſubiectione huiuſmodi fideliter man
ſerint, ab omni onere quo pro Stationibus militum Romanæ Eccleſiæ grauabantur libera ſint
atq; immunia, id vero quod ex depoſitariatu huiuſmodi Collegio , Dilectorum filiorum , ſcri-
ptorum archiuij Romanę Curię annuatim debetur is ſoluat qui dicta ſolidorum capita perce-
perit,& quod ſancti Gregorij intra & Sancti Sebaſtiani extra dictæ Vrbis muros,ſancti Benedi-
cti,& Ciſtertienſis ordinum & alia Monaſteria,ac Prioratus,Canonicatus,& præbendas, digni-
tates perſonatus,adminiſtrationes,& officia, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine
cura, in dicta Vrbe & illius diſtrictu exiſtentia, venerabilium fratrum noſtrorũ præfate Eccle-
ſiæ Cardinalium, titulis & denominationibus, ac Baſilicæ beatorum Petri & Pauli, & Lateranẽ
ſis, & Beatæ Marię Maioris, de eadem Vrbe Eccleſiarum, Archipresbyteratibus Sancti Lauren-
tij,& ſancti Anaſtaſij,extra, & ſancti Sabæ intra eoſdem muros,eorumdem ordinum dictis Car-
dinalibus commendari ſolitis, monaſterijs dumtaxat exceptis, non niſi Romanis Ciuibus con
ferri ſeu commendari,aut alias de eis, in alios quoquomodo , præterquam ſi beneficia prædi-
cta, ex reſignatione alienigenæ vacarent, quæ etiam alienigenis conferri valeant, etiã per nos,
& Sedem Apoſtolicam diſponi nullo modo poſsit : collationeſque prouiſiones commendæ &
alię quęuis diſpoſitiones de illis , etiam per nos, & ſedem eandem etiam cum expreſſa præſen
tium derogatione, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, pro tempore factæ, nullius ſint ro-
boris, vel momenti, nullumque alicui,etiam coloratum tribuant titulum poſsidendi;Pręterea
quòd ex redditibus Gabellę vini Forenſis huiuſmodi, poſtquam lectorum ſtudij ſalaria ſoluta
ſint,liceat præfatis Conſeruatoribus in eorum,& Capitum Regionum Magiſtratuum ornatũ,
& decus dũtaxat, quo indigere noſcuntur,& non eorundem Conſeruatorum , & Capitum Re-
gionũ proprios vſus,iuxta ordinationẽ per Cõſeruatores, & Capita Regionũ,ac Cõſiliatios pfa
tos deſuper faciendam , tantum annuatim exponere , ad Quantum medietas eorum Prouiſio
num ſeu Salariorum ordinariorum reſpectiue aſcendit,& non vltra : & quod Notarii in Matri-
cula Notariorum Romanorum pro tempore deſcripti,ab obſeruatione eorum quæ in litteris
Apoſtolicis erectionis Collegii dictorum Scriptorum Archiuii Romanæ Curię continentium,
quo ad Ciues Romanos quoſcunq; inter ſe contrahentes ſint exempti,Donamus quoq; eiſdem
Conſeruatoribus,& Populo in perpetuum Gabellam omnem Vini Forenſis huiuſmodi,cum o-
nere ſoluẽdi tẽporibus cõſuetis,ex ꝓuentibus dictæ Gabellę,ſalaria dictis Lectoribus ꝓ tẽpore
debita,ac facultate reſiduũ ꝓuẽtuũ eorũdẽ,in dictũ ornatũ,& Murorũ,Portarũ, Aquæ ductuũ ,
& Põtiũ,aliaſq; dictæ Vrbis neceſſitates, ꝓ tẽpore ingruentes,de cõſenſu Cõſilij Romani,& nõ
in alios vſus,cõuertẽdũ.Et inſuꝑ eoſdẽ populũ, omneſq; & ſingulos dictę Vrbis incolas, & habi

tatores, ac alios in eadē Vrbe, ad quam Chriſtifidelium , de vniuerſis mundi partibus, frequēs
eſt in dies concurſus,pro tēpore reſidentes, a vini Romani,& Farinæ , præterquā quæ a piſtori
bus, ſeu in eorum vſum conficitur, omni tamen fraude ceſſante , & præfatos , ac pro tempore
exiſtentes dictæ Vrbis Conſeruatores, a vini, etiam corſi, ſiue Græci , quo pro eorum & fami-
liæ ſuæ victu vtuntur, vſq; ad Vigintiquinq; vegetes Anno quolibet Gabellæ ſolutione , eximi
mus & liberamus, & pretium Salis, qui ad minutum venditur , etiam pro pecudibus in eadem
Vrbe ad rationem octo Bolonenorum monetæ nouæ cum dimidio vnius Boloneni ſimilis pro
menſura quam Scorzum appellant, reducimus & moderamur.Porro Ciuitatem Velletri,& op
pidum Coræ prædicta cum eorum territoris, hominibus, mero & mixto imperio , alijſq; om-
nibus iuribus & iuriſdictionibus,prout olim ſub dictorū Romani Populi Dominio fuere, eorū
dem populi dictioni, & poteſtati de conſenſu quorum interſit, libere reſtituimus , & plenarie
reintegramus : Mandantes dilectis filijs ciuitatis & oppidi prædictorum vniuerſitatibus , vt de
cætero Conſeruatoribus , & populo præfatis vti veris, & legitimis eorū immediatis Dominis
in temporalibus obediāt & pareant, ac intendant. Volumus demū quòd pręſentes litteræ & in
eis contenta a Kalendis Martij proximi præteriti citra plenum ſortitę ſint & eſſe cenſeantur ef
fectum : Decernentes ex nunc irritū & inane ſi ſecus ſuper pręmiſsis,vel eorū aliquo,per quoſ
cunq; , etiā nos & ſedem præfatam, ex quauis cauſa ſcienter vel ignoranter contigerit attēpta-
ri, quo circa Venerabilem fratrē Raphaelem Epiſcopum Oſtienſem , & Dilectos filios noſtros,
Franciſcum ſanctorum Ioannis & Pauli, & Antonium ſancti Vitalis & Petrū ſancti Euſebij.tt.
Presbyteros, ac Aloyſium ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconum,Cardinales, & eorum quem-
libet, pro præmiſſorum omnium obſeruantia, eiſdem Conſeruatoribus priori, & populo,in cō
ſeruatores,& defenſores ſpeciales, conſtituimus, & deputamus, iniungentes eiſdem Cardina-
libus, quatenus ipſi vel eorū aliquis per ſe vel alium ſeu alios, Conſeruatoribus, priori & popu
lo præfatis quotiēs ab eis vel eorū aliquo fuerint requiſiti in præmiſsis efficacis defenſionis
præſidio aſsiſtentes faciant ipſos Conſeruatores, priorem, & populum, auctoritate noſtra , o-
mnibus & ſingulis ſupradictis pacifice frui,& gaudere, eaq; omnia & ſingula inuiolabiliter ob-
ſeruari, non permittentes eos, ſeu eorum aliquē per quoſcunq; deſuper etiam dicta auctorita-
te fungentes, quomodolibet moleſtari, contradictores quoſuis, per cenſuram Eccleſiaſticam
& alia iuris oportuna remedia appellatione remota compeſcendo inuocato etiā ad id , ſi opus
fuerit, auxilio Brachij ſæcularis : Non obſtantibus quibuſuis in Collegiorum prędictorum ere
ctione, & dotatione editis : Et alijs conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnō qui
buslibet de aliquo, ſeu aliquibus ex prædictis officiis , quibuſuis perſonis, etiam motu ſimili,
& ex certa noſtra ſcientia, ex quibuſuis vrgentiſsimis & neceſſarijs cauſis, per nos, & ſedē prę
fatam factis hactenus,& in poſterū fiendis, quas quotiens factæ fuerint , totiens ex nunc prout
ex tunc & econtra reuocamus caſſamus,annullamus, & omnibus illis quæ prædeceſſores præ-
fati in ſingulis per eos eiſdem populo conceſsis litteris, voluerunt non obſtare: cæteriſq; con-
trarijs quibuſcunq;. Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quòd Dohaneriatuum, & illorum Nota
riatuum ſalaria, currere incipiant a die quo contractus ſuper ipſarum Dohanarum conductio-
ne, inter illorum conductores, & Camerā Apoſtolicam tempore dicti Iulii prædeceſſoris ini-
ti, reſpectiue finierint , & non ante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
approbationis, innouationis,conceſsionis,intentionis,ſegregationis,ſeparationis,donationis
conſtitutionis, reſtitutionis, reintegrationis, deputationis, reuocationis , caſſationis,annulla-
tionis, decreti, mandati, voluntatis, & ſtatuti, infringere , vel ei auſu temerario contraire . Si-
quis autē hoc attētare pręſumpſerit , indignationē omnipotentis Dei,ac beatorū Petri & Pauli
Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū.Datū Romę apud ſanctū petrū Anno incarnationis Domi
nicæ,Milleſimoquingētesimo duodecimo,quartodecimo Kal.Aprilis,Pont.Noſtri Anno primo

Bulla.S.D.N.PP. de ædificijs,& nouis operibus conſtruendis, ad decorem ciuitatis .

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam : Et ſi de cuncta-
rum Ciuitatum temporali Dominio Romanæ Eccleſiæ ſubiectarum decore,& venu-
ſtate cogitare nos deceat, ad noſtram tamen Almā vrbem Apoſtolorum Petri & Pau
li Glorioſo Martirij cruore domino noſtro Ieſu Chriſto conſecratam , Ciuitatē ſacer-
dotalē & regiā eiuſq; decorē & venuſtatē tāto accuratius aciē noſtræ cōſiderationis extēdere
nos cōuenit, quanto illa caput eſt orbis, & altiſsimus in ea Sacerdotij principatū & Chriſtianæ
religionis caput inſtituit,& ſui Vicarij ſedem, ad quam de vniuerſis mundi partibus Chriſti fi-
deles confluunt , in numero copioſo, voluit collocari. Cum itaq; viæ & ſtratæ publicæ eiuſdē
Vrbis, in plęriſq; locis cauſantibus porticibus,profellis, & alijs varijs ædificijs domorum ſita-
rū iuxta illas , adeo arctæ exiſtant,vt per eas commode deābulari, & neceſſaria ad victum mul-
titudinis



titudinis Ciuium Roman. & curialium, ac aliorum in ipſa Vrbe habitantium, & confluentium
ad eandem, præſertim temporibus indulgentiarū Anni iubilei,& aliarum conceſſarū per nos ,
& prædeceſſores noſtros Romañ Pontifices viſitantibus Apoſtolorū Baſilicas, & alias eiuſdem
Vrbis Eccleſias, deferri cōmode nequeant. Et in quibuſdam locis vix ſingulariter ſinguli eque
ſtres ſe obuiātes in eis tranſire poſsint per eaſdem, idque cædat ad non modicam eiuſdem Vr
bis deformitatem, ac ciuium Curialium,& confluentium prædictorū incōmoditate . Et propte
rea nos habita ſuper his deliberatione matura , decreuimus vias ipſas pręſertim quæ magis fre
quentantur, & principaliores exiſtunt, ampliari, ac porticus & impedimenta prædicta, quibus
ſic arctantur, amoueri,& lateribus oportune pauimentari. Iamq; opus ipſum cæptum ſit in di-
uerſis locis, & in illius proſecutione non ceſſetur , ac ſicut accepimus propter demolitionem
huiuſmodi nonnullæ ex domibus ipſis quorū porticus, & profella, ac alia ædificia dirui opor-
tuit , ex inde vt pote neceſſarijs manſionibus ſolitis & officinis careñ ad inhabitandum minus
commodæ,& fere inutiles factæ ſint, & ea propter illarum domini earum parietes decenter, vt
expediret, ad decorem viarū earundem reparare, & expenſas oportunas propterea ſubire non
curent, ſub lata ſpe habitandi in eis,aut alias vtilitatem recipiendi ex eiſdem . Expediatque ad
obuiandum huiuſmodi incommoditatibus, ex duabus aut pluribus contiguis domibus vnam
cōmodam conſtituere, aut partem vnius ex eiſdē domibus alteri cōuicinæ domui incorpora-
re, ſicq; indemnitati dominorū earundem obuiare, & decori huiuſmodi conſulere , & vicina-
rū domorum domini , vt plurimum ſuper his non conueniant,& recuſent ſibi inuicē compla-
cere etiā pro iuſto , & rationabili pretio . contingat quoq; interdum nonnulos tam Romanos
ciues quā Curiales & alios forenſes in eadem vrbe domos de nouo ędificare vel antiquas re-
formare, & ampliare velle, et pro illarum decenti conſtructione,indigere conuicinis domibus
interdum ruinoſis, & depreſsis , vel domorū dirutarum ſediminibus,plateolis, Et ſolo, ſeu alio
loco vicinis , et huiuſmodi domorū, & ſediminum, ſeu plateolarum, & ſoli, aut loci dominos
requiſitos,vt de illis eiſdē ędificare , & reformare volentibus, venditionis titulo complaceant
de domibus, ſediminibus,ſolo, ſeu loco oblato etiā perſępe pluſquā iuſto pretio, id facere nul-
latenus velle,aut longe plus iuſto pretio etiā nonnūquā duplū illius traſcendendo , petere pro
eiſdē,quo fit vt prædicti nouas domos ædificare, aut antiquas ampliare volētes,pręſertim Cu-
riales & forēſes qui adiuuari & allici deberent maxime a Romanis Ciuibus ab huiuſmodi eo-
rū laudabili ædificandi,aut ampliandi propoſito,retrahuntur . Et ſi aliquando Dilecti ſilij Fran
ciſcus de Porcarijs , & Baptiſta Staglia, moderni & qui pro tempore ſunt magiſtri ædificiorū ,
& ſtratarū eiuſdem Vrbis, pro conſtruēdis nouis plateis in locis cōuenientibus , aut antiquis
ampliandis & reformandis,volunt domos aliquas dirui facere in totum vel pro parte , illarum
domini ſimiliter oblato eis etiā iuſto & rationabili pretio ne id fiat pertinaciter ſe opponere ,
et huiuſmodi nouarū platearū ordinationē et antiquarū dilationē, et ampliationem, omni co-
natu poſsibili impedire nō verentur,quæ omnia publico bono,et decori ac pulchritudini eiuſ-
dem Vrbis, noſtræq; circa id intentioni, obuiare manifeſte cernuntur. Nos igitur æquum arbi-
trantes publicā vtilitatē in his pręferri priuatæ commoditati quorumlibet , et illorum qui tam
ſalubri publico bono indirecte modo præmiſſo ſe opponūt, duritiam ſuperioris auctoritate, et
ęqua ordinatione comprimi,ac propterea volentes ſuper his omnibus oportunū adhibere re-
mediū.Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiā,ſed de noſtra
mera deliberatione , ac ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine poteſtatis Apoſtolice, hac in
perpetuū valitura conſtitutione, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ venerabilis frater Guillermus Eṗs
Oſtien. Camerarius noſter,& præfati Franciſcus,& Baptiſta, ac ipſorum Epiſcopi Franciſci , &
Baptiſtæ in Camerariatus noſtri & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis , ac Magiſtratus
ædificiorum Vrbis officijs reſpectiue ſucceſſores . qui pro tempore erunt , perpetuis futuris
temporibus ad requiſitionem dominorū domorum quarū porticus profella , ſeu alia ædificia
pro vijs ſeu plateis, & alijs locis publicis eiuſdem Vrbis, hactenus diruta fuerint,& dirui cōtin
geret in futurū quandocunq; , de mandato magiſtrorum eorundem,ſi domini prædicti in do-
mibus ipſis inhabitare ſoliti erāt,ante demolitionē eandem,& tēpore demolitionis huiuſmodi
factæ,& quā fieri contingeret in futurum,abſq; dolo & fraude inhabitabant & in poſterū inha-
bitabunt, et propter huiuſmodi iam factam & quæ fieret, Domus ipſæ effectæ ſint vel efficerē-
tur in poſterum pro eorundem dominorum ipſarum commoda receptione & habitatione in-
capaces , Sintque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minime inhabitari ſolitæ ſed
pro earum annua reſponſione vel alias locari conſuetæ , ex quarum coniunctione cum domo
huiuſmodi ſic incommoda effecta, domino domus ſic incommode effectæ aduerſus incommo
ditates huiuſmodi ſubuenire valeat,teneantur & debeant compellere illos ad quos domus ip-

ſas ſic vicinas legitime pertinere eis conſtabit, etiam ſi ad Eccleſias & monaſteria tam virorum quam mulierum ordinum quorumcunque etiam exemptorum, necnon beneficia Eccleſiaſtica hoſpitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum eaſdem domos vicinas, quas inhabitari ſoliti non ſunt Dominis domorum contiguarum, quas ſic incõmodas effectas eſſe cognouerint pro pretio per duos probos & expertos viros per vtranq; partem eligendos, determinando & declarando, Si vero ij duo concordes in eodem aſsignando pretio non eſſent eo caſu ipſi Camerarius & magiſtri ædificiorum præfatæ Vrbis, habito ipſorum dnorum iudicio, pretia eadẽ imponere & aſsignare habeant. Et ſi forſan contingeret ex demolitione huiuſmodi duas domos ſic per earum dominos inhabitatas incommodas modo prædicto effici, & inter eas eſſe aliam domum per illius dominum locari ſolitam, quam quilibet dominorum vicinarum domorum prædictarum incommoditati ſubiacentium, & ad receptionem ipſorum non ſufficientium ſibi vendi, & ſuæ domui incorporari poſtularet debeant Camerarius, & magiſtri præfati illi ex eis ſic petentibus venditionem huiuſmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda cognouerint, & ſi forſan vterq; æqualiter indigeret partem vni & partem alteri ſi cõmode vendi poterit vendi faciant, aut aliter deſuper prouideant, prout eis videbitur expedire, & ſi in neutra domurom vicinarum quæ ſic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum earum domini habitarent ſed eas locari ſoliti eſſent, liceat etiam tunc Camerario, & magiſtris præfatis, ſi id petatur per alterum dominorum earundem domum quam maiora incommoda paſſam eſſe cognouerint domino alterius domus minus læſæ, ſi emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo inſtante dominum domus magis læſæ ad id compellere, & ſimiliter dominum domus econtra minus læſę ad inſtantiam domini domus magis læſæ ad emendum domũ magis lęſam aut ſuam domino domus minus læſe vendendum compellere, ſeu alias pro vteis videbitur prouidere quod ambæ domus ipſæ inutiles & inhabitabiles non remaneant, & ſimiliter prout eis videbitur prouidere teneantur quotiens domus ipſæ ſic vicinę, & locari ſolitæ ęqualiter læſę & incommodæ effectæ forent, & ne ob proteruiam & duritiem dominorum domorũ ſine quarum demolitiõ plateæ in eadem Vrbe neceſſarię & vtiles ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæq; domus conſtrui, ſeu iam conſtucta ampliari commode nequeunt, platearum earũdem ordinatio & ampliatio, ac palatiorum & domorum de nouo conſtructio ſeu reformatio retardetur eis motu & ſcientiaac auctoritate & poteſtate ſtatuimns quòd Camerarius & magiſtri præfati poſsint & debeant dominos domorum quarumlibet locari nõ autem per ipſosmet dominos inhabitari ſolitarum, Eccleſiaſticos & Sæculares quacumq; dignitate fungentes compellere eos ad vendendum conſeruatoribus ſeu Sindico eiuſdem Vrbis domos quas Camerarius & magiſtri præfati neceſſarias, & vtiles eſſe cognouerint, pro huiuſmodi plateis de nouo ordinandis, & antiquis reformandis, & ampliandis, pro iuſto & rationabili pretio vt præmittitur imponendo, & ſimiliter ad vendendum domos huiuſmodi per eos inhabitari minime ſolitas ſed locari quas vtiles, & neceſſarias eſſe putauerint, pro palatijs domibus ſeu alijs ædificij tam prophanis quam Eccleſiaſticis in eadem Vrbe de nouo conſtruendis, ſeu iam conſtructis ampliandis, perſonis habentibus iuxta illas domum, ſeu ſolum, ant locum alium, & volentibus inibi de nouo domos vel Palatia conſtruere, ſeu iam conſtructa ampliare pro iuſto & rationabili pretio vt præfertur taxando, & inter duos ſeu plures ſic ædificare ſeu ampliare volentes, & pro huiuſmodi venditione eis fienda ad effectum prẹmiſſum, inſtantes, illamq; eis fieri petẽtes, ille pͥferatur, cui domus, platea, ſeu locus, de cuius vẽditione ageretur, magis adiaceret, ſeu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiuſdẽ Vrbis cõſuli ſperaretur, & ſi in oĩbus paritas foret liceat Camerario, & magiſtris pręfatis venditionẽ huiuſmodi, pro parte vni, & pro parte alteri fieri mandare, aut eorũ alteri, pro vt eis videbitur, & in ſingulis caſibus prædictis in quibus volumus quòd Gamerarius & Magiſtri præfati compellere poſsint aliquos ad vendendum ſi illi ad quos pertinerent moniti & requiſiti per Camerarium & magiſtros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recuſauerint aut malitioſe diſtulerint, pręfati Camerarius & magiſtri debeant vice & nomine illorũ ſic requiſitorũ, & recuſantiũ vel differentium venditionẽ huiuſmodi facere, cum promiſsionibus obligationibus pœnis renunciationibus iuramento pactis & clauſulis cõſuetis, & pretiũ inde proueniẽs recipere, & penes ædẽ ſacrã aut fide & facultatibus idoneã perſonã deponere, dñis domus, ſeu alterius loci ſic per eos pro tẽpore venditi ſi venditionẽ ipſam ratam habere & fideiuſſores de euictione pͥſtare voluerint, & nõ alias cõſignãdũ habeãtq; vẽditiones ipſæ quas ſic per Camerariũ & magiſtros fieri cõtingeret & traditiones locorũ & domorũ ſic venditorũ plenã roboris





firmitatẽ, ac ſi per illos ad quos domus ipſæ tũc pertinebũt fierẽt & eoſdẽ penitus & omnino operẽtur effectus, quos operarentur ſi fierent ab eiſdem. Prouideãt autem Camerarius & magiſtri præfati in caſibus prædictis in quibus ſtatuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus noua ædificia conſtruere, ſeu iam conſtructa ampliare velle tales ſic proponentes ante omnia ſe obligent ad inchoandum & perficiendum huiuſmodi noua ædificia modis & formis ac infra tempus & ſub pœnis de quibus ipſis Camerario & Magiſtris perſonarum & ędificiorum qualitate inſpecta, videbitur, & ab illis qui ſic ſe obligauerint & præmiſſa non adimpleuerint pœnas exigant memoratas, & nihilominus eos compellant ad obſeruãdum promiſſa per eos vel quas prius habitabunt, & etiam propterea eis venditas domos alijs ædificare volẽtibus vendendum pro iuſto & rationabili pretio vt præfertur moderando. Et quia interdum contingit quòd habentes domos ſiue domorum ſedimina clauſtra ſeu loca in eadem Vrbe, & illa vẽdere volentes varijs plerunq; modis & occaſionibus illa vendere recuſant habentibus domos ſedimina clauſtra & loca vicina illis quæ vendere nolunt & nonnunquam illa vendunt æmulis eorundem vicinorum, ſeu perſonis eis parum gratis, quo fit vt ipſi domorum clauſtrorum, & ſediminum ſeu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes & habere nequeuntes retrahantur perſæpe ab ædificando de nouo in eorum ſediminibus, & locis vicinis ac ampliando domos quas inibi habent ſicque decori eiuſdem Vrbis aut ſaltem ipſorum vicinorum commoditati non parum detrahitur, volentes ſuper hæc æqua ordinatione prouidere, motu ſcientia & auctoritate prædictis etiam ſtatuimus & ordinamus, quòd præfati ſic vendere volentes teneantur & debeant domos ſedimina clauſtra plateolas & loca venalia huiuſmodi vendere habentibus domos ſedimina clauſtra & loca alia illis contigua pro iuſto, & rationabili pretio per alios euidenter & non ficte forſitan oblato, & ſi illa alijs quam vicinis pręfatis venderent venditiones ipſæ quo ad illos qui emerent & eorum commodum nullius ſint roboris vel momenti & habeantur pro infectis, & perinde ac ſi per illum ex vicinis cui venditio ipſa præſentis conſtitutionis vigore fieri debebat facta foret, debeant Camerarius & magiſtri præfati ementem a poſſeſsione domus ſediminis clauſtri plateolæ ſeu alterius loci ſic empti abſq; vlla Tela iudicij vicino inſtante & pretium rationabile offerente & dicto emptori ſi illud recipere & emptioni per eũ factæ renunciare & ipſum vicinum, iuxta Camerarij & magiſtrorum prædictorum ordinationem, cautum facere noluerint perſoluendum deponente amouere & ipſum vicinum in illius poſſeſsionem inducere, etſi forſan duo eſſent vicini quibus domus clauſtrum ſedimen plateola ſeu alius locus de cuius venditione ageretur vtilitatem, & commoditatem afferre poſſet, ille ex eis præferri debeat in præmiſsis quẽ Camerarius & magiſtri pręfati conſideratis circunſtantijs vniuerſis venali domo ſedimine clauſtro ſolo plateola ſeu loco alio magis indigere declarauerint et ſi ęqualiter indigerent, et pro parte vni et pro parte alteri poſsit exinde commoditas prouenire vtrique proportionabiliter concedatur, ſi vero facta illius diuiſione portiones vtriuſque fere inutiles eſſent non diuidatur ſed Camerarius & magiſtri alterum eorundem vicinorum quem voluerint pręferri faciant in præmiſsis. Et vt ea quæ ſupra ſtatuta ſunt votiuum ſortiantur effectum in pręmiſsis omnibus & ſingulis Camerario in Eccleſiaſticas, & ei ac magiſtris præfatis in alias perſonas facultatem & poteſtatem concedimus, ita ꝙ idem Camerarius per cenſuram Eccleſiaſticam & ipſe ac magiſtri pręfati per pœnarum & mulctarum exactionem ac perſonalem diſtractionem, & alia iuris remedia contradictores quoslibet & rebelles compellere valeant ad præmiſſa. Non obſtãtibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac municipalibus ſtatutis Vrbis confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia vallatis exemptionibuſq; ac indultis, priuilegijs, & litteris Apoſtolicis, nec non interdictis perſonis Eccleſiaſticis bonorum immobilium alienationibus, & præſtitis per eos deſuper iuramentis, a quibus eas abſoluimus, contrarijs quibuſcunque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſedę pręfata indultum exiſtat quòd interdici ſuſpendi vel excommunicari nõ poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd pretia domorum & aliorum bonorum immobilium ad Eccleſias Monaſteria & pia loca huiuſmodi pertinentium, quæ vendi contingeret in poſterum vigore pręſentium penes ædem ſacram aut fide, & facultatibus idoneam perſonã cũ recognitionibus obligationibus & cautelis etiã in talibus adhiberi ſolitis deponãtur, & in emptionẽ aliorũ bonorum immobiliũ pro eiſdẽ Eccleſijs, Monaſterijs & pijs locis omnino conuertantur, quodque dilecti filij cameræ eiuſdem Vrbis conſeruatores præſentes noſtras litteras in regiſtro priuilegiorum & aliarum ſcripturarum eiuſdem Vrbis in eorundem archiuio conſeruari ſolito regiſtrari, & illarum tenores in locis publicis & conſuetis eiuſdem Vrbis ſono tubæ præmiſſo vulgari ſermone publicari, ac præſentes in valuis Capitolij tri-

duo iuris horis,& alibi prout Camerario & Magiſtris præfatis viſum fuerit affigi faciant,vt omnibus omni tēpore facilius innoteſcant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis conceſsionis abſolutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctū Petrū Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringēteſimo Octuageſimo Pridie Kal. Iulii, Pontificatus noſtri Anno nono.

BVLLA poteſtatis teſtandi,& ædificandi per S.D.N.Leonem X.Pontificem maximum omnibus in vrbe Roma exiſtentibus conceſſa.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriam. Inter curas multiplices, quæ pro Paſtorali officio laudabiliter exequēdo nobis incumbūt, illam libenter amplectimur, per quam Romanæ Vrbis, in qua Apoſtolorum Princeps ſibi & ſuis in Chriſti Vicariatu ſucceſſoribus Sedem ſtatuit, & ad quā de vniuerſis orbis Prouincijs frequens aſsiduuſq; hominum eſt acceſſus conditio non minus in Vrbanorum ruſticorumq; prædiorum amplitudine, & excellētia quam virorum inſignium numero,ac etiam ornatu noſtrę prouiſionis opere pręclarior in dies atq; illuſtrior fiat, & qui in ea pro tempore degerint, aut Romani Pontificis Curiam ſequentur certiore in ſuorum diſpoſitione bonorum libertate fruantur, & quæ propterea a nonnullis ex prædeceſſoribus noſtris prouida conſideratione emanarunt vt eo firmius illibata permaneant quo fuerint crebrius Apoſtolico circumfulta præſidio noſtræ approbationis munimine roboramus, extendimuſq; & ampliamus, prout temporum ratione habita noſtro & eiuſdē Vrbis, ac Curię decori cognoſcimus expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Sixtus Papa quartus prędeceſſor noſter cupiēs dictæ Vrbis decori,& venuſtati in ſtructuris & ædificijs ac virorum copia nobilium quibus Vrbs ipſa ob varios ſiniſtros euentus plurimum diminuta fuerat oportune conſulere,habita ſuper hoc cum tunc.S. Romanæ Eccleſię Cardinalibus deliberatione matura,de illorū conſilio & aſſenſu & de ipſius prędeceſſoris certa ſcientia,per quaſdam primo quòd omnes & ſinguli tam ſui Curiales dictam Curiam ſequentes, quā alij cuiuſcunq; dignitatis ſtatus gradus ordinis præeminentiæ vel conditionis exiſterent, etiam ſi Cardinalatus honore aut Patriarchali,Archiepiſcopali,Epiſcopali,Abbatiali vel quauis alia Eccleſiaſtica aut mundana dignitate fulgerent & ſi regulares forent adminiſtrationem aut dignitatē obtinerent,qui palatia domos caſalia ſiue alia ędificia Vrbana vel Ruſtica ædificauerant,aut ædificarent ſeu fundari & ædificari fecerant vel facerent in futurum aut ædificata & conſtructa emerant ſeu emerent, vel illa aut cenſus annuos iura, & quæuis immobilia bona in Vrbe vel extra aut prope eam ad miliaria decē alio quouis iuſto titulo tam ex bonis & pecunijs proprijs quā ex fructuum reddituum & prouentuum Eccleſiaſticorum beneficiorum ad eos ſpectātium prouenientibus acquiſiuerant eatenus vel acquirerēt in poſterum de eiſdem caſalibus domibus palatijs ædificijs cenſibus iuribus, necnon territorijs feudis iuriſdictionibus & bonis alijs quibuslibet dummodo ad Eccleſias Monaſteria & alia pia loca aliter quam ex fructibus eorum vt præfertur de quibus licere voluit eis pro voto diſponere non pertinerent in vita ipſorū & mortis articulo prout eis videretur diſponere teſtari codicillari eaq; legare, ſeu inter viuos & cauſa mortis aut pro remuneratione laborum vel obſequiorum eis impenſorum donare & relinquere quibuſuis perſonis cuiuſcunq; ſtatus vel conditionis forent, etiam ſi alias legatarij donatarij vniuerſales aut particulares hæredes ſucceſſores & perſonæ alię ad quas ex dominorū voluntatæ illa perueuirent, filij nepotes conſanguinei affines familiares vel ali etiam incapaces & inhabiles eſſent & inhabilitate vel incapacitate quacumque notati dummodo criminis lęſæ Maieſtatis rei aut dictę Romanæ Eccleſiæ hoſtes non eſſent,ac etiam in pios & alios quoſcumque vſus conuertere libere,& licite poſſent: Et ſi ipſas Eccleſiaſticas aut dignitatē ſeu adminiſtrationē habentes regulares perſonas de bonis prædictis per eas aliter nō diſpoſito decedere contingeret palatia domos caſalia, & alia ipſorum bona in Vrbe vel infra miliaria huiuſmodi conſiſtentia ad proximiores ſuos etiam ſi agnati cognati, & minus capaces vel inhabiles forent vt pręfertur ſalua tamen gradus prærogatiua iuxta diſpoſitionem iuris ſi aliter de ipſorum decedentium voluntate non conſtaret deuenirent, ipſiq; proximiores ſiue agnati vel cognati in eis ſuccedere poſſent, & deberent in omnibus & per omnia, perinde ac ſi deſcendentes filii nepotes agnati & cognati, habiles capaces & hæredes ſcripti exiſterent, ac palatia domos caſalia & reliqua bona ex ipſorum labore vel induſtria, non autem ex fructibus redditibus et prouentibus Eccleſiaſticis acquiſita forent, ſtatuit & ordinauit, eiſque facultatem, &

poteſtatem



poteſtatem teſtandi codicillandi legandi concedendi donandi erogandi, proximioribus vero, necnon agnatis, & cognatis prædictis, etiam incapacibus, & defectum natalium patientibus, in eis vt præfertur ſuccedendi liberam licentiam conceſsit; Inhibuitque Cameræ Apoſtolicæ Clericis & alijs ſuis ac Curię & Vrbis prædictarum officialibus, necnon Eccleſiarum Monaſteriorum,& aliorum Eccleſiaſticorum locorum Prælatis capitulis Conuentibus prioribus præpoſitis plebanis rectoribus alijſq; quocumqne nomine nuncuparentur ne de bonis per eoſdem vt præmittitur relictis legatis donatis ſeu quouiſmodo in dicta Vrbe vel extra infra ſpacium huiuſmodi demiſsis ſe intromittere, aut illa petere vendicare ſeu hęredes & ſucceſſores decedētium perſonarum earundem illorum occaſione inquietare aut moleſtare quoquomodo præſumerent, ac decreuit irritum & inane quicquid ſecus ſuper ijs per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigeret attentari, & deinde per alias ſuas litteras, Motu proprio & ex certa ſua ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine etiam perpetuo ſtatuit, & ordinauit, quod tunc & pro tempore exiſtentes dictæ Romañ Eccleſię Camerarius & magiſtri ædificiorum & ſtratarum dictæ Vrbis, ad requiſitionem dominorum quorumcunq; domorū quarū porticus proſella ſeu alia ędificia pro vijs ſeu plateis & alijs locis publicis eiuſdē Vrbis eatenus diruta fuerant,ac dirui contingeret quādocunque de mandato Magiſtrorum eorumdem ſi domini prædicti in domibus ipſis inhabitare ſoliti erāt ante demolitionem eandem & tempore demolitionis huiuſmodi factę & quā fieri contingeret in futurum abſq; dolo et fraude inhabitabant et impoſterum inhabitarent, et propter huiuſmodi demolitionem iam factā, et quæ fieret, domus ipſę effectę eſſent vel efficerentur in poſterum pro eorumdem dominorū ipſarum commoda receptione & inhabitatione incapaces eſſentq; iuxta eas alique domus per earum dominos minime inhabitari ſolitę,ſed pro earum annua reſponſione vel alias locari cōſuetę ex quarum coniunctione cum domo huiuſmodi ſic incommoda effecta domino domus ſic incommode effectę aduerſus incommoditatē huiuſmodi ſubuenire valeret tenerentur cōpellere illos ad quos domus ipſas ſic vicinas legitime pertinere eis conſtaret etiam ſi ad Eccleſias & Monaſteria tam virorū quam mulierum ordinum quorumcunq; etiam exemptorū, necnon beneficia Eccleſiaſtica Hoſpitalia, ac loca pia pertinerent ad vendendum eaſdem domos vicinas eis quas ſic incommodas effectas eſſe cognoſcerent pro pretio per duos probos,& expertos viros per vtramque partem eligendos determinando, & declarando, ſi vero ij duo cōcordes in eodem aſsignando pretio non eſſent eo caſu ipſi Camerarius & Magiſtri ædificiorū habito ipſorum duorum iudicio pretia eadem imponerent,& aſsignarent. & ſi forſan contingeret ex demolitione huiuſmodi duas domos ſic per earum dominos inhabitatas incommodas modo præmiſſo effici & inter eas eſſe aliam domum per illius dominum locari ſolita quā quilibet dominorum vicinorum domorum prædictarum incommoditati ſubiacentium & ad receptionem ipſorum non ſufficientium ſibi vendi & ſue domui incorporari poſtularet deberent Camerarius & Magiſtri præfati illi ex eis ſic petentibus venditionem huiuſmodi fieri mandare quem magis indigere domo vendenda exiſtimarent, & ſi ea forſan vterque æqualiter indigeret partem vni, & partem alteri ſi commode diuidi poſſet vendi facerent aut aliter deſuper prouiderent prout eis expedire videretur.Et ſi neutram domorum vicinarum quæ ſic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum earum domini habitarent ſed eas locare ſoliti eſſent liceret etiam tunc Camerario & Magiſtris præfatis ſi id peteretur per alterum dominorum domorum earundem dominum domus minus læſæ ad inſtantiam domini domus magis lęſę ad emēdum domum magis læſam aut ſuam domino domus magis læſæ vendendum cōpellere ſeu alias prout eis videretur prouidere quod ambæ domus ipſæ inutiles & inhabitabiles non remanerent & ſimiliter prout eis videretur prouiderent quotiens domus ipſæ ſic vicinę & locari ſolitę æqualiter læſæ & incommodæ effectæ forent, Et ne ob proteruiam & duritiam dominorum domorum ſine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe neceſſariæ & vtiles ad illius decorem de nouo ordinari vel iam ordinatæ ampliari & noua Palatia nouæq; domus conſtrui ſeu iam conſtructæ ampliari commode nequirēt,platearum earundem ordinatio & ampliatio, ac palatiorum & domorum de nouo conſtructio ſeu reformatio retadentur,poſſent atq; deberent ijdem Camerarius & Magiſtri dominos domorū quarumlibet locari, non autem per ipſoſmet dominos inhabitari ſolitarum Eccleſiaſticos & Sæculares quacumque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iuſto & rationabili prætio, vt præmittitur ſtatuendo, Conſeruatoribus,ſeu Sindicis eiuſdem Vrbis, domos quas pro huiuſmodi plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis neceſſarias & vtiles eſſet cognoſcerent idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime ſolitas, ſed locari quas vtiles, & neceſſarias eſſe putarent pro palatijs domibus,

ſeu

ſeu aliis ædificiis tam prophanis quam Eccleſiaſticis, in eadem Vrbe de nouo conſtruendis ſeu iam conſtructis ampliandis ad inſtantiam perſonarum habentium iuxta illas domum, ſeu ſolū, aut locum alium,& volentium inibi de nouo domos vel Palatia cōſtruere, ſeu iam conſtructa ampliare,& ſi duo ſeu plures in huiuſmodi inſtantia concurrerent,ille cæteris præferretur cui domus platea,ſeu locus de cuius venditione ageretur magis adiaceret,ſeu qui illo magis indigeret,& ex cuius ædificio plus decori eiuſdem Vrbis conſuli ſperaretur, & ſi in omnibus paritas foret liceret Camerario & Magiſtris præfatis venditionem huiuſmodi pro parte alteri aut vni ex eis in totum fieri mandare prout eis videretur, Et voluit dictus Prædeceſſor quod in ſingulis caſibus prædictis ſi illi ad quos domus, & alia loca vendenda huiuſmodi pertinerent, & moniti & requiſiti per Camerarium,& Magiſtros prędictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recuſarent,aut malitioſe differrent,Camerarius,& Magiſtri præfati debererent vice,& nomine illorum ſic requiſitorum,& vendere recuſantium vel differentium venditionem huiuſmodi facere, cum promiſſione obligatione pœnis renunciationibus iuramento pactis,& cautelis conſuetis,& precium inde prouenienſ recipere, & penes ædem ſacram, aut fide,& facultatibus idoneam perſonam deponere dominis domus aut alterius loci ſic per eos pro temporevenditi ſi venditionem ipſam ratam habere,& fideiuſſores de euictione pręſtare vellent,& non alias conſignādum, haberentq; venditiones ipſæ quas ſic per Camerarium,& Magiſtros fieri contigeret,& traditiones locorum,& domorum ſic venditorū plenam roboris firmitatem,& eoſdem omnino operarentur effectus ac ſi per illos ad quos illa tunc pertinebant factæ fuiſſent, Prouiderent quoq; iidem Camerarius, & Magiſtri in caſibus in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendum proponentibus noua ædificia conſtruere,ſeu iam conſtructa ampliare velle vt ipſi talia proponentes,ante omnia ſe obligarent ad inchoandum & perficiendum huiuſmodi noua ædificia modis,& formis,ac infra tempus, & ſub pœnis, de quibus Camerario,& Magiſtris perſonarum,& ædificiorum qualitate inſpecta, videretur,& ab illis qui ſic ſe obligaſſent,& pręmiſſa non adimplerent,pęnas exigerent memoratas, & nihilominus eos compellerent ad obſeruandum promiſſa,per eos vel quas prius habitarent & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volētibus vendendum pro iuſto,& rationabili pretio vt præfertur moderando, Et quia interdum contingebat quod habentes domos ſiue domorum ſedimina clauſtra ſeu loca in eadem Vrbe,& illa vendere volentes, variis plerūq; modis,& occaſionibus illa vendere recuſabant habentibus domos,ſedimina,clauſtra, & loca illis vicina, & nonnunquam illa vendebant æmulis eorundem vicinorum ſeu perſonis ei parum gratis,quo fiebat vt ipſi domorum,clauſtrorum,& ſediminum,ſeu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes,& habere nequeuntes retraherentur perſæpe ab ædificatione de nouo in eorum ſediminibus,& locis vicinis,ac ab ampliandis domibus quas inibi habebant, ſicq; decori eiuſdem Vrbis,aut ſaltem ipſorum vicinorum commoditati nō parum detrahebatur; Etiam ſtatuit,& ordinauit idem Prædeceſſor quod præfati ſic vendere volentes, tenerentur domos,ſedimina,clauſtra plateolas,& loca venalia huiuſmodi vendere habentibus domos,ſedimina,clauſtra,& loca alia illis contigua pro iuſto,& rationabili pretio,per alios euidēter,& non ficte forſitan oblato,& ſi illa aliis quam vicinis præfatis venderent, venditiones illæ quoad alios qui ea emerent,& eorum commodum nullius eſſent roboris vel momenti,& haberentur pro infectis,& deberent Camerarius,& Magiſtri præfati ementem a poſſeſſione domus, ſediminis, clauſtri,plateolæ,ſeu alterius loci ſic empti,abſq; vlla tela iudicii, vicino inſtanti, & pretium rationabile offerenti,& dicto emptori ſi illud recipere,& emptioni per eum factæ renunciare,& ipſum vicinum iuxta Camerarii & Magiſtrorum prędictorum ordinationem cautū facere vellet perſoluendum deponente,amouere,& ipſum vicinum in illius poſſeſſionem inducere, perinde ac ſi emptio ab ipſo facta fuiſſet,& ſi forſan duo eſſent vicini quibus domus,clauſtrum, ſedimen,plateola,ſeu alius locus de cuius venditione ageretur,vtilitatem, & commoditatem ferre poſſet,ille ex eis pręferri deberet in pręmiſſis quem Camerarius,& Magiſtri pręfati conſideratis circūſtantiis vniuerſis venali domo ſedimine clauſtro ſolo plateola ſeu loco alio magis indigere declararent,& ſi ęqualiter indigerent,& pro parte vni, & pro parte alteri poſſet exinde commoditas prouenire vtriq; proportionabiliter concederetur,ſi vero facta illius diuiſione portiones vtriuſq; fere inutiles eſſent non diuideretur,ſed Camerarius, & Magiſtri alterum eorundem vicinorum quem vellent illam vel illud aſſignarent Camerario in Eccleſiaſticas & eo ac Magiſtris pręfatis in alias perſonas cum facultate,& poteſtate videlicet Camerario per cenſuram Eccleſiaſticam,& ipſo ac Magiſtris pręfatis per pœnarum, & mulctarum ex actionē ac perſonalem diſtrictionem,& alia iuris remedia,contradictores quoslibet,& Rebelles compeſcendi Executoribus deſuper deputatis prout ſingulis litteris prædictis plenius continetur: Et



Et ſucceſſiue pię memoriæ Iulius Papæ ii. etiam Prædeceſſor noſter motu, & ſcientia ſimilibus dictas priores litteras cum inhibitionibus ac ſingulis alijs in eis contentis clauſulis approbauit & cōfirmauit,ac perpetuo firmitatis robur obtinere,& obſeruari debere decreuit voluit & mādauit. Nos igitur conſiderantes quantum decoris,& dignitatis Vrbi,& Curiæ ſupradictis,& in ædificiorum,& prędiorum ampliatione,& ſalubrioris aeris amenitate,& hominum in omni virtutum,& dignitatum genere Illuſtrium Copia,& cultu a tempore quo dictæ litteræ emanarunt acceſſit,& quod pro conſeruatione,& in melius progreſſu Curiæ,& Vrbis prædictarum ſtatus neceſſaria eſt perpetua,& inuiolabilis dictarum vſus,& obſeruantia litterarum,earumq; in aliquibus quæ ipſarum etiam in ſuburbiis,& aliis locis dictæ Vrbi vt præmittitur circumuicinis effectum paſſim impedire noſcuntur extenſio,& ampliatio,cupienteſq; in præmiſſis pro virili noſtra oportunum adhibere remedium,Motu ſimili non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtātiam ſed de noſtra mera,& matura deliberatione ac certa ſcientia,auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omnes,& ſingulas litteras prædictas cum omnibus in eis contentis clauſulis approbamus,& innouamus,& præſentis ſcipti patrocinio communimus,Decernētes eas in ſingulis ipſarum partibus etiam in quibus forte hactenus in vſum receptę non ſint debere ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari: Et nihilominus dictorū prædeceſſorum inhærendo veſtigiis cupientes ipſorum Ciuium,& Curialium,& aliorum ędificare uolentium commoditatibus prouidere,vt quam totius vrbs ipſa ac prædia noſtris pręſertim temporibus,ædificiis ac prædiis inſtauretur,conſiderantes quod in eadem,& eius diſtrictu ſunt multæ domus, & loca ſub proprietate tam diuerſarum Baſilicarum, & Eccleſiarum quā Hoſpitalium,& aliorum quorumcunq; piorum locorum in caſum in quem domini quibus in cenſum aut emphiteoſim ſeu alias quomodolibet loca aut domus conceſſa ſunt in illis ędificare vellent vel cum aliis ad hunc effectum tantum prout melius poterunt cōcordare iuxta ſeriē, & tenorem litterarum recolendæ memoriæ Alexandri Papæ vi. etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper via Alexandrinā emanatarum,quas cum omnibus illarum inhibitionibus decretis clauſulis, & mandatis approbamus,& innouamus,ac ad quæcunq; Vrbis,& prædiorum loca ad hunc effectum extendimus,& ampliamus,earundem tamen baſilicarum Eccleſiarum,& aliorum quorumcunq; etiam piorum locorum non ſolum indemnitati ſed vtilitati prouidere volentes prout pręſentes prouidemus,& vt dicti domini vel alii ad ædificandum facilius,& libentius inducantur,volumus,& decernimus quod ſi cenſus vel reſponſio,& penſio annua erit in emphiteoſim perpetuam,aut cenſum perpetuum alicuius familię, quod tali caſu liceat illis de familia tantūdem cenſum ſiue ſimilē reſponſionem in aliam domum ſiue domos vel poſſesſionem aut quęcunq; alia bona ſtabilia ad dictum cenſum vel reſponſionem conuenientia traſferre,& permutare,aucta tamen decima parte; Quod etiam volumus,& decernimus de domibus,& locis tam intra quam extra ipſam Vrbem infra Miliaria prędicta huiuſmodi conſiſtentibus,& cæteris bonis dictarum Baſilicarum Eccleſiarum,& aliorum etiam piorum locorū diuerſis Inquilinis pro annua reſponſione vel aliter etiam ad plures annos quibuſuis locatariis locari ſeu ad plures vitas aut cum facultate denominandi vnam vel plures perſonas concedere ſolitis ſeu conceſſis aut in futurum concedendis,quo poſſint in illis ædificare ſeu illa quoquomodo ampliare volentes dare,& conſignare dictis dominis,& proprietariis alias domos ſeu poſſeſſiones vel quæcunq; alia bona ſtabilia tantumdem diuerſis Inquilinis pro annua penſione cum augumento tamē decimæ ſeu maioris partis arbitrio Camerarii,& Magiſtrorum ſtratarum huiuſmodi honeſtum viſum fuerit,ac alias ſeu illarum,& illorum pretia cum dicto augumento iuxta formam,& tenorem dictarum litterarum Alexandri, & pecunias inde prouenientes in alias poſſeſſiones, & bona vel neceſſitates ipſarum Eccleſiarum,prout in dictis litteris latius continetur,conuertere,quod ſi quis id efficere recuſabit poſſint Camerarius, & Magiſtri pręfati iuxta facultates in dictis litteris Sixti,& alexandri conceſſas cogere quæcunq; Capitula Conuentus Hoſpitalia, & alia quæuis etiam pia loca ad faciendum dictam per mutationem cum augumento dictæ decimæ partis,& ſi inter duos aut plures ædificare volentes lis aut controuerſia oriri contingat volumus,& decernimus quod præuentio habeat locum quod qui primus negocium inceperit, & dictos dominos proprietarios primus interpellauerit ille ſit potior,nec ab aliquo poſtea moleſtari vel quoquomodo impediri poſſit,& valeat, quinimmo ex nunc ſit illi ius quæſitum, & tamen ad tollendum ſcandala ſeu controuerſias quæ exinde oriri contingeret ne quis poſtea doloſe,& fraudulenter ob proteruiam aliquorum, & inuidiam ſeu ipſorum commodum plęrumq; fieri poſſet etiam ſi plus offerrent,& aliis vt præmittitur eſſet impedimentum, volumus, & decernimus quod permutatio huiuſmodi cum augumento decimę partis & vltra prout arbitratum fuerit vt præfertur cenſeatur,& ſit in euidentem vtilitatem: Et ne huiuſmodi interpellationem domini,& proprietarii prædicti aliqua damna ſeu incommoda patiantur quod liceat ipſis

ipſis eaſdem ſuas domus loca,& bona retinere,donec ſit illis cum effectu aſſignata dicta recompenſa cum augumento huiuſmodi : Et quoniam ſicut accepimus nonnulli ad habitandum domos quibus illatum vicinos pro ornatu,& ampliatione prędictis indigere conſpiciunt,de nouo ſe conferunt,vel illas inſtaurari aut refici faciunt,vt quod eis directe non licet hac ſaltem via obliqua dictæ Vrbis decori,& vtilitati obuient,vel illa augere deſiderantes ad domos ipſas longe plus iuſto pretio emendum neceſſitate compellant,auctoritate,& tenore præmiſſis declaramus omnes,& ſingulos qui poſtquam pro parte dictorum Magiſtrorum ſuper domibus eorum per eos tunc non habitatis pro commoditate in illis,& apud illas ædificare volentium , vt præfertur vendendis,requiſiti fuerint ; domos vendendas huiuſmodi de nouo habitare aut inſtaurari vel refici non tamen a fundamentis facere incæperint ad illas vendendum,iuxta dictarum Sixti Prædeceſſoris poſteriorum litterarum tenorem,perinde ac ſi ad eas ſic de nouo habitandum ſe non contuliſſent,illa ſiue inſtaurari aut refici facere non incępiſſent per Camerarium,& Magiſtros præfatos cogi,& compelli poſſe atq; debere tam in præteritis quam in futuris ac volumus ea omnia quæ per Sixtum prædeceſſorem præfatum ſuper venditionibus,& diuiſionibus domorum arearum ſiue platearum intra Vrbem conſiſtentium in fauorem perſonarum de nouo ędificare aut conſtructa ędificia,& predia ampliare volentium,ab inuitis dominis ſeu etiam eorum nomine faciendis prouide ſunt diſpoſita,etiam extra Vrbem in locis vltra prædicta Miliaria non diſtantibus, in quibus ab aliquos citra annis multa,& ſpecioſa viridaria vineæ,& alia non minus pulchra quam vſui humano vtilia,& neceſſaria ſeceſſus,& ędificia ſurgere incæperunt vicem ſibi vendicare,& effectum ſortiri debere,vbi,& quotiens eiſdem Camerario,& Magiſtris videbitur vtilitati vel ornatui publico expedire : Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,ac quibuſuis facultatum,& licentiarum teſtandi,& alias diſponendi inter viuos vel in vltima voluntate de bonis,& rebus per Eccleſiaſtica,& pia loca,illorumue fructus redditus,& prouentus pro tempore acquiſitis perſonis Eccleſiaſticis ſęcularibus per ſedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſarum Reuocationibus reductionibus modificationibus ſuſpenſionibus,& aliis contrariis diſpoſitionibus,etiam per viam perpetuę Conſtitutionis ex quibuſuis etiam in fidei aut terræ ſanctæ contra Infideles,& fabricæ dictæ Baſilicæ ſubſidium aut aliis quantumlibet maximis,& vrgentisſimis ac neceſſariis cauſis,etiam motu & ſcientia ac poteſtatis plenitudine ſimilibus,& de dictorum Cardinalium conſilio etiam Conſiſtorialiter habito,& cum aliis quibuſcunq; etiam derogatoriarum derogatoriis,& talibus clauſulis irritātibus,declarationibus reſtitutionibus reintegrationibus & decretis quod illis non poſſit modo aliquo derogari,per præfatos,& quoſcunq; alios Romañ Pontifices ſimiliter Prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem prædictam factis,& faciēdis,quibus omnibus illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,harum ſerie motu ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſupradictis ſpecialiter,& expreſſe derogamus,& ad præſentium,& dictarum Sixti Alexandri Iulii,& aliorum Prædeceſſorum litterarum , & contentorum omnium in eis obſeruationem nos,ſucceſſoreſq; noſtros ęque,& abſq; vlla differentia teneri,ac ſi ea ſolemni dilectorum filiorum Pauli Colęiohannis,& Franciſci de Veteranis ac Iuliani de Lotis Conſeruatorum Cameræ,& Antonii de Zocchulis Prioris Capitum Regionom dictæ Vrbis,ac Marci Antonii de Alteriis,& Iacobi de Fraiapanibus Magiſtrorum ędificiorum,& viarū dictæ Vrbis,pro dilectis filiis Populo Romano,& ipſius nomine ſtipulatione deſuper pręcedente nos,& ſucceſſores noſtri pręfati eiſdem Populo conceſſiſſemus,& cum eis ſuper his omnibus & ſingulis contraxiſſemus decernimus,& declaramus,ceteriſq; contrariis quibuſcūq;: Et quia difficile forſan foret pręſentium litterarum notitiam ad quaſcunq; perſonas deuenire,eadem Apoſtolica auctoritate volumus & decernimus quod tranſumptis præſentium litterarum, etiā per impresſionem factis,ſubſcriptione,& ſigillo dilectorum filiorum Conſeruatorum Camerę almæ vrbis noſtræ munitis eadem fides vbicunq; adhibeatur,quæ ipſis originalibus litteris quibuſcunq; in locis adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ : Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis innouationis communitionis decreti extenſionis ampliationis prouiſionis voluntatis declarationis,& derogationis infringere vel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę. MDXVI. Quarto Noñ Nouembris Pont. Noſtri Anno Quarto.

R.Ep̃s Oſtieñ. Cardinalis S. Georgii Camerarius .
P. Cardinalis S. Euſebii.
Viſa A. Cardinalis S. Praxedis.

Contra



Contra Barones , & Communitates permittentes latrocinia fieri venientibus ad Vrbem, & recedentibus ab ea.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam . Romani Pontificis prouidentia circunſpecta prędeceſſorum ſuorum geſta,quę pręcipue pro venientium ad Almam Vrbem totius orbis caput,& recedentium ab ea ſecuritate,& commodo facta ſunt,pēſatis oportunis occaſionibus innouat, atq; extendit,prout coſpicit in domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem à fe. re. Iulio Papa II , prædeceſſore noſtro emanarunt literæ in forma Breuis tenoribus ſubſequentis , Iulius Papa ii. Dilectis filijs Baronibus,& Domicellis,ac Communitatibus, & Vniuerſitatibus Terrarum,& Caſtrorum eorundem,necnon aliis Ciuitatibus,& Vniuerſitatibus Oppidorum,& Terrarum S. R. E. mediate,vel immediate ſubiectis, ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem . Quia nihil eſt quod magis expediat noſtræ Almæ Vrbi,& curiæ , ac cæterorū ſubditorum S.R.E. quieti,& regimini,quàm quòd euntes,& redeuntes ad eundem , ac cæteras terras eiuſdem S.R.E. ſæcure, & libere ſine curſione,offenſione,& inuaſione latronum,furum, ac ſycariorum,& aliorum maleuiuentium ſtare,ire,& reddire poſſint,& valeant, ac propterea , tam de iure communi,quàm ex ſpecialibus ordinationibus fe. re. Pauli ii , & Sixti iiii, noſtri ſecundum carnem patrui,ac Innocenti viii, & Alexandri vi prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſtatutum fuerit,vt omnes Barones,& Domicelli , & Vniuerſitates caſtrorum eorundem,ac Ciuitates,etiam cæterę terræ,& oppida S.R.E. mediate,& immediate ſubiecti, & ſubiectę , eorum Terras,Oppida,Villas,& Territoria quæcunque,à dictis latronibus , ſycariis , furibus, aliis delinquentibus cuſtodirent,& ſecura,ac libera facerent , aliàs ad emendandum omnium damnorum,& rerum ſubtractarum tenerentur,& obligarentur. Idcirco prædeceſſorū noſtrorum veſtigia inſequentes,pro pace,& quiete dictę Vrbis,& omnium Terrarum prædictarum,omniumq; incolarum,& venientiū ad eaſdē ſecuritate, vobis oībus, & veſtrū cuilibet tenore pręſentium expreſſe mandamus, vt veſtras Terras,Communitates,Vniuerſitates,Villas,& Caſtra,ac Territoria omnia à pręfatis viris facinoroſis, latronibus, furibus, ſycarijs, & alijs delinquentibus à die intimationis præſentium earundem ſecura , & libera teneatis, reſeruetis,& cuſtodiatis,quod ſi ſecus feceritis,tam pœnas iurjs,quàm alias pęnas,& cenſuras à prædeceſſoribus noſtris prædictis ſuper his promulgatas ipſo facto vos , & quemlibet veſtrum incurrere decernimus,& declaramus. Mandantes inſuper venerabili fratri Raphaeli Epiſcopo Albaneñ. Camerario noſtro,ac dilectis filiis Clericis,& Præſidentibus Cameræ Apoſtolicę,necnon Almę Vrbis Senatori, & aliis Officialibus,Legatis,& Gubernatoribus Prouinciarum,Ciuitatum, Terrarum, & locorum eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ quatenus ad denunciationem,& quærelā eorum,qui inuaſi,ſpoliati aut aliquod aliud damnum ab huiuſmodi latronibus,furibus,& ſycariis paſſi fuerint,pro ſatisfactione eorum ad declarationem dictarum pęnarum,& emendationē dictorum damnorum , iuxta formam,& tenorem conſtitutionum prædictarum , & præſertim conſtitutionis,& ordinationis præfati Alexandri vi,prædeceſſoris noſtri, via executiua procedant, & procedere debeant,alioquin vbi requiſiti fuerint,& illa exequi neglexerint , tam ipſos, quàm vos,& veſtrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decernimus,& declaramus, non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Romæ apud ſanctum Petrū, die octaua Nouembris , M D I I I I , Pontificatus noſtri Anno Primo .

NOS itaq; cupientes literas prædictas pro venientium ad almam Vrbem,et ab ea recedentiū tutela,et commodo inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia , litteras prædictas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus,illaſq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Et inſuper cum huiuſmodi furta,delicta, & derobationes fiant in ſyluis, nemoribus , lateribus,& in locis occultis,& ſecretis, nō adhibitis, nec præſentibus teſtis, adeo quod ſine maxima difficultate per ipſos ſpoliatos, & derobatos, furta , & valor rerum ſubtractarum & ablatarum probari non poſsint, ſtatuimus, & ordinamus quòd quoad probationem bonorum ſubtractorum,& eorum valorem, ſtetur declarationi præfatorum Præſidētium , & Clericorum ipſius Camerę Apoſtolicę, qui diligenter conſiderata qualitate perſonarum ſpoliatarum,& derobatarum, expoſita quantitate furtorum, & alijs circunſtantijs,& coniecturis, recepto iuramento ipſarum perſonarum derobatarum,ſeu mercatorum, quorum bona ablata exiſtebant, ſuper quibus pręfatorum Prędentium,& Clericorum conſcientiam oneramus, furtum,& eius valorem declarare debeāt,& quòd ſi derobatio,ſeu furtum in confinibus diuerſorum territoriorū

diuerſarum,

diuerſarum Communitatum, ſeu dominorum, vel iuxta huiuſmodi cõfines derobatus contra dominum territoriorũ prædictorum, aut Communitatem quam, & quem elegerit ad recuperationé rerũ ſibi ablatarũ agere poſsit, & valeat ab actione, quam ipſe derobatus intentauerit, diſcedere ſi ei placuerit, & contra alium agere licite poſsit (cum domini confinium prædictorum illos non cuſtodiendo in pręmiſsis culpa non careant) reſeruato tamen ſoluẽti iure agendi cõtra conterminos. Et vt quantum fieri poteſt, omnis occaſio craſſandi, & derobandi ſublata eſſe videatur, eiſdem Motu, & ſcientia, ac tenore præcipimus & mandamus ſub duorum Millium ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis ſimilibus, omnibus, & ſingulis antedictis, ne fures, latrones & craſſatores in ſyluis, & ſepibus latibula faciant, ne ibi ſe abſcondere poſſent, vt prope vias publicas vtrinq; ad medium miliare arbores, & ſepes, & quæcunq; latibula incidere, ſeu incidi, ac amouere, ſeu amoueri, & extirpari facere infra duos menſes a die publicationis præſentium computandos, & ſic inciſas conſeruare, & manutenere omnino teneãtur, & debeant. Sicq; per Clericos dictæ Cameræ, ac quoſcunq; alios iudices, & Commiſſarios, etiam S.R.E. Cardinales, & ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores indicari, ac definiri, & exequi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate decernimus ſummarie, & abſque iudicij tela. Mandantes propterea eiſdem Raphaeli Epiſcopo & Camerario ac Præſidentibus & Clericis pro tempore exiſtentibns, ut præmiſſa omnia & ſingula ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciant, & contrafacientes ad illorum obſeruationem per ſupradictas pœnas, iuxta ſtilum ipſius Cameræ compellant. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu vnius Clerici, & vnius notarij eiuſdem Cameræ ſubſcriptis, eadem prortus fides indubia adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, communitionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, onerationis, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, MDVIII. Kalendis Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Paulus Papa. III. Vrbis.

MOtu proprio &c. Nouimus, quòd in hac alma Vrbe noſtra, quæ caput Eccleſiæ extitit, ſicut hactenus ante chriſtianam religionem totius orbis ſibi, & meritò, caput obtinebat, ob reuerentiã chriſtianę religionis aſperũ ſeruitutis iugum penitus extinctum fuerit: quinimo ex cauſa prædicta mancipia quęq; ad ſacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & eiuſdem noſtræ Vrbis Conſeruatores confugientia, & libertatem ac clamantia, libertatem conſequi, veteri inſtituto conſueuerunt, ac forſan etiam magiſtratus pręfati ex ſpeciali priuilegio Pontificali, ſeu Imperiali poteſtatem mãcipia huiuſmodi ab aſpero ſeruitutis nexu liberanda habeant priuilegia, quæ huiuſmodi tam tẽporis diuturnitate, quam etiam in Vrbis direptione deperdita eſſe potuerunt: Nos volentes dignitatem Conſeruatoriam prædictam in pręmiſsis ſpeciali fauore proſequi, & ambiguitates tollere, harum ſerie, motu, & ſcientia ſimilibus de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine iuriſdictionem, poteſtatem, & facultatem, per quam mãcipia quæcunque ſub iugo ſeruitutis quomodo obligata ad ſacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & pro tempore exiſtentes Vrbis Conſeruatores, confugientia, & libertatem acclamantia, per eoſdem Conſeruatores libertate donari, & Romani ciues, liberique homines effici poſsint, & debeant, reintegramus, & quatenus opus ſit, de nouo damus, concedimus, & gratioſe impartimur, ita quòd mancipia quæcunque, ab eiſdem Conſeruatoribus liberata hactenus fuerunt, & in poſterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique habeantur, teneantur, & reputentur, & tractentur, & facultatem habeant in iudicijs ſtandi, contrahendi, & alia faciendi, ſicut cęteri ciues Romani liberi homines facere conſueuerunt, & faciunt, & ita ex nũc prout ex tunc, & econtra, libera eſſe volumus, & mandamus, ac liberamus, omni iuris cuiuslibet ſtatuti, conſuetudinum vel aliorum contrariorum rigore penitus reiecto, irritum, & inane decernẽ. quicquid ſcienter, vel ignoranter contra pręſentium tenorẽ factum, & attentatum fuerit, & ab omnibus iudicibus tam ordinarijs, quam delegatis, etiam quacunque iuriſdictione fungentibus aliter iudicandi, ſententiandi, & diffiniendi poteſtate, & facultate ſublata. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo palatij, priuilegijs, indultis, ſtatutiſque etiam iuramento firmatis in ſpecie, vel in genere editis cum quibuſuis clauſulis, & derogato-

riarum



riarium derogatorijs, & per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros etiam per literas ſub plumbo, & cum derogationibus quibuſcunque emanatis, aliiſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Quibus omnia, & ſingula illorum tenores, & pro expreſsis habentes, & alias latiſsime extendent. derogamus.

Fiat, vt petitur. A.

Et cum abſolutione a cenſuris, ad effectũ præſentium & quòd literæ etiam in forma Breuis expediri poſsint, & obſtantiæ habeantur pro expreſsis.

Et cum derogationibus ſolitis, & poteſtate, & facultate latius extendendis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quinto Klendas Iulij, Anno primo.

De confirmatione reintegrationis, ac reformationis iuriſdictionis Curiæ Capitolinæ.

PAulus Papa III. Cum paſtorali incumbat officio gregem ſibi a domino commiſſum ſecundum iuris tramites, & iuxta facti exigentiam vigili cura gubernare, abuſioneſq; & prauas corruptela introductas pro poſſe tollere, quemcunque in ſua iuriſdictione conſeruare, & manutenere. Nuper deuenit ad aures noſtras, ꝙ Statuta Vrbis, nouæ reformationes, ac priuilegia a Ro. Pontificibus cõceſſa, maxime circa cognitionem, & deciſionem cauſarum, in plurimis violantur, & per prauas abuſiones, & corruptelas quotidie abutuntur, quo fit vt inter Ro. Ciues non ſolum in Cu. Capitolij, ſed in diuerſis Vrbis Tribunalibus litigatur, non abſque eiuſdem Populi notabili damno, & iactura, ac quòd in eadem Curia Capitolij, & Tribunalibus dictæ Curiæ cõtra formam dictorum Statutorum, & nouarum reformationum plurimi fiunt exceſſus, etiam qui forſan, non ſine animi noſtri diſplicentia, & litigantium diſpendio, aliquæ fiunt extorſiones. Nos, qui præfatum Populum paterna affectione diligimus, etiam prædeceſſorũ noſtrorum veſtigia imitantes, eiuſdem indemnitati prouidere cupientes, Motu proprio, & non ad alicuius ſuper hoc nobis porrectæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, & de poteſtatis plenitudine Statuta, & nouas reformationes Vrbis, priuilegia, literaſque Apoſtolicas, eidem Po. Romano conceſſa, & conceſſas, cum omnium & ſingulorum iuris, & facti defectuum, ſi qui forſan ineſſent, ſuppletioñ. auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ confirmamus, & comprobamus, ac quatenus opus ſit innouamus, & de nouo concedimus, ac omnia & ſingula in ſingulis ſtatutis, priuilegijs, reformationibus, literis, & decretis huiuſmodi contenta, perpetuis futuris temporibus, a quibuſuis Rom. Curiæ iudicibus, eccleſiaſticis, & ſæcularibus, tam ordinarijs, quàm delegatis, ſeu quauis alia iuriſdictione, ſeu notione fungantur, inter perſonas eidem foro Capitolino ſecundum formam Statutorum, nouarum reformationum, & literarum prædictarum, quocunque abuſu, corruptela, vſu contrario, diſſuetudine, contraria conſuetudine, aut quòd vſu recepta non ſint, non obſtan. tenaciter & inuiolabiliter obſeruari volumus, & mãdamus, dictumque Populum ad iuriſdictionem dictæ Curię Capitolinæ, etiam iuxta literas, etiã in forma Breuis, ſuper diſtinctione iuriſdictionum Tribunalium Vrbis, ac reintegratoria, & cõfirmatoria Statutorum, & nouarum reformationum prædictarum, eidem Populo Romano per quoſcunque Ro. Pontifices, & præſertim fe. re. Iulium II. & Leonem X. prædeceſſores noſtros conceſſas, & emanatas in omnibus, & per omnia reintegramus. Necnon citationes in cauſis in dicta Curia ordinarie inchoatis, & inchoandis, etiam ſi lite pendente in cauſis huiuſmodi commiſsiones aliquæ eiſdem Iudicibus, & Tribunalium eiuſdem Curiæ Magiſtratibus. Officialibus quibuſcunq; præſentatæ fuiſſent, & in futurum præſentarentur, etiam per mandatarios dictæ Curiæ fieri poſſe impune decernimus, & mandamus, Statuta, nouaſque reformationes, & literas huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, derogationibus, & pœnis in eiſdem contentis, quatenus opus ſit innouamus, et de nouo concedimus, tenoreſque ſingularum literarũ prędictarum, etiam in forma breuis, tam per Iulium II. quam Leonẽ X. prędeceſſores noſtros, vt præmittitur conceſſarum, et emanatarum pro expreſsis haberi volumus, et mandamus, ac ſi illarum tenor de verbo ad verbnm præſentibus noſtris gratioſis literis inſertus eſſet. Necnõ Motu, & ſcientia ſimilibus dilectis filijs Laurentio Verſo noſtro vtriuſque ſignaturæ Referendario, Syllegorio Proconſolibus, Theodoro de Gualderonibus, & Euangeliſta de Ceccharellis Correctoribus Collegij Aduocatorum Procuratorum, et Notariorũ Curiæ Capitolinę, & alijs eiuſdem Collegij pro tempore exiſtẽtibus Officialibus poteſtatem, & iuriſdictionem perſonas dicto Collegio ſubiectas inobedientes, tranſgreſſores, rebelles, & contra formam Statutorum, nouarum reformationum, & ordinationum earundem factarum, & faciendarum venire, auſu

D temerario

temerario, non erubeſcentes, pecuniarijs pęnis eorum arbitrio moderandis, mulctandis, eo-
rumq; Collegio ſeu Cameræ Vrbis, coniunctim, vel diuiſim, prout eis videbitur, applicandis, &
irremiſſibiliter exigendis, abſque ſpe gratiæ, ſeu remiſſionis, niſi a ńobis. vel ſucceſſoribus no-
ſtris gratioſe obtentæ, damus, concedimus, & gratioſe impartimur. Et ita quoad omnia,
& ſingula præmiſſa per quoſcunque Rom. Curiæ iudices, tam ordinarios, quam delega-
tos, tam eccleſiaſticos, quam ſæculares, iudicari, & diffiniri debere mandamus. Sublata
eis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi poteſtate, irritum, & inane decernentes quic-
quid in contrarium contigerit attentari. Mandantes dilectis filijs Senatori, & Conſeruatoribus
Vrbis etiam pro tempore exiſtentibus, coniunctim, vel diuiſim, tam ex officio, quam ad cuiuſ-
uis reclamantis perſonæ inſtantiam, præmiſſa omnia, & ſingula, ac in ſingulis ſtatutis, reforma-
tionibus, & priuilegijs huiuſmodi contenta, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, etiam
cum pęnarum eorum, ſeu eorum alicuius arbitrio, comminatioń. exactioń. etiam adhibita qua
tenus expediat, manu militari, pro conſeruatione, & manutentione omnium, & ſingulorum ob
ſeruari mandent, & faciant cum effectu, omni penitus exceptione, & appellatione remotis. Nō
obſtań. quibuſuis Tribunalium Vrbis. Magiſtratuum, Collegiorum, & Officiorum priuilegiis,
literis, & indultis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis tam in ſpecie, quàm in gene
re editis, etiam ſi ſub plumbo, aut in forma Breuis, tam per nos, quàm quoſcunq: Romanos Pō
tifices prædeceſſores noſtros, cum quibuſuis clauſulis, etiā derogatoriarū derogatorijs, etiāq;
pęnarum comminatioń. etiamq; ſi illis caueretur, quod illis aut eorundem alterius non cen-
ſeretur quoquomodo derogatum, niſi illarum tenor de verbo ad verbum inſertus foret, aut de
eis expreſſa, & ſpecifica fieret mentio, etiam quod caueretur in illis, quod quotieſcunq; illis de
rogatum eſſet, eo illico cenſerentur reuocatæ, quarum tenores pro ſufficienter expreſſis haben
tes, & illis quibuſcunq;, pro hac vice duntaxat derogań. aliiſq; conſtitutionibns, & ordinationi
bus Apoſtolicis in contrarium facień. non obſtantibus quibuſcunq;.

Fiat, vt petitur, A.

ET cum abſolutione á cēń. ad effectum præſentium, & quod pro præſentis motus proprii con
firmation. approbat. reinteg. & conceſſ. ſola ſignatura ſufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudi
cio, & extra, attento quod in Vrbe, & pro Po. Ro. & quod etiam literę ſub Annulo noſtro Pi-
ſcatorio expediri poſſint, & cum defectuum tam iuris, quàm facti, ſi qui ſint, ſuppletione, &
quòd obſtan. omnes habeantur pro expreſsis, & cum opportuna derogatione omnium, & ſin-
gulorum in contrarium facien. & cum iuriſdictione, facultate, & poteſtate dictis officialibus,
vt præmittitur, data, & conceſſa, & cum poteſtate extendendi latiſsime cū omnibus clauſulis
neceſſarijs, & opportunis. Et ſolum de confirmatione ſtatutorum, & nouarum Reformationū
alias confirmatorum & ordinatioń. Iulii de cognoſcen. cauſis Roman. in Curia Capitolij, prout
in ſuo Motu proprio, & de citationibus exequen. per Mandatarios, vt ſupra, & de facultate
proconſulibus, & Correctoribus, quoad ea tantum, quæ reſpiciunt exercitium Notariorum,
& aliorum miniſtrorum iudicialium eis ſubiectorum, & de mandato facien. præmiſſa obſerua
ri, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario noſtro.

Fiat. A.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Decimo Kalendas Octobris Anno Tertio.

Confirmatio Statutorum Populi Rom. ſuper reſtitutioń. ſeruorum in Vrbe.
Vrbis.

MOTV Proprio &c. Cum, ſicut accepimus, dilecti filij Conſilium almæ
Vrbis noſtræ publice (vt moris eſt) congregati, & attendentes dilectos
filios Populum Romanum ob defeſiæ ſeruorum tam Romani, quam foris
varia, & diuerſa in dies pati incommoda ac volentes incommodis
huiuſmodi occurrere, inter alias ſtatuerint, & ordinauerint quod
licet de cætero vnicuiq; quoſcunq; ſeruorum Sclauos in ipſa Vrbe
ad eius libitum publice tenere, & de eorum opera etiam his in-
uitis, prout alibi fieri conſueuerit, abſq; eo quod in Capitolium
confugientium, & libertatem acclamantes a nexu eorum ſeruitutis
iuxta



iuxta conſuetudinum in eadem Vrbe hactenus obſeruata liberentur, pro vt in deſuper confe-
cto decreto publico, ſeu alia ſcriptura dicitur plenius cōtineri. Nos qui ex noſtro Paſtorali of-
ficio ſingulorum fidelium commoda quantum cum Deo poſſumus libenter procuramus, at-
tendentes quod ex multitudine ſeruorum patrimonia augentur, res ruſticæ magis excolantur,
vrbes ampliantur; & propterea volentes eorundem Populi indemnitati occurrere, & commo
ditāti conſulere Motu ſimili &c. ſtatutorum, & ordinationum prædictarum, quorum tenorem,
ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſsis, ac pro vt il-
la concernunt omnia, & ſingula in decreto ſeu in ſcriptura huiuſmodi contenta & inde ſecuta
quæcunq; auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac illis per-
petuæ firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos iuris & facti defectus, ſi qui forſan
interuenerint, eiſdem ſupplemus, ac omnia ſuos plenarios effectus ſortiri, & ab omnibus in-
uiolabiliter obſeruari debere decernimus: & nihilominus potiori pro cautela, quod de cæte-
ro omnes, & ſinguli vtriuſque ſexus perſonæ tam Romanæ, quàm forenſes, & tam ſeculares,
quam eccleſiaſticæ cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, quoſcunque
etiam vtriuſque ſexus ſeruos & ſclauos publicè emere, & vendere, ac ſuper eis contrahere, &
pro vt ex alijs locis fieri conſueuit, tam in dicta Vrbe, quàm in eius diſtrictu, & ſeruos & ſcla-
uos publicè tenere, & eorum opera vti, ac eos ad operam ipſam ſibi impendendam cogere li-
bere, & licite valeant, & quòd ſerui, ſeu ſclaui in Capitolium confugień. & libertatem accla
mantes a nexu eorum ſeruitutis minime liberentur, ſed fuga, & acclamatione huiuſmodi non
obſtań. eorum dominis in ſeruitutem reddātur, & ſi viſum fuerit, vt fugitiui puniantur, Apo-
ſtolica auctoritate, tenore preſentium perpetuo ſtatuimus, ordinamus, diſtrictius inhibētes di
lectis filijs modernis, & pro tempore exiſtentibus conſeruatoribus dictæ Vrbis, ne eoſdem ſer
uos, ſeu ſclauos etiam poſt ſeruitutem chriſtianos effectos vel in ſeruitute ex ſeruis etiam Chri
ſtianis ortis iuxta iuris communis diſpoſitionem, vt præfertur, confugień. & libertatem accla-
mantes, annexu eorum ſeruituti iuxta eorum facultates liberare præſumant, ac mādantes eiſ-
dem Conſeruatoribus, vt in præmiſsis quibus opus fuerit fauorabiliter aſsiſtentes, faciant au-
ctoritate noſtra eos, & alios quorum inter erit ſingulis ſtatutis, & ordinationibus præfatis pa-
cifice frui, & gaudere, ac ſingula ſtatuta prędicta per quoſcunque inuiolabiliter obſeruari, con
tradictores quoslibet, & rebelles, ac eis in præmiſsis non parentes omnibus opportunis iuris
remedijs appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nos enim eiſdem modernis, & pro tempore
exiſtentibus conſeruatoribus, quod ipſi, & non quiuis alij Romani ciues officiales, ſeu ius di-
centes quauis auctoritate, & iuriſdictione fungantur omnimodam tam contentioſam, quam
voluntariam iuriſdictionem inter ſeruos, ſeu ſclauos huiuſmodi inſimul, vel eos, & eorum do-
minos, aut quoſcunque alios occaſione ipſorum ſeruorum, ſeu ſclauorum, vel rerum eis quo
modolibet competentium ciuiliter, vel criminaliter exercere, ac eorū controuerſias, quæſtio-
nes, & cauſas ciuiles, criminales, & mixtas, ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, &
figura iudicij, vel alias, prout opus fuerit audire, cognoſcere, decidere, & terminare, ac ſpe-
cialem notarium ad actus huiuſmodi conficien. & annotan. ac quæcumque alia, quæ deſuper
obuenierint deſcriben. eligere, & deputare libere, & licite poſsint dicta auctoritate Apoſtoli-
ca de ſpeciali gratia concedimus & indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordina-
tionibus Apoſtolicis, ac legibus imperialibus, & dictæ Vrbis, etiam iuramento & roboratis, ſta
tutis, & conſuetudinibus, & reformationibus, etiā quomodouis nuncupatis, priuilegijs quoq;
& indultis, etiam literis Apoſtolicis, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores no-
ſtros, & nos, ac ſedem Apoſtolicā, necnon Romanos Imperatores, ſeu Reges ſub quibuſcunq;
tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſsis &c.
Quibus omnibus in literis latiſsime exten. etiam ſi de eiſdem illorum tenore &c. hac vice dū-
taxat derogare placet, cęteriſque contrarijs quibuſcunq; cum clauſulis oportunis & cōſuetis.

Fiat vt petitur. A.

ET Cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & de approbatione, confirmatione, adie-
ctione, ſuppletione, decreto ſtatuto, ordinatione, conceſsione, indulto, deputatione, & de
rogatione præfatis, de hac pro omnibus, & ſingulis præmiſsis, quæ hic pro repetitis habeātur
perpetuo in forma gratioſa cum opportuna executorum deputatione, qui præmiſsis aſsiſtant,
& ſub ſententijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs arbitrio ſuo moderandis
cum facultate illas aggrauandi &c. inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſe-
cularis latiſsime extenden. & cum derogatione præfatorum, & quorumcunque aliorum
ſtatutorum, & priuilegiorum quoque, indultorum, & literarum Apoſtolicarum quomo-

dolibet contrariorum quorum omnium tenores latiſſimè exprimi poſſint ad effectum ſufficientis derogationis eorum latiſſ. extenſis,& quod præmiſſorum omnium,& ſingulorum, & tenoris decretorum, ſeu ſcripturę huiuſmodi qualitatum, aliorumq; in præmiſſis, & circa ea neceſſariorum maior,& verior ſpecificatio,& expreſſio,fieri,ac totus tenor inſtrumēti, ſeu ſcripturæ huiuſmodi etiam de verbo ad verbum omiſſis,caracteribus, & ſignis, inſeri ſeu pro expreſſo haberi poſſit in liter s etiam per Breue noſtrum expedieñ.

Fiat. A.

Dat. Romę apud Sanctum Marcum, quinto idus Nouembris Anno Quintodecimo.

Motus proprius Iuriſdictionum,& Gratiarum Ro. Po. conceſſarum per Paulum iiii. Pont. Opt. Max.

MOTV Proprio &c. Sincera fides,& ſingularis deuotio,quas dilecti filii Po.Ro. erga hanc ſanctam ſedem continuo geſſiſſe comprobantur promerentur, vt ea quæ eis, & almæ vrbis noſtræ commodo, & vtilitati futura cóſpicimus,benigno concedamus affectu. Hinc eſt quòd nos Populum ipſum ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes ex certa noſtra ſciētia,& de Apoſt.poteſtatis plenitudine,Gabellam carnis,la gabella del quatrino nuncupatam,ac quaſcunq; exemptiones,dilectis filijs Tabernarijs vrbis in pręiuditium dohaneriorum gabellæ ſtudij prefatæ vrbis,Necnon bullam,ſeu capitula cum poteſtate res furtiuas emendi,& ſuper illis pecunias mutuandi, ac rerū ipſarum dominos volentes illas recuperare,ad pretium reſtituendum cogendi vniuerſitati Hębreorum dictæ vrbis,ac omnes, & ſingulas moratorias,alternatiuas,ſignificationes, & dilationes quaſcunq; pręterquam iuxta formam iuris quibuſuis tam per fe. re. Iulium Papam iii. prædeceſſorem noſtrum, quam quoſcunq; Rom. Pont. etiam prædeceſſores, noſtros ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam quod nullo nunquam tempore ex quacunq; cauſa, etiam vrgenti, & vrgentiſſima reuocari non poſſint. Illorum omnium tenores, formas, datas, ac decreta, in illis apoſita, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,conceſſ. & conced. ac omnia,& ſingula monopolia,quæ ſtatutis,ac etiam iure prohibentur reuocamus,caſſamus, & annullamus,& quod nemo deinceps res aliquas graſſiam cócernentes,vltra vſum,& neceſſitatem familiæ ſuę,per biennium conſumandas, abſq; conſenſu, ſeu licentia Po. Ro. emere,vel aliquo modo contractare poſſit,ſtatuimus,& decernimus. Et inſuper iuriſdictionem curiæ Capitolii dictæ vrbis,in totum reintegramus,ita quòd Ro. Ciues ciuiliter alibi conueniri non poſſint, iuxta formam motus proprii Pauli Papæ .iii. prędeceſſoris noſtri deſuper conceſſi,Motu proprio reuocatorio ab eodem Iulio prædeceſſ. emanato,nec non alio per dilectum filium nobilem virum Aſcanium dela Cornia olim Burgi Gubernatoré, vel etiam alio per quemlibet alium prædicti Burgi Gubernatorem obtento ſeu obtinendo nó obſtante. Præterea eoſdem Po. Ro. ad Tiburtinam Ciuitatem,ac ipſius arcem,necnon emolumenta,Caſtellano aſſignari ſolita,ac omnia,& ſingula honores, onera, & emoluméta conſueta, remanēte cenſu dilecto filio Io. Baptiſtę de conſiliarijs,Præſid. Camerę no. Apoſtol. ad eius vitá conceſſo reſtituimus, reponimus,& plenariè reintegramus ac reſtitutos repoſitos, & plenariè reintegratos eſſe,ita quod liceat eis Ciuitatē,& arcē prędictam prout antea habebant; habere, illamq; regere,& gubernare,illarumq; corporalem poſſeſſionem per ſe vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere,& perpetuo retinere, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita etiam decernimus,& declaramus. Præterea eiſdem Po. Ro. quod Conſeruatores dictę vrbis pro tempore deputati in eorum ordinaria iuriſdictione per pro tempore exiſtētes Cameræ Apoſtolicæ præſidentes iuxta conſtitutionem piæ memoriæ Iulii Papæ ii. etiam prædeceſſoris noſtri,deſuper editam,& per recoll. me. Leonem X. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum confirmata nullo pacto impediri poſſint, minuſq; per quodlibet aliud Tribunal. Et ne in criminali iuditio per iudices,fiſcales,procuratores notarios, carcerumq; cuſtodes extorſiones fiant ꝙ motus proprius ab eodem Paulo Tertio prędeceſſore ſuper illorum mercedibus emanatus iuxta illius tenorem omnino ſeruetur. Quodq; Bariſellus omneſq; alii iuſtitiæ executores dictę vrbis quolibet anno de indebitis extorſionibus,& ſimoniis quibuſcunque iuxta aliam bullam præfati Iulii ii. prædeceſſoris deſuper æditam ſcindicari: Necnō repreſaliæ a præfato Paulo pdeceſſore ſublatę iuxta formā ſtatutorū dictæ Vrbis,relaxari,& exequi debeāt, dūtamē facta prius



us notificatione Communitatibus, contra quas repreſalię prędictæ pro tempore erunt decernendæ, & quod propter ante dictas repræſalias pro tempore decernendas nullo modo impediantur afferrentes graſsiam cuiuſcunque generis ad vrbem, ac omnia & ſingula Romana officia detracta imbuſſulari,& extrahi iuxta diſpoſitionem bullæ præfati Leonis prædeceſſoris deſuper conceſſæ. Necnon magiſtris ſtratarum, & ædificiorum dictæ Vrbis ſcindiciq; Senatoris eiuſdem ex buſſula extrahi debeant, ac ipſi magiſtri ſtratarum Vrbis nullo nunquam tēpore pro ampliandis ſeu nouiter conſtruēdis ſtratis in dicta Vrbe aliquod gectitum abſque cóſenſu & interuentu capitis illius regionis, in qua gectitum imponetur,& illius trium conſiliariorum imponere minime poſsint, ac gectitum huiuſmodi a capite, & tribus conſiliarijs præfatis ſubſcribi. & pęcunię ex dicto gectito percípiēdę apud aliquem probum virum in dicta regione commorātem depoſitari, & per illius manus de mandato magiſtrorum ſtratarum ſolui debeant, ac quod de cetero alternatiuę, ſignificationes, & dilationes quæcunq; niſi iuxta diſpoſitionem iuris, ac formam ſtatutorum dictæ Vrbis concedi nullatenus poſsint & qui illas obtinuerint, & in futurum obtinebunt ſemper biretum viride portare teneantur. Idque Senator & Conſeruatores dictę Vrbis pro tempore exiſtentes ſtricte ſub pœna eis bene viſa ſeruari facere debeant & curent. Ipſęque alternatiuæ,ſignificationes, & dilationes per quodcunq; tribunal in concernentibus Graſciam cuiuſcunq; ſit generis concedi minimę valeant. Mandantes modernis, & pro tempore exiſten. ſanctæ R. E. Camerario, Vicario, & Gubernatori dictæ Vrbis, necnon generali Auditori Cameræ, ac pręſidentibus, & Clerici ipſius Camerę, ac omnibus & ſingulis alijs cuiuſcunque dignitatis,ſtatus, gradus, & præeminentię fuerint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, quatenus ipſi, & eorum ſinguli præfatis Po. Ro. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciant illos, & illorum ſingulares perſonas reuocatione, caſſatione,annullatione, reſtitutione, reintegratione, repoſitione,ſtatuto,ordinatione, & ſingulis alijs præmiſsis pacifice frui, & gaudere,non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, ac diſtrictius inhibētes eis,& quibuſuis alijs in virtute ſanctæ obedientiæ, & noſtræ indignationis, ac decē millium duc. auri de camera pro vna videlicet cameræ prædictę, & altera medietatibus fabricæ palatij capitolij huiuſmodi in euentum contrauentionis irremiſsibiliter applicandorum pœnis, ne Po. Ro. huiuſmodi ſuper præmiſsis ſeu eorum aliquo quouis prætextu ſeu quauis occaſione, vel cauſa moleſtare, perturbare, aut inquietare quoquomodo audeant ſeu præſumant, ac decerneñ præſentes,& deſuper conficien. literas ſub quibuſuis reuocationibus, ſuſpenſionibus,aut derogationibus ſimilium vel diſsimilium gratiarum, & conceſsionum ex quauis cauſa quomodolibet pro tēpore factis ac de ſurreptionis vel obreptionis vitio ſeu intentionis noſtræ defectu notari ſeu impugnari nullatenus poſsint, ſed ſemper validas,& efficaces exiſtere, & ſuum plenarium effectum ſortiri debere, & ita per quoſcunq; iudices etiam cauſarum palatij apoſto. auditores ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri debere, ac irritum &c. decernimus,non obſtañ præmiſsis, ac quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis &c. reformationibus declarationibus,& decretis etiá iuramento &c. roboratis, necnó priuilegijs, indultis,& literis apoſtolicis Camerario,Gubernatore, Vicario, Auditori, Præſiden. & Clericis præfatis, ac etiam dilecto filio Hippolito ſanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Card. de Ferraria nuncupato ſuper conceſsion. gubernii dictę ciuitatis ſeu alias quomodolibet, ac quibuſuis aliis, etiam motu ſimili, & alias quomodolibet conceſsis,&c. quibus omnibus in literis latiſsime exten. etiam ſi de illis &c. tenores &c. hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, & ſi opus ſit conſtitutionibus noſtris de non tollēdo iure quæſito, cęteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis & conſuetis.

Fiat motu proprio.I.

ET cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. cum reuocatione, caſſatione, irritatione, annullatione, reſtitutione, repoſitione, reintegratione,ſtatuto, ordinatione,derogatione, & decretis, ac aliis de & pro omnibus & ſingulis ſupradictis quę hic pro ſufficienter repetitis habeantur latiſsimè exten.& quod pręſentis motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudicio & extra, etiá ſi videbitur abſq; illius regiſtratura quacunque regula ſeu conſtitutione apoſt. contraria non obſtan. Seu ſi videbitur literæ deſuper per breue noſtrum ſeu officium contradictarum cum præmiſſorum omnium etiam veriores tenores ſingularum exemptionum bullarum capitulorum, & aliarum conceſsionum prædictarū maior vera & amplior

plior ſpecifi catio & expreſsio fieri, ac tenor huiuſmodi de verbo ad verbũ inſeri, ſeu ĩ loco vel
parte exprimi ſeu etiam pro expreſsis habere poſsint in literis ſimul vel ſeparatim ſuper quo-
libet præmiſſor u m in vno non facta mentione de alijs ſi videbitur expediendis.

Fiat. I.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Quarto Kl. Decemb. Anno primo.

Motus proprius. S. D. N. D. PII. IIII. Pont. Opt. Max. Inclito Populo Romano conceſſus
ſuper reintegratione iuriſdictionum Curiæ Capitolii.

PIVS PP. IIII.

MOTV proprio &c. Dilectos filios Senatorem, Conſeruatores, Populumq; Ro.
ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi uolentes, omnimodam, & integram
(prout illis per fe.re. Sixtum iiij. Iulium ii. Leonem x. Paulum iij. & alios Roma
nos Pontifices prædeceſſores noſtros alias conceſſa fuit) iuriſdictionem, cau-
ſarumq; inter ipſos, ac etiam & inter Romanos, & Incolas pro tempore mota-
rum cognitionem, & deciſionem totalem Curiæ Capitolij Roman. ita quod in
prædictis & aliis cauſis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, in quibus videli
cet per alios iudices præuentum non ſit, aliisq; quibuſuis differẽtijs, & actionibus inter ipſos
Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris & mouendis, nullus præter Sena
torem, & ipſius Capitolii Iudices pro tempore exiſtentes, ſe Priuilegiorum Apoſtolicorum,
aut conſuetudinum, ſeu quouis alio prætextu intromittere poſsit, etiam dictorum prędeceſſo-
rum conceſsiones huiuſmodi literaſq; & alias deſuper confectas ſcripturas approbantes, con-
firmañ. & innouantes, literarumq; & ſcripturarum earundem tenores præſentibus pro expreſ-
ſis habentes, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, &c. perpetuo concedimus, & indulge-
mus. Ac Senatorem, Conſeruatores, & Populum Romanum, Curiamq; & Iudices Capitolinos
præfatos, quoad iuriſdictionem huiuſmodi aduerſus quaſcunque alijs Almę Vrbis Tribunali-
bus, & Magiſtratibus, etiam Regenti Camerę, Gubernatori, & noſtro Vicario quomodolibet,
etiam conſiſtorialiter cõceſſas facultates, & alias contrarias diſpoſitiones in priſtinum, & eum,
in quo ante illarum conceſsiones quomolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plena-
rie reintegramus, ac facultates & alias diſpoſitiones contrarias huiuſmodi ad hunc effectũ per
pręſentes reuocamus, caſſamus, & annullamus. Et inſuper ne delicta remaneãt impunita, quod
Chirurgi, Barbitonſores, & alii vulnerum, aliorumque criminum notitiam habentes, illa ad
Curiam Capitolii huiuſmodi iuxta ipſius Senatoris deſuper proponenda edicta, & ſub pœnis
inibi apponendis aut ad curiam Gubernatoris iuxta ſolitum deferre teneantur, quodque pro
celeriori cauſarum expeditione in eadem Curia capitolina nullitatũ nulla ratio habeatur, niſi
earum, quæ ex iuriſdictionis, citationis, vel mandati defectu prouenient; Et ne feriarum accu-
mulatio cauſarum expeditionem in longum protrahat, ſublatis de medio ceteris ferijs volun-
tarie, per vſum, vel alias non tamen in honorem Dei introductis obſeruatio tantum coarcea-
tur ad ferias in antiquis ſtatutis expreſſe deſcriptas, ac etiam ſtatuta de aſſettamentis loquen-
tia declarantes, quod aſſettamentum peti non poſsit niſi in caſibus & articulis, quorum gra-
uamen per diffinitiuam reparari non valeat, qui ex ſtatuto ſub Rub. de Appell. non recipien-
dis lib. 6. poſiti colliguntur, nec in cauſis ſummam decem ducat non excedentibus, in aliis ve
ro cauſis a decem ſupra in litis cõteſtatione duntaxat peti poſsit, & hoc arbitrio Iudicis: in dif
finitiuis autem, vel interloquutoriis vim diffinitiuę habentibus ſententiis iudex cauſas huiuſ-
modi in aſſettamentis proponere, aliis in contrarium loquentibus Statutis non attentis omni
no teneatur. Et præterea quod ſi vnum ex iudicibus Curiæ huiuſmodi abeſſe, vel ęgrotare, aut
ſuſpectum, iurari contigerit, aſſettamentum per tres reliquos præſentes Iudices fieri poſsit.
Quorum vnus in loco ægrotantis, vel abſentis iudicis ad tribunal pro interlocutoriis facien-
dis ſedeat, & ſuper incidentijs, emergentibus & dependen. uſque ad Sententiam diffinitiuam
excluſiue prouideat, etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, Necnon Senatorem, Conſerua-
tores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquam eorum iuriſdictionem, ut pręmittitur reſti-
tutos, & plenarie reintegratos eſſe, Ac præſen. & in eis cõtenta quęcumq; valida, & efficacia fore
ſuoſque plenarios, & integros effectu ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari debere, nec de ſurre-
ptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtrę defectu quouis quæſito co-
lore, prætextu vel ingenio nullatenus notari, vel impugnari, nec per nos, vel Sedem Apoſtolicã
vllo



ullo vnquam tempore reuocari, aut alias illis derogari poſſe. Et ſi ac quoties illa reuocari, aut
alias illis derogari cõtigerit toties in priſtinum ſtatum reſtitui, & de nouo etiam, ſub poſterio-
ri data per ipſos Senatorem, & Conſeruatores eligenda cõceſſa, & ſtabilita eſſe, Et ſic per quoſ-
cunque Iudices & commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales &c. ſublata eis quauis aliter inter-
pretandi &c. facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam qua
uis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus. Nõ
obſtan. præmiſsis, ac Conſtitutionib. & ordinationib. apoſtolicis Statutis &c. etiã Palatij apo
ſtolici Curiarumque Vrbis Stilis, necnon Priuilegijs indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis
Romanæ Curiæ Tribunalib. Curijs, Magiſtratib. Iudicibus, & alijs perſonis ſub quibuſcunque
tenorib. & formis, ac cum quibuſuis Clauſulis, & decretis etiam Motu ſimili etiam Conſiſto-
rialiter conceſsis &c. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis
habentes hac uice latiſsime derogamus cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunq; cũ Clau. opportunis.

Placet Motu proprio I.

ET cum abſolutione a cen. ad effectum &c. Et cum approbatione, confirmatione,
innouatione, conceſsione, indulto, reſtitutione, repoſitione reintegratione, reuo
catione, caſſatione, annullatione, ſtatuto ordinatione decreto, & derogatione pręmiſ
ſis, ut ſupra perpetuo. Et quod ſola pręſen. ſufficiat ſignatura, & vbique etiam in Iud.
fidem faciat, rlã contraria non obſtan. ſeu ſi videbitur literæ deſuper ꝑ Breue noſtrũ,
etiam cum literarum prædeceſſorum prędictorum & inde ſecutorum tenorum alio-
rumque neceſſariorum maiori, & veriori expreſsione expediri poſsint. Et quod ad
obligationes in forma Cameræ ſeruetur forma ipſius obligationis vt ſit in poteſtate Fiat I.
actoris vel creditoris conuenire debitorem ſuum Romanum vel incolam laicum nõ
ſolum coram Regente vel Auditore Cameræ ipſarum obligat. Iudice ordinario ſed
etiam in Curia Capitolij, Quoad reliquas vero cauſas ciuiles non tamen Fiſcales poſ
ſit reus Romanus vel incola declinare quodcunque aliud forum, & peterę ſe remitti
ad curiam Capitolij niſi alterius iudicis iuriſdictionem prorogauerit aut in eum tacite
vel expreſſe conſenſerit & aliter facti reaſſumptiones per dictam Curiã Capitolij nul-
lius ſint roboris vel momenti.

НАУКОВА БІБЛІОТ… імені І. І. МЕЧНИКОВА

Bulla Bonifacij viii. pro Romana Academia 1.a
Bulla Eugenij iiii. pro ſtudio. 1.b
Bulla Iulij ii. pro ſtudio. 2.a
Bulla Leonis x. pro ſtudio. 3.a
Bulla Innocentij viii. contra Homicidas. 4.b
Bulla Sixti iiii. contra Brigoſos, & in fauorem Paceriorum. 5.b
Bulla Innocentij viii. contra ſumentes uindictā in perſonam tertij, Ac contra Brigoſos, Et quod a ſententijs Paceriorum non appelletur. 7.a
Bulla Inocentii viii. aliarum confirmatoria cōtra homicidas, & ſumentes vindictam, ac minantes. 8.a
Bulla Pii ii. quod antiqua ędificia Vrbis, & eius diſtrictus non diruantur. 9.a
Bulla Sixti iiii. contra furto ſubtrahentes lapides porphireticos, & ornamenta ex eccleſiis. 9.b
Capitula declaratoria iuriſdictionum Curiarū Vrbis per Sixtum iiii. 10.a
Bulla Iulii ii diſtinctionis iuriſdictionum, & tribunalium. 10.b
Bulla Iulii ii. reintegratoria Romani populi ad ſuperioritatem, quam habet in ciuitate Tiburtina, Et confirmatoria ſtatutorum, & nouarum reformationum. 11.b
Breue Iulii. ii. ſuper iuriſdictione Capitolii. 12.a
Bulla Leonis x. gratiarum Populo Romano cōceſſarum. 12.b
Bulla Sixti iiii. de Aedificiis, & nouis operibus conſtruendis ad decorem Vrbis. 13.b
Bulla leonis x. poteſtatis teſtandi & ædificandi omnibus in Vrbe Roma exiſtentibus conceſſa. 15.b
Bulla Leonis x. contra Barones, & Communitates permittentes latrocinia fieri uenientibus ad Vrbem, & recedentibus ab ea. 18.a
Motus proprius Pauli iii. Libertatis mancipiorum baptizatorum ad Senatus Cameræ Vrbis officiū, & illius Conſeruatores confutium. 18.b
Bulla Pauli iii. confirmatoria reintegrationis, & reformationis iuriſdictionis Curię Capitolinæ. 19.a
Motus proprius Pauli iii. confirmationis ſtatutorū Populi Romani ſuper reſtitutione ſeruorum in Vrbe 19.b
Motus proprius Pauli iiii. iuriſdictionis, & gratiarum Populo Romano conceſſorum. 20.b
Motus proprius Pii iiii. Reintegrationis Iuriſdictionum Curiæ Capitolij. 21.b

Finis Indicis.

H-203510

Romæ, apud Antonium Bladum impreſſorem Cameralem,
Anno Domini. M.D.LXVII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА